hoc fere sic fieri solere accepimus, ut regum adflictae fortunae facile multorum opes adliciant ad misericordiam, Pomp. 9, 24. sed quod ex utroque (näml. der vis u. materia), id iam corpus et quasi qualitatem quamdam nominabant, Acad. 1, 6, 24. iam illud non sunt admonendi - ut animum advertant, quum iuvare alios velint, ne quos offendant, Off. 2, 19, 68. nam iam illud minime mirum est, Mamertinos, a quo summum beneficium acceperant - eius capiti litteris suis pepercisse, II. Verr. 5, 19, 48. nam plebeios nobiles iam eisdem initiatos esse sacris et contemnere plebem, ex quo contemni patribus desierint, coepisse, Liv. 22, 34, 8. quod valens et durum a faucibus incipit, ab utroque latere lunatum, et a praecordiis, iam ipsum quoque cartilagine mollitum, terminatur, Cels. 8, 1. somniorum et superstitionum colores ipsa iam facilitate auctoritatem perdiderunt, Quint. 4, 2, 94. quae cum ita sint, ego iam hinc praedico, patres conscripti, me exercitu eo, qui nunc est, rem publicam administraturum, 40, 35, 14. u. vgl. 8, 7, 7. eoque iam Poppaeam Sabinam principale scortum, ut apud conscium libidinum deposuerat, donec Octaviam uxorem amoliretur, Tac. H. 1, 13; — neben *Adjectiven* u. ihren *Adverb.*: itaque nubit Oppianico continuo Sassia laetanti iam animo et spe optima confirmato, Cic. Cluent. 9, 28. „non scire" quidem barbarum iam videtur, „nescire" dulcius, Or. 47, 157. quamquam haec quidem iam tolerabilia videbantur, etsi aequabiliter in rem publicam, in privatos - irruebat, Mil. 28, 76. iam vero de legibus instituendis, de bello, de pace - dicant vel Graeci, si volunt, Lycurgum aut Solonem - scisse melius quam Hyperidem aut Demosthenem, perfectos iam homines in dicendo et perpolitos vel cet., dOr. 1, 13, 58. ad humanitatem atque mansuetudinem revocavit animos hominum studiis bellandi iam immanes ac feros, Rep. 2, 14, 27; urbe eorum (Ausetanorum) obsessa Lacetanos auxilium finitimis ferentes nocte haud procul iam urbe, cum intrare vellent, excepit insidiis, Liv. 21, 61, 8. u. vgl. 1, 12, 8. 21, 61, 8. 28, 26, 7. nil intemptatum Selius, nil linquit inausum, cenandum quotiens iam videt esse domi, Mart. 2, 14, 1; — neben *Comparat.* (eben, schon, noch, wie etiam): hic iam plura non dicam, Cic. Pomp. 9, 24. inde conciliata facilitatis clementiaeque fama non ad maritimos modo populos, sed in mediterraneis quoque ac montanis ad ferociores iam gentes valuit, Liv. 21, 60, 4. et iam magis insignis et sordibus et facie reorum turba Manliana erat, 6, 16, 8. u. vgl. 1, 8, 16. 2, 7, 3. 6, 6, 1. 8, 3, 75. 21, 37, 5. 21, 48, 4; talibus incensa est iuvenum sententia dictis iam magis atque magis, Virg. A. 12, 238. et iam iamque magis cunctantem flectere sermo coeperat, 12, 940; duodecim annorum adsuetudine perviis Alpibus factis inter mitiora iam hominum transibat ingenia, Liv. 27, 39, 7. una iam potior cunctis sedit sententia, Stat. Theb. 2, 368; — nach *ut*, *si*, *nisi*, *quum*, *donec*: atqui vereor, ne istam causam nemo noscat tibique semper dicendum sit, et eo magis, quod te ipse mutasti et aliud dicendi instituisti genus, ut - a contentionibus, quibus summis uti solebas, cotidie relaxes aliquid, ut iam oratio tua non multum a philosophorum lenitate absit, Cic. Leg. 1, 4, 11. parent autem huic caelesti descriptioni mentique divinae et praepotenti deo, ut iam universus hic mundus una civitas sit communis deorum atque hominum existimanda, 1, 7, 23. diserti deformitate agendi multi infantes putati sunt, ut iam non sine causa Demosthenes tribuerit et primas et secundas et tertias actioni, Or. 17, 56; si nihil est quod tam miseros faciat quam impietas et scelus, ut iam omnes insipientes sint miseri, quod profecto sunt, non est tamen aeque miser, qui patriae consulit et is, qui illam exstinctam cupit, Fin. 4, 24, 66. at enim, ut iam ita sint haec, quid ad vos, Romani? Liv. 34, 32, 13. iuventutem, ut iam Macedonia deficiat, velut ex perenni fonte unde hauriat, Thraciam subiectam esse, 42, 12, 10. neque equites armis equisque salvis tantam vim fluminis superasse veri simile est, ut iam Hispanos omnes inflati transvexerint utres, 21, 47, 5. ni forte satius est exspectare victoris arbitrium et - precarium accipere regnum nationis unius: ut iam malit ille gloriae suae quam irae obsequi, Curt. 5, 25 (8), 12; is te iam, Catilina, comprehendi, si interfici iussero, credo, erit verendum mihi, ne cet., Cic. Cat. 1, 2, 5. quasi vero intelligant, qualis sit in ipso corpore, quae conformatio, quae magnitudo, qui locus, vel, si iam possent in homine vivo cerni omnia, quae nunc tecta sunt, casurusne in conspectum videatur animus, an tanta sit eius tenuitas, ut fugiat aciem, Tusc. 1, 22, 50. mittere me Stygias si iam voluisset ad undas Caesar, in hoc vestra non eguisset ope, Ov. Trist. 1, 2, 65. si tibi iam reditusque placent patriique penates, non ego sum classi sarcina magna tuae, Her. 3, 67. quod ea oppida, si iam redderentur sibi, spoliata et deserta redditurus esset, Liv. 39, 25, 7; ignoscite Cethegi adulescentiae, nisi iterum iam patriae bellum fecit, Sall. Cat. 52, 32; quod cum ita sit, quae malum! ratio est expertis alia experiri, cum iam, ut virtus vestra transire alio possit, fortuna certe loci huius transferri non possit? Liv. 5, 54, 6; radere, donec iam aliquid cruoris ostendatur, Cels. 8, 2. illa utique capite fracto servanda sunt, ut, donec iam valida cicatrix erit, vitentur sol, ventus, 8, 4. ergo quotidie quoque resolvetur, donec iam cerato aut malagmate possimus esse contenti, 8, 9, 1; — ferner: *non* (nec u. dgl.) *iam - sed* - oder: *iam non - sed* (tamen) u. ohne Adversativpartikel: venisse tempus aiebant non iam ut commoda sua, sed ut vitam salutemque totius provinciae defenderem, Cic. DiC. 1, 3. non iam de vita P. Sullae, iudices, sed de sepultura contenditur: vita erepta est superiore iudicio, nunc ne corpus eiiciatur laboramus, Sull. 31, 89. hic si quid erit offensum, omnes homines non iam ex eodem ordine alios magis idoneos, quod fieri non potest, sed alium omnino ordinem ad res iudicandas quaerendum arbitrabuntur, I. Verr. 16, 49. cum uxor non iam ut ante blanditiis satis potentibus ad ani-

49. catus idem per apertum fugientes agitato grege cervos iaculari, Hor. Od. 3, 12, 13. rubente dextera sacras iaculatus arces terruit urbem, 1, 2, 3. Juppiter igne suos lucos iaculatur et arces, Ov. Am. 3, 3, 35. aëra si misso liquidum iaculabere disco, Ib. 585. u. vgl. bildl. b. Lucr. 4, 1052 sqq. — β) übtr.: quid brevi fortes iaculamur aevo multa? Hor. Od. 2, 16, 17.

iăcŭlus, a, um (iacio), **zum Werfen -, Schleudern geeignet, Wurf -**, quasi in piscinam rete qui iaculum parat, Plaut. Truc. 1, 1, 14., aber: iubeas una opera me piscari in aëre [et] venari autem reticulo in medio mari, As. 1, 1, 85 sq., wo früher rete iaculo gelesen wurde. Sonst *Subst.* 1) **iăcŭlus**, i, *m.* a) zw. vom **Wurfseil**: iaculi, quibus capulantur (vituli), lanatis pellibus involuti sint, Col. 6, 2, 4., wo *Schneid.* laquei nach den besten Handschriften hergestellt hat. — b) von der **Pfeil- od. Baumschlange**, iaculum ex arborum ramis vibrari nec pedibus tantum pavendas serpentes sed et missili volare tormento, Plin. 8, 23 (35), 85. u. vgl.: ecce procul saevus sterilis se robore trunci torsit et immisit (iaculum vocat Africa) serpens, Lucan. 9, 822. und schon: natrix violator aquae iaculique volucres, 9, 720. — 2) **iăcŭlum**, i, *n.*, zunächst a) im Allg. vom **Wurfnetz**, hic iaculo pisces, illa capiuntur ab hamis, Ov. AA. 1, 763. u. so Auson. Epist. 4, 56; auch von dem Netz, dessen sich der gladiator retiarius bedient, Isid. Orig. 18, 54; von andern Dingen, die geworfen oder geschleudert werden: testam plano situ digitis comprehensam inclinem ipsum atque humilem quantum potest super undas inrotare, ut illud iaculum vel dorsum maris raderet vel enataret, Minuc. Fel. Oct. 3. telis fulminum et missilium caelestium iaculis ignescit (aër), Apul. Mund. 3. Horae pulcherrimae, quae iaculis floris serti et soluti deam suam propitiantes scitissimum construxerant chorum, M. 10, 32. — b) vorzugsw. der **Wurfspieß**, vgl.: iaculum, quod ut iaciatur fit, Varr. LL. 5, 115. iaculum cum ammento Aetolum Martis filium (invenisse dicunt), Plin. 7, 56 (57), 201. u. Namen der verschiedenen Arten bei Gell. 10, 25, 2. — Neben ähnlichen Waffen zum Wurfe: hic iaculo bonus, hic longe fallente sagitta, Virg. A. 9, 572. u. so 10, 754. ocior et iaculo et ventos aequante sagitta, 10, 248. iaculo incedit melior levibusque sagittis, 5, 68. quem miserat Ida venatrix iaculo celerem levibusque sagittis, 9, 178. u. so neben sagittae, Cic. Tusc. 1, 42, 101. hic confixum ferrea texit telorum seges et iaculis increvit acutis, Virg. A. 3, 46. tum Bitian (sternit) - non iaculo (neque enim iaculo vitam ille dedisset), sed magnum stridens contorta phalarica venit cet., 9, 704. caestibus et iaculis et misso pondere saxi bracchia per lusus experienda dabant, Ov. Fast. 2, 367. hi iaculis, illi certant defendere saxis, Virg. A. 10, 130. saepe disco, saepe trans finem iaculo nobilis expedito, Hor. Od. 1, 8, 11. pugnabant iaculo dum Thraces, Jazyges arcu, Ov. Ib. 133. integer vitae scelerisque purus non eget Mauris iaculis neque arcu, Hor. Od. 1, 22, 1 sq. u. vgl. die Epitheta: acutum, Ov. Fast. 2, 187. Virg. A. 11, 574. 10, 868. leve, 12, 354. VFlacc. 5, 610. velox, Virg. G. 2, 530. — Verbindungen: infelix fugit in iaculo stridente Camilla, A. 11, 563; — ad depellendos iaculum dum quaereret hostes, Claud. Gig. 102. iaculo fratris de corpore rapto Aenean petit, Virg. A. 10, 342. eis parmae breviores quam equestres et septena iacula quaternos longa pedes data praefixa ferro, Liv. 26, 4, 4. bina iacula gestantes, Suet. Caes. 84. dextra movet iaculum, Claud. BGild. 438. totis iaculum dirige viribus, Sen. Hipp. 813. qui iaculum emittit iaculari dicitur, Quint. 8, 2, 5. ceteri ab iaculis eminus emissis corpora tegere, Sall. J. 101, 4. plerosque iacula tormentis aut manu emissa volnerabant, 57, 6. fervefacta iacula in casas - iacere coeperunt, Caes. BG. 5, 43, 1. Antiphaten - coniecto sternit iaculo, Virg. A. 9, 698. inter legionarios iacula coniiciunt, Auct. BAfr. 14, 2. iaculum - torquet in hostem, Virg. A. 10, 585. u. so Juv. 5, 155. Claud. Nupt. Hon. et Mar. 6. iaculum attorquens emisit in auras, Virg. A. 9, 52. intorquens iaculum, 10, 323. iac. vibrans, Claud. BGet. 464. iacula complura - in hostem ingerebant, Curt. 8, 47 (13), 3; — iaculo gens apta levi, VFlacc. 5, 610; — iaculo palmas armavit, Virg. A. 11, 574. manusque ambas iaculis oneravit, 10, 868. Acestes horridus in iaculis et pelle Lybistidis ursae, 5, 37. u. so: horrentem iaculis et parmae luce coruscum, VFlacc. 1, 486. velocem iaculo - Camillam circuit, Virg. A. 11, 760. veloces iaculo cervos cursuque fatigat, 5, 253. si Hannibal ad portas venisset murumque iaculo traiecisset, Cic. Fin. 4, 9, 22; manusque ambas iaculis oneravit acutis, Virg. A. 10, 568. aprum iaculis desuper petiit, Suet. Tib. 72. iaculisque feras agitare solebat, Ov. Fast. 6, 809. sed iaculis tutisque procul clamoribus instant, Virg. A. 10, 713. Poenus iaculis obtexitur aër, Claud. Laud. Stil. 258. ut - clauderet multitudine sua exercitum Caesaris atque perturbatum iaculis configeret, Auct. BAfr. 59, 6. cum - propius non accederent et singulari genere pugnae uterentur eosque iaculis convulnerare satis esse existimarent, 69, 5.

iam, *Adv.* (vgl. *Curtius* Grundzüge I. p. 364 f. II. p. 204. p. 230), weist zunächst auf das Zusammentreffen zweier Verhältnisse, sei es dem Gedanken od. der Zeit nach hin, **eben, gerade**. Daran knüpft sich theils das unmittelbare Anreihen, der unmittelbare Uebergang, die unmittelbare Folge, bes. Schlußfolge an, **nun**, theils das unmittelbare Eintreten eines Verhältnisses nach dem anderen in der Zeit, sei es erwartet od. unerwartet, **nun, erst, bereits, schon**, und mit dem Nebenbegriff der Schnelligkeit, **eben, gleich, sofort**. Also

I) in Bezug auf Verhältnisse des Denkens, 1) das Zusammentreffen zweier Verhältnisse, **eben, gerade, ja**, neben *Pronom.* u. ihren *Adverb.*: iam hoc quoque iniquissime comparatum est, quod in morbis corporis, ut quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus atque optimus quaeritur, in periculis capitis ut quaeque causa difficillima est, ita deterrimus obscurissimusque patronus adhibetur, Cic. Cluent. 21, 57. iam

hoc fere sic fieri solere accepimus, ut regum adflictae fortunae facile multorum opes adliciant ad misericordiam, Pomp. 9, 24. sed quod ex utroque (näml. der vis u. materia), id iam corpus et quasi qualitatem quamdam nominabant, Acad. 1, 6, 24. iam illud non sunt admonendi - ut animum advertant, quum iuvare alios velint, ne quos offendant, Off. 2, 19, 68. nam iam illud minime mirum est, Mamertinos, a quo summum beneficium acceperant - eius capiti litteris suis pepercisse, II. Verr. 5, 19, 48. nam plebeios nobiles iam eisdem initiatos esse sacris et contemnere plebem, ex quo contemni patribus desierint, coepisse, Liv. 22, 34, 8. quod valens et durum a faucibus incipit, ab utroque latere lunatum, et a praecordiis, iam ipsum quoque cartilagine mollitum, terminatur, Cels. 8, 1. somniorum et superstitionum colores ipsa iam facilitate auctoritatem perdiderunt, Quint. 4, 2, 94. quae cum ita sint, ego iam hinc praedico, patres conscripti, me exercitu eo, qui nunc est, rem publicam administraturum, 40, 35, 14. u. vgl. 8, 7, 7. eoque iam Poppaeam Sabinam principale scortum, ut apud conscium libidinum deposuerat, donec Octaviam uxorem amoliretur, Tac. H. 1, 13; — neben *Adjectiven* u. ihren *Adverb.*: itaque nubit Oppianico continuo Sassia laetanti iam animo et spe optima confirmato, Cic. Cluent. 9, 28. „non scire" quidem barbarum iam videtur, „nescire" dulcius, Or. 47, 157. quamquam haec quidem iam tolerabilia videbantur, etsi aequabiliter in rem publicam, in privatos - irruebat, Mil. 28, 76. iam vero de legibus instituendis, de bello, de pace - dicant vel Graeci, si volunt, Lycurgum aut Solonem - scisse melius quam Hyperidem aut Demosthenem, perfectos iam homines in dicendo et perpolitos vel cet., dOr. 1, 13, 58. ad humanitatem atque mansuetudinem revocavit animos hominum studiis bellandi iam immanes ac feros, Rep. 2, 14, 27; urbe eorum (Ausetanorum) obsessa Lacetanos auxilium finitimis ferentes nocte haud procul iam urbe, cum intrare vellent, excepit insidiis, Liv. 21, 61, 8. u. vgl. 1, 12, 8. 21, 61, 8. 28, 26, 7. nil intemptatum Selius, nil linquit inausum, cenandum quotiens iam videt esse domi, Mart. 2, 14, 1; — neben *Comparat.* (eben, schon, noch, wie etiam): hic iam plura non dicam, Cic. Pomp. 9, 24. inde conciliata facilitatis clementiaeque fama non ad maritimos modo populos, sed in mediterraneis quoque ac montanis ad ferociores iam gentes valuit, Liv. 21, 60, 4. et iam magis insignis et sordibus et facie reorum turba Manliana erat, 6, 16, 8. u. vgl. 1, 8, 16. 2, 7, 3. 6, 6, 1. 8, 3, 75. 21, 37, 5. 21, 48, 4; talibus incensa est iuvenum sententia dictis iam magis atque magis, Virg. A. 12, 238. et iam iamque magis cunctantem flectere sermo coeperat, 12, 940; duodecim annorum adsuetudine perviis Alpibus factis inter mitiora iam hominum transibat ingenia, Liv. 27, 39, 7. una iam potior cunctis sedit sententia, Stat. Theb. 2, 368; — nach *ut*, *si*, *nisi*, *quum*, *donec*: atqui vereor, ne istam causam nemo noscat tibique semper dicendum sit, et eo magis, quod te ipse mutasti et aliud dicendi instituisti genus, ut - a contentionibus, quibus summis uti solebas, cotidie relaxes aliquid, ut iam oratio tua non multum a philosophorum lenitate absit, Cic. Leg. 1, 4, 11. parent autem huic caelesti descriptioni mentique divinae et praepotenti deo, ut iam universus hic mundus una civitas sit communis deorum atque hominum existimanda, 1, 7, 23. diserti deformitate agendi multi infantes putati sunt, ut iam non sine causa Demosthenes tribuerit et primas et secundas et tertias actioni, Or. 17, 56; si nihil est quod tam miseros faciat quam impietas et scelus, ut iam omnes insipientes sint miseri, quod profecto sunt, non est tamen aeque miser, qui patriae consulit et is, qui illam exstinctam cupit, Fin. 4, 24, 66. at enim, ut iam ita sint haec, quid ad vos, Romani? Liv. 34, 32, 13. iuventutem, ut iam Macedonia deficiat, velut ex perenni fonte unde hauriat, Thraciam subiectam esse, 42, 12, 10. neque equites armis equisque salvis tantam vim fluminis superasse veri simile est, ut iam Hispanos omnes inflati transvexerint utres, 21, 47, 5. ni forte satius est exspectare victoris arbitrium et - precarium accipere regnum nationis unius: ut iam malit ille gloriae suae quam irae obsequi, Curt. 5, 25 (8), 12; iste iam, Catilina, comprehendi, si interfici iussero, credo, erit verendum mihi, ne cet., Cic. Cat. 1, 2, 5. quasi vero intelligant, qualis sit in ipso corpore, quae conformatio, quae magnitudo, qui locus, vel, si iam possent in homine vivo cerni omnia, quae nunc tecta sunt, casurusne in conspectum videatur animus, an tanta sit eius tenuitas, ut fugiat aciem, Tusc. 1, 22, 50. mittere me Stygias si iam voluisset ad undas Caesar, in hoc vestra non eguisset ope, Ov. Trist. 1, 2, 65. si tibi iam reditusque placent patriique penates, non ego sum classi sarcina magna tuae, Her. 3, 67. quod ea oppida, si iam redderentur sibi, spoliata et deserta redditurus esset, Liv. 39, 25, 7; ignoscite Cethegi adulescentiae, nisi iterum iam patriae bellum fecit, Sall. Cat. 52, 32; quod cum ita sit, quae malum! ratio est expertis alia experiri, cum iam, ut virtus vestra transire alio possit, fortuna certe loci huius transferri non possit? Liv. 5, 54, 6; radere, donec iam aliquid cruoris ostendatur, Cels. 8, 2. illa utique capite fracto servanda sunt, ut, donec iam valida cicatrix erit, vitentur sol, ventus, 8, 4. ergo quotidie quoque resolvetur, donec iam cerato aut malagmate possimus esse contenti, 8, 9, 1; — ferner: *non* (nec u. dgl.) *iam - sed -* oder: *iam non - sed* (tamen) u. ohne Adversativpartikel: venisse tempus aiebant non iam ut commoda sua, sed ut vitam salutemque totius provinciae defenderem, Cic. DiC. 1, 3. non iam de vita P. Sullae, iudices, sed de sepultura contenditur: vita erepta est superiore iudicio, nunc ne corpus eiiciatur laboramus, Sull. 31, 89. hic si quid erit offensum, omnes homines non iam ex eodem ordine alios magis idoneos, quod fieri non potest, sed alium omnino ordinem ad res iudicandas quaerendum arbitrabuntur, I. Verr. 16, 49. cum uxor non iam ut ante blanditiis satis potentibus ad ani-

mum amantis, sed precibus ac misericordia valuisset, plena lacrimarum obtestans, ne patrem suum patriamque proderet, Liv. 30, 7, 8. non iam foro se tumultus continet, sed passim totam urbem pervadit, 2, 23, 7. quippe Perustae et Desitiates - non iam ductu, sed manibus atque armis ipsius Caesaris tum demum pacati sunt, cum pene funditus eversi forent, Vell. 2, 115, 4. non iam secretis colloquiis, sed aperte fremere, Tac. A. 11, 28. quo praecipue, non iam metù, sed discrimine coactus est tam suis quam matris impensissimis precibus reditum expostulare, Suet. Tib 13; venio nunc non iam ad furtum, non ad avaritiam, non ad cupiditatem, sed eiusmodi facinus, in quo omnia nefaria contineri mihi atque inesse videantur, Cic. II. Verr. 4, 27, 60; o praeclarum imperatorem nec iam cum M'. Aquilio fortissimo viro, sed vero cum Paullis, Scipionibus, Mariis conferendum, 5, 6, 14. nec iam de limite imperii et ripa, sed de hibernis legionum et possessione dubitatum, Tac. Agr. 41; unde neque avelli quicquam neque deminui iam concedit natura reservans semina rebus, Lucr. 1, 613; praeterea nec mutari iam pabula refert quaesitaeque nocent artes, Virg. G. 3, 548. cum - pars vulnerata militum esset, nec facile iam arma fessi sustinerent, Liv. 42, 65, 11. si necessitas exigit, non erit iam ex arte oratoria, Quint. 4, 1, 22. u. vgl. Tac. Agr. 42; praeclare intelligo, nec vero iam aliam esse ullam legem puto non modo habendam, sed ne appellandam quidem, Cic. Leg. 2, 6, 13; hi propter propinquitatem et celeritatem hostium nihil iam Caesaris imperium exspectabant, sed per se quae videbantur administrabant, Caes. BG. 2, 20, 4; socii stipendiariique populi Romani adflicti, miseri iam non salutis spem, sed solatium exitii quaerunt, Cic. DiC. 3, 7. deinde ad illa veniam, quae iam non ad multitudinem, sed ad vosmet ipsos, qui adestis, pertinent, Acad. 2, 47, 144. abundabunt - figuris iam non quaesitis, sed sponte et ex reposito velut thesauro se offerentibus, Quint. 2, 7, 4; quod in nullum iam proprium usum perseveramus, sed omnis hæc cura ad alienas utilitates - spectat, 6. prooem. 16; diutius enim iam in hoc desiderio esse non possum, Cic. Am. 27, 104. qui pretium meriti ab improbis desiderat, bis peccat: primum quoniam indignos adiuvat, impune abire deinde quia iam non potest, Phaedr. 1, 8, 1. sed iam non pueris praecipimus, Quint. 8, 6, 13. u. vgl. 2, 7, 3. 8, 6, 39. si eligere possumus, quod est melius: iam non est philosophia nobis necessaria, quia sapientes iam sumus qui de sapientum sententiis iudicemus, Lact. 3, 7, 9. u. vgl. 5, 19, 23. 6, 12, 2. 6, 23, 22. tum etiam illi quinque, qui - tum illum absolverunt, iam suam clementiam laudari magno opere nolebant, Cic. Cluent. 38, 105. nam „amovit" dicimus et „abegit" et „abstulit", ut iam nescias, „ab"ne verum sit an „abs", Or. 47, 158; od. mit Adversativsatz ohne sed: non iam coniugium antiquum, quod perdidit, oro, nec pulcro ut Latio careat regnumque relinquat: tempus inane peto, srequiem patiumque furori, Virg. A. 4, 431. haec iam non sunt sacra: tormenta sunt, Minuc. Oct. 21; dagegen: addam illud etiam, quod iam ego curare non debui, sed tamen fieri non moleste tuli atque etiam ut ita fieret pro mea parte adiuvi, ut senati consulto meus inimicus, quia tuus frater erat, adiuvaretur, Cic. Fam. 5, 2, 9; — endlich: *non iam solum - sed etiam* u. vgl.: relinquendumque non campum iam solum sed etiam urbem, captam atque oppressam regno patriciorum, Liv. 7, 18, 9. cum - ea esset aetate, ut non iam solum de eo bene sperare, sed etiam confidere cives possent sui, talem futurum, qualem cognitum iudicarunt, accidit cet., Nep. Milt. 1, 1. non enim iam orationes modo M. Manli, sed facta - intuenda erant, Liv. 6, 14, 2; deinde iam non pro moenibus modo atque turri tela micare, sed ad erumpendum etiam in stationes operaque hostium animus erat, Liv. 21, 7, 8. consertis deinde manibus cum iam non motus tantum corporum - sed vulnera quoque et sanguis spectaculo essent, 1, 25, 5; quae (memoria) non modo iam est in parvis sed tum etiam tenacissima est, Quint. 1, 1, 19; iam non ex intervallo nec missilibus, sed comminus gerebatur res, Liv. 10, 43, 6. u. vgl.: postremo spe quoque iam, non solum cibo deficiente, 5, 48, 7; — interea *prope iam* occidente sole inhorrescit mare, Pacuv. 411. eius filiam ille amare coepit perdite, prope iam ut pro uxore haberet, Ter. Heaut. 1, 1, 45. u. amicam ut habeas prope iam in uxoris loco, *vs.* 52. ut neque iacere regem pateremur nec nobis repugnantibus ad eum deferri, ad quem prope iam delatum existimatur, Cic. Fam. 1, 5ª, 3. quae (frumenta) prope iam matura erant, Caes. BC. 3, 81, 3. prope iam desperata salute, BG. 3, 3, 3. movere sententiam prope iam certam regis, Liv. 35, 42, 6. ex annua provincia, quae mihi longa videtur, prope iam undecim mensium provinciam factam esse gaudebam, si absenti mihi unius mensis labor detractus esset, Cic. Fam. 3, 6, 5; ad similem virtutem et simile factum stirpem *iam prope* in quingentesimum annum propagavit, Phil. 1, 6, 13. ita sunt omnia debilitate ac iam prope exstincta, Fam. 2, 5, 2. quod in minimis noxiis et in his levioribus peccatis, quae magis crebra et iam prope cotidiana sunt, maxime et primum quaeritur, quae causa maleficii fuerit, SRosc. 22, 62. iam prope erat, ut ne consulum quidem maiestas coerceret iras hominum, Liv. 2, 23, 14. u. vgl. 2, 65, 6. 40, 32, 5; — *iam ferme* moriens me vocat, Ter. Andr. 1, 5, 49. hos etiam de philosophia libros, qui iam illis fere aequarunt, studiose legas, Cic. Off. 1, 1, 3; — Hector vi summa armatos educit foras, castrisque castra inferre *iam fere* occupat, Enn. 200. iam cata signa fere sonitum dare voce parabant, A. 447. iamque fere pulvis ad caelum vasta videtur, A. 286. u. vgl. 580; — postquam pater appropinquat, *iamque paene* ut comprehendantur parat, puerum interea obtruncat, Poët. b. Cic. ND. 3, 26, 67. demus ergo breviter hoc desiderio iam paene publice, ne cet., Quint. 8, 4, 29. si antiquum sermonem nostro comparemus, *paene iam* quidquid loquimur figura est, 9, 3, 1.

2) die Anreihung od. Anknüpfung von Gedanken ähnlichen Inhalts, oder den Uebergang zu etwas Neuem, a) überh. **nun, ferner, dann**, hic Juno Scaeas saevissima portas prima tenet -: iam summas arces Tritonia, respice, Pallas insedit, limbo effulgens et Gorgone saeva, Virg. A. 2, 612; — testudines autem et crocodilos dicunt, quum in terra partum ediderint, obruere ova, deinde discedere: ita et nascuntur et educantur ipsa per sese: iam gallinae avesque reliquae et quietum requirunt ad pariendum locum et cubilia sibi nidosque construunt, Cic. ND. 2, 52, 129. itaque omnes nunc in his locis Cn. Pompeium sicut aliquem non ex hac urbe missum, sed de caelo delapsum intuentur: — nunc intelligunt non sine causa maiores suos - servire populo Romano quam imperare aliis maluisse: iam vero ita faciles aditus ad eum privatorum, ita liberae querimoniae de aliorum iniuriis esse dicuntur, ut is, qui dignitate principibus excellit, facilitate infimis par esse videatur. Jam quantum consilio, quantum dicendi gravitate et copia valeat, in quo ipso inest quaedam dignitas imperatoria, hoc ipso ex loco saepe cognostis, Pomp. 14, 41 sq. recordare caetera: quam cito —: iam illud senatus consultum —: postea vero quam profectus es, velim recordere —, Fam. 5, 2, 3 sq. iam illud quam accusatorie, quod noctis huius crimen miscuit cum cetera insectatione vitae meae —? 3, 34, 8. virium tamen plus tribuitur: Pacuvium videri doctiorem, qui esse docti affectant, volunt. Jam Vari Thyestes cuilibet Graecorum comparari potest, Quint. 10, 1, 97. u. vgl. §. 110. Vell. 2, 69, 1. Liv. 3, 34, 8. 24, 10, 10. 29, 3, 14. Justin. 4, 1, 16. Tac. A. 15, 43; iam id porro utrum libentes, an inviti dabant? Cic. II. Verr. 3, 50, 118. videte iam porro caetera, iudices, ut intelligatis fingi maleficium nullum posse, quo iste sese non contaminarit, SRosc. 40, 116; — paratus igitur veniebat Crassus, expectabatur, audiebatur: a principio statim, quod erat apud eum semper accuratum, exspectatione dignus videbatur: non multa iactatio corporis, non inclinatio vocis —: quodque difficile est, idem et perornatus et perbrevis. Jam in altercando invenit parem neminem: versatus est in omni fere genere causarum, Cic. Brut. 43, 158. u. vgl. ND. 1, 12, 29. Tibull. 4, 1, 82. Lucan. 7, 647. Sil. 9, 242; iam vero et Rutuli certatim et Troes et omnes convertēre oculos Itali, Virg. A. 12, 704. u. vgl. 11, 213; — et aures —: itemque nares —: iam gustatus —: tactus autem cet., Cic. ND. 2, 56, 141. u. vgl. Off. 1, 42, 150. domuum et insularum et templorum, quae amissa sunt, numerum inire haud promptum fuerit, sed vetustissima religione - exusta: iam opes tot victoriis quaesitae: et Graecarum artium decora: exin monumenta ingeniorum antiqua et incorrupta, Tac. A. 15, 41. u. vgl. 2, 14. iungit amor laetamque vehens per nubila matrem gemmato temone sedet: iam Tybridis arces Iliacae: pandit nitidos domus alta penates, Stat. Silv. 1, 2, 143; — iam vero motus animi, sollicitudines aegritudinesque oblivione leniuntur traductis animis ad levitatem, Cic. Tusc. 5, 38, 110. iam vero consilio ac sapientia qui regere ac gubernare rem publicam possent, multi - extiterunt, dOr. 1, 3, 8. u. so: iam vero, Pomp. 11, 29. Cat. 3, 9, 22. Off. 2, 3, 13; — daher *iam - iam*, bald — bald, sowohl — als auch, qui iam contento, iam laxo fune laborat, Hor. Sat. 2, 7, 20. iam aetas senem in patriam revertentem, unde puer profectus sum, iam secundae, iam adversae res ita erudierunt, ut rationem sequi quam fortunam malim, Liv. 30, 30, 10. iam medici, iam apparatus cibi, iam in hoc solum importatum instrumentum balinei nullius non succurrit valetudini, Vell. 2, 114, 2; flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant, Ov. M. 1, 111. iam tenet infernas magico stridore catervas, iam iubet aspersas lacte referre pedem, Tibull. 1, 2, 49. — b) insbes. wenn das Angeknüpfte gewichtvoller ist, **ja, gar, vollends, zumal, schon**, iam illa, quae natura, non litteris adsecuti sunt, neque cum Graecia neque ulla cum gente sunt conferenda, Cic. Tusc. 1, 1, 2. iam illa perfugia, quae sumunt sibi ad excusationem —, certe minime sunt audienda, Rep. 1, 5. iam in opere quis par Romano miles, quis ad tolerandum laborem melior? Liv. 9, 19, 8. u. vgl. 1, 9. 9. 30, 30, 18. 31, 12, 6. 38, 17, 8. ipsa insigni fecunditate, praeclara pudicitia: iam infans in castris genitus, in contubernio legionum eductus, Tac. A. 1, 41. honoresque ita gessit, ut ornamentum non accipere, sed dare ipsi dignitati videretur: iam litterarum studium, iam philosophiae doctrina tanta, ut mirabile videretur, unde tam insignis militiae scientia homini inter litteras nato, Justin. 6, 8, 8. u. vgl. Hor. Ep. 2, 1, 83; — *non* cum senatu *modo*, *sed iam* cum diis inmortalibus C. Flaminium bellum gerere, Liv. 21, 63, 6. quamquam probe scit non in castris modo suis sed iam etiam Romae infamem suam cunctationem esse, 22, 15, 1; — hoc in oratore Latino primum mihi videtur et laevitas apparuisse illa Graecorum et verborum comprehensio *et iam* artifex, ut ita dicam stilus, Cic. Brut. 25, 96. pulchriora etiam Polycliti et iam plane perfecta, ut mihi quidem videri solent, 18, 70; cives Romanos adfinitatibus plerosque *et* propinquis *iamiam* cognationibus ex connubio vetusto iunctos, Liv. 26, 33, 3; in quam exercitationem ita nos studiose dedimus, ut *iam etiam* scholas Graecorum more habere auderemus, Cic. Tusc. 1, 4, 7. C. Sicinius - probabilis orator, iam vero etiam probatus, Brut. 76, 263. maiores nostri nullam, ne privatam quidem rem agere feminas sine auctore voluerunt: in manu esse parentum, fratrum, virorum: nos, si diis placet, iam etiam rem publicam capessere eas patimur, Liv. 34, 2, 11. singulare omnium saeculorum exemplum ausae rem publicam augere sine viris: iam etiam cum contemptu virorum tuentur, Justin. 2, 4, 6; nunc vero *etiam iam* erroris causa sublata est, Cic. Fam. 10, 20, 2.

3) die Folge, Reihenfolge, bes. die Schlußfolge, **nun**, conspecta et ex muris Aquiloniae ea multitudo erat, iamque etiam legionariae cohortes sequebantur, Liv. 10, 43, 14. prima luce - co-

rona cinxit urbem, subsidiaque firma, ne qua eruptio fieret, portis opposuit: iam signum dandum eum nuntius a collega trepidus - moratus est, 10, 43, 1; Aurora interea miseris mortalibus almam extulerat lucem referens opera atque labores: iam pater Aeneas, iam curvo in litore Tarchon constituere pyras, Virg. A. 11, 182. u. vgl. 1, 418. et iam cuncta silent: ipsi iam stare recusant cornipedes, Stat. Theb. 11, 154; — satis est tibi in te, satis in legibus, satis in mediocribus amicitiis praesidii: iam contemni non poteris, Cic. Fin. 2, 26, 84. u. vgl. 2, 7, 22. Fam. 5, 2, 2. Leg. 2, 24, 60. his Fabriciis semper est usus Oppianicus familiarissime: iam hoc fere scitis omnes, quantam vim habeat ad coniungendas amicitias studiorum ac naturae similitudo, Cluent. 16, 46. ego Appium - valde diligo: — iam me Pompeii totum esse scis: Brutum a me amari intelligis —: quid est causae, cur mihi non in optatis sit complecti hominem florentem aetate —? Fam. 2, 13, 2; nec promissa igitur servanda sunt ea, quae sunt iis, quibus promiseris, inutilia, nec —: iam illis promissis standum non esse, quis non videt, quae coactus quis metu, quae deceptus dolo promiserit? Off. 1, 10, 32. u. vgl. dOr. 2, 41, 176. Fin. 2, 32, 104; primo tamen remedia exploranda summa cura fuisse, nunc vero explorata esse: neque iam aut nova genera morborum reperiri aut novam desiderari medicinam. Quodsi iam incidat mali genus aliquod ignotum, non ideo tamen fore medico de rebus cogitandum obscuris, Cels. prooem.

II) in Bezug auf Zeitverhältnisse, 1) das Zusammentreffen, **eben, gerade, schon**, tum demum hostes excitati sunt iam et imbre conquiescente et propinqua luce, Liv. 24, 47, 1. reddere qui voces iam scit puer et pede certo signat humum, gestit paribus colludere, Hor. AP. 158. sed quoniam census non ius civitatis confirmat ac tantum modo indicat eum, qui sit census, se *iam tum* gessisse pro cive cet., Cic. Arch. 5, 11. qui omnes in iudiciis publicis iam tum, florente re publica, floruerunt, Cluent. 38, 107. ea re cognita rursus in Nonas Februarias consilium caedis transtulerant: iam tum non consulibus modo, sed plerisque senatoribus perniciem machinabantur, Sall. C. 18, 3. patriis set non et filius arvis contentus late iam tum dicione premebat Sarrastis populos, Virg. A. 7, 736. pandite nunc Helicona, deae, cantusque movete —, quibus Itala iam tum floruerit terra alma viris, 7, 641; nuper quidem *quum iam* te adventare arbitraremur, repente abs te in mensem Quintilem reiecti sumus, Cic. Att. 1, 4, 1. pascere rusus solis ad occasum, cum frigidus aëra vesper temperat et saltus reficit iam roscida luna, Virg. G. 3, 335. hoc etiam emenso cum iam decedet Olympo, profuerit meminisse magis, G. 1, 50. medios cum sol accenderit aestus, cum sitiunt herbae et pecori iam gratior umbra'st, A. 4, 401; id tu, Brute, *iam* intelliges, *quum* in Galliam veneris, Cic. Brut. 46, 171. obsignaram iam epistolam eam, quam puto te modo perlegisse —, quum subito Appii tabellarius - mihi tuas litteras reddidit, Att. 5, 19, 1. sed iam quum adventare milites dicentur, faciendum nobis erit ut ab eo discedamus, Att. 3, 22, 1. de quibus iam dicendi locus erit, quum de senioribus pauca dixero, Brut. 25, 96; postquam illo ventum'st, *iam ut* me collocaverat, exoritur ventus turbo, Plaut. Curc. 5, 2, 46. iam ut limen exirem, ad genua accidit lacrumans misera, Ter. Hec. 3, 3, 18.

2) das unmittelbare Eintreten od. Eingetretensein u. die daraus hervorgehende Schnelligkeit des Eintretens, **eben, dann eben, eben dann**, od. **eben, so eben, eben erst**, od. **eben gleich, gleich, sofort, bald, schon**, vide, quam iniquos sis prae studio: dum id efficias quod cupis, neque modum benignitatis neque quid me ores cogites: nam *si* cogites, remittas *iam* me onerare iniuriis, Ter. Andr. 5, 1, 6. at vero, si qui voluerit animi sui complicatam notionem evolvere, iam se ipse doceat eum virum bonum esse, qui prosit quibus possit, noceat nemini nisi lacessitus iniuria, Cic. Off. 3, 19, 76. at si hoc idem adolescenti optimo P. Sextio - dixissem, iam mihi consuli hoc ipso in templo iure optimo vim et manus intulisset, Cat. 1, 8, 21. quodsi interesse quippiam tantulum modo potuerit, amicitiae iam nomen occiderit, Leg. 1, 12, 34. si iubeat eo dirigi, iam in portu fore omnem classem, Liv. 29, 27, 8. si paululum modo vos languere viderint, iam omnes feroces aderunt, Sall. C. 52, 18. nec semel hoc fecit, nec, si retractus erit, iam fiet homo et ponet famosae mortis amorem, Hor. AP. 468; od. es geht der Bedingungssatz aus dem Zusammenhang hervor: simul arbitror, iam esse aliquem amicum et defensorem ei, Ter. Andr. 4, 5, 17. „felix i littera" dixi: „iam tibi formonsam porriget illa manum", Ov. Her. 18, 15; *ubi* enim semel ab annonae ratione et ab aratorum voluntate res ad praetorum libidinem translata est, non est *iam* in lege neque in officio, sed in voluntate hominum atque avaritia positus modus aestimandi, Cic. Verr. 3, 94, 220. et *ut* semel inclinavit pugna, *iam* intolerabilis Romana vis erat, Liv. 6, 32, 8; heus tu, *iam*, *postquam* in urbem crebro commoveo, dicax sum factus, Plaut. Truc. 3, 2, 14. quod quidem natum ab ostentatione declamatoria iam in forum venit, postquam agere causas non ad utilitatem litigatorum, sed ad patronorum iactationem repertum est, Quint. 4, 3, 2; nach *Imperat.* od. entsprechendem *Conjunct.*: accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis, Ter. Eun. 1, 2, 5. remove perturbationes maximeque iracundiam, iam videbuntur monstra dicere (Stoici), Cic. Tusc. 4, 24, 54. da mihi hoc: iam tibi maximam partem defensionis praecideris, Verr. 2, 62, 151. id muta, quod ille non potuit, et adde numeros et, ut aptior sit oratio, ipsa verba compone et quasi coagmenta, quod ne Graeci quidem veteres factitaverunt: iam neminem antepones Catoni, Brut. 17, 68. sortem aliquam ferte, de capite deducite quod usuris pernumeratum est: iam nihilo mea turba quam ullius conspectior erit, Liv. 6, 15, 10; agedum, inquit, dictatorem, a quo provocatio non est, creemus: iam hic, quo

nunc omnia ardent, conticiscet furor, 2, 29, 11. tollatur haec e civitate discordia: iam omnes isti qui portenduntur metus exstinguentur, Cic. Har. resp. 25, 55; — in Bezug auf die Schnelligkeit des Eintretens einer Handlung oder eines Zustandes in irgend einem Zeitpunct: videamus nunc, quam sint praeclare illa iis, quae iam posui, consequentia, Cic. Fin. 3, 7, 26. brevis hic est fructus homullis: iam fuerit, neque post umquam revocare licebit, Lucr. 3, 914; occlude sis fores ambobus pessulis: iam ego hic adero, Plaut. Aul. 1, 2, 25. Th. mane. Ch. omitte: iam adero, Ter. Eun. 4, 6, 27. bono animo es: iam argentum ad eam deferes, quod ei pollicitu's, Heaut. 4, 6, 18. si quis deus „en ego" dicat „iam faciam quod voltis": eris tu, qui modo miles cet., Hor. Sat. 1, 1, 15. viginti iam usu'st filio argenti minis: face id ut paratum iam sit, Plaut. As. 1, 1, 76. credo equidem illum iam adfuturum esse, ut illam a me eripiat, Ter. Eun. 4, 6, 1. id voluit, nos sic nec opinantes duci falso gaudio, sperantes iam amoto metu, interea oscitantes opprimi, ut ne esset spatium cogitandi ad disturbandas nuptias, Andr. 1, 2, 9. ad patrem ibo, ut matris iram sibi esse sedatam sciat: iam redeo, Plaut. Merc. 5, 4, 1. hoc est adverso nixantem trudere monte saxum, quod tamen a summo iam vertice rusum volvitur, Lucr. 3, 1000; nisi puerum tollis, iam ego hunc in mediam viam provolvam, Ter. Andr. 4, 4, 37. nunc ubi me illic non videbit, iam huc recurret, sat scio, Ad. 4, 1, 10. Ph. iam opu'st (triginta minis). Ge. iam feres, Phorm. 3, 3, 26. Da. hoc (consilium) ego tibi profecto effectum reddam. Pa. iam hoc opus est. Da. quin iam habeo, Andr. 4, 2, 20. u. vgl. 4, 1, 58. quam haec pulchra putet, ipse iam dicet, Cic. Tusc. 4, 31, 67. hanc (pecuniam) te, inquit, capere non licuit: iam id videro, sed primum illud tenebo, Flacc. 23, 55. omne inde tempus suspensos ita tenuit animos usque ad lucem alteram, ut identidem iam in urbem futurus videretur impetus, Liv. 5, 39, 6; quid miserum, Aenea, laceras? iam parce sepulto, Virg. A. 3, 41. sed iam age, carpe viam, 6, 629. nos animae viles - sternamur campis: et iam tu, si qua tibi vis, si patrii quid Martis habes, illum adspice contra, qui vocat, 11, 372; — iam te premet nox fabulaeque Manes, Hor. Od. 1, 4, 16. iam veniet tenebris Mors adoperta caput, iam subrepet iners aetas, neque amare decebit, Tibull. 1, 1, 70. iam mare turbari trabibus saevasque videbis collucere faces, iam fervere litora flammis, Virg. A. 4, 566. alius Latio iam partus Achilles, natus et ipse dea, 6, 89. hoc superate iugum et facili iam tramite sistam, 6, 676. te comminus aequo mecum crede solo pugnaeque accinge pedestri: iam nosces, ventosa ferat cui gloria fraudem, 11, 707. carpite nunc, tauri, de septem montibus herbas, dum licet: hic magnae iam locus urbis erit, Tibull. 2, 5, 55. cedo, inquit, illum (gladium), iam curabo sentiat, quos attentarit, Phaedr. 5, 2, 6. aperi, inquit: iam scies, Petron. 16, 2; — quae (Musae) me maxime, sicut *iam a* prima adolescentia delectarunt, Cic. Fam. 1, 9, 23. benevolentia quae mihi iam a pueritia tua cognita est, 4, 7, 1. dederas enim, quam contemneres populares insanias, iam ab adolescentia documenta maxima, Mil. 8, 22. sententiam meam tu facillime perspicere potuisti iam ab illo tempore, quum in Cumanum mihi ob viam venisti, Fam. 2, 16, 3. iam a principio, Cato frg. p. 46, 1. iam ab initio, Caes. BC. 2, 23, 1. iam ex quo ipse accepisset regnum, multa - admirando rerum successu tenuisse, Liv. 42, 11, 8. urgerent praeterea philosophorum greges iam ab illo fonte et capite Socrate, Cic. dOr. 1, 10, 42; dissimili is studio'st *iam inde ab* adulescentia, Ter. Ad. 1, 1, 16. nam mihi magna cum eo iam inde a pueritia fuit semper familiaritas, Heaut. 1, 2, 9. iam inde ab iuventa, Liv. 36, 17, 6. iam inde a puero, 42, 11, 7. iam inde ab incunabilis, 4, 36, 5. o iura praeclara atque divinitus iam inde a principio Romani nominis a maioribus nostris comparata, Cic. Balb. 13, 31. meorum omnium consiliorum periculorumque iam inde a consulatu meo testis, conscius, adiutor, Phil. 14, 6, 16. cuius cum patre magna mihi fuit amicitia iam inde a quaestura mea Siciliensi, Fam. 13, 38. cernebat et Persea iam inde ab initio - belli spem pacis temptasse, Liv. 44, 25, 3. u. so vgl. 1, 2, 3. 6, 40, 3. congressune aliquo inter se an iam inde ab ortu natura ipsa congregatae sint (bestiolae), Cic. ND. 2, 48, 124. Appius iam inde antiquitus insitam pertinaciam familiae gerendo solus censuram obtinuit, Liv. 9, 29, 8; amoenitate et salubritate insulae *iam inde* captus, cum ad eam ab Armenia rediens appulisset, Suet. Tib. 11. ac tibi iam inde praescribo, ne tuas sordes cum clarissimorum virorum splendore permisceas, Cic. Vat. 5, 13. ille finis Appio alienae personae ferendae fuit: suo iam inde vivere ingenio coepit, Liv. 3, 36, 1. u. vgl. 8, 16, 7. 9, 29, 8. 21, 31, 5. convenit iam inde per consules reliqua belli perfecta, 9, 16, 1. u. vgl.: statum quoque civitatis ea victoria firmavit, ut iam inde haud secus quam in pace res inter se contrahere vendendo, argentum creditum solvendo auderent, 27, 51, 10; vetus opinio est *iam usque ab* heroicis ducta temporibus eaque et populi Romani et omnium gentium firmata consensu, Cic. Div. 1, 1, 11; vgl. noch: quamquam id nomen durius effecit iam vetustas, Off. 1, 12, 37; — *iam primum* haec se e Pamphilo gravidam dixit esse: inventum'st falsum: nunc postquam videt nuptias domi apparari cet., gleich vom Anfang herein, um von vornherein zu beginnen, Ter. Andr. 3, 2, 32. tot peccata in hac re ostendis: nam iam primum, si meum imperium exequi voluisses, interemptam oportuit, Heaut. 4, 1, 21. primum iam ancillas secum adduxit plus decem, 3, 1, 42. u. vgl. Andr. 1, 3, 6. iam primum saxis suspensam hanc adspice rupem, Virg. A. 8, 190. iam primum iuventus, simul ac belli patiens erat, in castris per laborem usu militiam discebat, Sall. C. 7, 4. iam primum adulescens Catilina multa nefanda stupra fecerat, 15, 1. iam primum ut ordiar ab ducibus conparandis, haud equidem abnuo egregium ducem

fuisse Alexandrum, sed clariorem tamen eum facit, quod unus fuit, Liv. 9, 17, 5. iam primum omnem multitudinem civium ex maritimis civitatibus - in Emathiam - traduxit, 40, 3, 3. u. vgl. 21, 62, 7. 1, 1, 1. 5, 51, 6. itaque Persea hereditarium a patre relictum bellum et simul cum imperio traditum iamiam primum alere ac fovere omnibus consiliis, Liv. 42, 11, 5; vgl. noch: atque haec iam primo depulsus ab ubere matris audeat, Virg. G. 3, 187. und: vere novo, gelidus canis cum montibus umor liquitur et zephyro putris se glaeba resolvit, depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro ingemere, G. 1, 43; — eius libertum Apollonium *iam tum* equidem, quum ille viveret, et magni faciebam et probabam, gleich, schon damals, Cic. Fam. 13, 16, 1. ea, quae iam tum, quum aderas, offendere eius animum intelligebam, Att. 1, 11, 1. iam tum mihi non placebas, quum idem tu tuebare, quod Sellius familiaris meus, Fam. 7, 12, 1. iam tum, cum ipse ibi cum collega rem pariter gesserit, fuisse tantum bellum, ut nec duce uno nec exercitu geri potuerit, Liv. 10, 21, 14; si qui ita animati essent, malle eos sibi *iam tum* fateri, quam postmodo querentes segnes atque inutiles milites rei publicae esse, in diesem Falle gleich, Liv. 29, 1, 6. ego vero omnia, quae gerebam, iam tum in gerendo spargere me ac disseminare arbitrabar in orbis terrae memoriam sempiternam, gleich damals, Cic. Arch. 12, 30. iam tum non consulibus modo, sed plerisque senatoribus perniciem machinabantur, Sall. C. 18, 7; haec audax etiamnum in limine retro vociferans, *iam tunc* impulsa per agmina praeceps, evolat, Stat. Theb. 2, 467. Philippus iam tunc valens, Macedo, multa moliebatur, Nep. Timoth. 3, 1. nisi iam tunc omnia negocia cum summa tua dignitate diligentissime confecissem, Cic. Fam. 3, 12, 3. namque aderat qui nosceret, Baebius Massa e procuratoribus Africae, iam tunc optimo cuique exitiosus, Tac. H. 4, 50. undecimo aetatis anno a Claudio adoptatus est Annaeoque Senecae iam tunc senatori in disciplinam traditus, Suet. Ner. 7. utramque rem non ab se primo animadversam, sed antiquis iam tunc curae fuisse, Aug. 89; — quae enim potest in vita esse iucunditas, quum dies et noctes cogitandum sit, *iam iamque* esse moriendum, jeden Augenblick, Cic. Tusc. 1, 7, 14. quum Romae essem et te iam iamque visurum me putarem, Att. 12, 5, 4. quamquam ipse iam iamque adero, 14, 22, 1. iam iamque video bellum, 16, 9. ceterum ut iam iamque iturus legit comites, Tac. A. 1, 47. quae ibi cognita et iamiamque Bosporum invasurus habebatur, 12, 15. u. vgl. 14, 7; at illum ruere nuntiant et iam iamque adesse, Cic. Att. 7, 20. persuade tibi - vos exspectari, Brutum quidem iam iamque, Fam. 12, 10, 8. ut enim qui demersi sunt in aqua nihilo magis respirare possunt, si non longe absunt a summo, ut iam iamque possint emergere, quam si etiam tum essent in profundo, Fin. 3, 14, 48. mihi dubium non erat, quin ille iam iamque foret in Apulia, Cnaeus noster in navi, Att. 7, 21. Caesar enim adventare iam iamque, et adesse eius equites falso nuntiabantur, Caes. BC. 1, 14, 1; quo super atra silex *iam iam* lapsura cadentique imminet adsimilis, Virg. A. 6, 602. possumus Appium Claudium suspicari disertum, quia senatum iamiam inclinatum a Pyrrhi pace revocaverit, Cic. Brut. 14, 55.

3) das erwartete (zu erwartende) od. unerwartete (noch nicht zu erwartende) Eintreten, **nun, nun endlich, erst, od. bereits, schon**, putamus enim utile esse te aliquando iam rem transigere, Cic. Att. 1, 4, 1. iamque sero diei subducit ex acie legionem faciendis castris, Tac. A. 2, 21. minus iam tandem aut virtutis aut fortunae paenitere suae, Liv. 22, 12, 10. iam tandem Italiae fugientis prendimus oras, Virg. A. 6, 61. dehinc postulo sive aequom'st te oro, ut redeat iam in viam, Ter. Andr. 1, 2, 19; — age iam concedo, non esse miseros, qui mortui sunt, quoniam extorsisti, ut faterer, qui omnino non essent, eos ne miseros quidem esse posse, Cic. Tusc. 1, 7, 14. surgere iam tempus, iam pingues linquere mensas, Catull. 62, 3. iam tempus agi res nec tantis mora prodigiis, Virg. A. 5, 638. ianua, iam pateas uni mihi, victa querelis, Tibull. 1, 2, 9. u. vgl. Stat. Theb. 2, 364. iamne imus? Ter. Eun. 3, 2, 39. iamne satis credis sobrium esse me et nil mentitam tibi? 4, 4, 35; — i *nunciam*, Ter. Ad. 2, 1, 21. i intro nunciam, 2, 1, 14. secede huc nunc iam, si videtur, procul, Plaut. Capt. 2, 1, 23. audi iam nunc, Ter. Andr. 2, 1, 29. eamus iam nunc intro, 1, 1, 144; — *iam iam* intelligo, Crasse, quid dicas, Cic. dOr. 3, 24, 90. iamiam minime miror te ocium perturbare, Phil. 2, 34, 87. iam iam dolet, quod egi, iam iamque poenitet, Catull. 63, 73. u. vgl. VFlacc. 7, 389. Lucan. 2, 538. iamiam faciam ut iusseris, Plaut. Curc. 5, 3, 29. iam iam nulla mora'st: sequor et qua ducitis adsum, Virg. A. 2, 701. iam iam linquo acies, 12, 875. iam iam fata, soror, superant: absiste morari: quo deus et quo dura vocat Fortuna, sequamur, 12, 676. iam iam nec maxuma Juno nec Saturnius haec oculis pater aspicit aequis, 4, 371. u. vgl. VFlacc. 8, 39; — ferner vom unerwarteten od. noch nicht zu erwartenden Eintritt: atque hoc tum iudicio facto et Oppianico re et existimatione *iam*, lege et pronuntiatione *nondum* condemnato, tamen Avitus Oppianicum reum statim non fecit, Cic. Cluent. 20, 56. ad quorum casum cum conclamasset gaudio Albanus exercitus, Romanas legiones iam spes tota, nondum tamen cura deseruerat, Liv. 1, 25, 6. nondum feminam aequavimus gloria, et iam nos laudis satietas cepit? Curt. 9, 26 (6), 23; — ecastor iam biennium'st, cum mecum rem coepit, Plaut. Merc. 3, 1, 35. plus iam anno scio, Curc. 1, 1, 14. quor uxor non arcessitur? iam advesperascit, Ter. Andr. 3, 4, 2. hem scio iam quid vis dicere, Plaut. Mil. gl. 1, 1, 36. obsolevit iam ista oratio, re multo magis quam verbis refutata, Cic. Pomp. 17, 52. quodsi tu valeres, iam mihi quaedam explorata essent, Att. 7, 2. neque quidquam esse stultius, quam quale quid vivo homine est, tale existimare esse moriente, imo iam mortuo, Cels.

5, 27, 4. ab scorpione icti, 5, 27, 5. ab angue icti, 5, 27, 11; — fragor aethera terruit ipsum ictaque subsedit pondere molis humus, Ov. F. 1, 567. reddidit icta suos pollice chorda sonos, 2, 108. mordaci velut icta ferro pinus, Hor. Od. 4, 6, 9. sonat icta securibus ilex, Virg. A. 6, 180. haec (corpora) neque dissolvi plagis extrinsecus icta possunt, Lucr. 1, 528. bracchium hasta ictum est, Curt. 4, 53 (16), 32. cervix - saxo icta est, 7, 28 (6), 22. ipsa (navis) rostro icta est, 4, 18 (4), 7. in aede Concordiae Victoria - fulmine icta decussaque, Liv. 26, 23, 4. imago fulmine icta, Vopisc. Prob. 3. murus turresque quaedam Cumis non ictae modo fulminibus sed etiam decussae, Liv. 25, 7, 8. domus fulmine icta, Suet. Aug. 29. Juliae monumentum fulmine ictum est, 95. fulmine sola (laurus) non icitur, Plin. 15, 30 (40), 134. ictusque aetherea per stagna patentia flamma fumavit lacus atque arserunt fluctibus ignes, Sil. 5, 73. u. vgl.: quum Summanus in fastigio Jovis optimi maximi, qui tum erat fictilis, e caelo ictus esset, Cic. Div. 1, 10, 16; ferner: saepe dat ingentem fluctu latus icta fragorem, Ov. M. 11, 507. icta pedum motu (ianua) trepidantem et multa timentem visa dedisse sonum est, 14, 739. verberibus torsere fretum: salis icta frequenti albescit pulsu facies, Sil. 14, 360. icta fatiscit aquis donec domus, VFlacc. 4, 48. globosos turbines existere ictos undis concursantibus, Att. 397. quamvis icta novo, ventum tenuere priorem aequora, Lucan. 2, 458. media (Victoria) vento icta, Sever. Spart. 22. nubila - solis super icta calore, Lucr. 6, 514. intempestivis pluviisque et solibus icta (terra), 6, 1101. opportunus ita est si forte et idoneus aër, ut queat accendi parvis ardoribus ictus, 5, 607. arma fragore icta gravi raucum gemuēre, Sil. 2, 244. ictus longis ululatibus aether, Ov. M. 3, 706. clamoreque montes icti reiectant voces ad sidera mundi, Lucr. 2, 329; — ohne *Ablat.*: hostem num unum icit? Cato frg. p. 49, 1. nam canis, quando est percussa lapide, non tam illum adpetit, qui sese icit, quam illum eumpse lapidem, qui ipsa icta est, petit, Pacuv. 38. si iceris me posthac, Turpil. 26. quem catapulta aut balista icerit, Caecil. 27. icit femur, Plaut. Truc. 2, 3, 50. u. vgl.: at indiligenter iceram (feminur), Mil. gl. 1, 1, 28. tum genu ut quemque icero, ad terram dabo, Capt. 4, 2, 18. quae (anima) cum animi vi percussa'st, exim corpus propellit et icit, Lucr. 3, 160. ex iis quae terra gignuntur lauri fruticem non icit (fulmen), Plin. 2, 55 (56), 146. tu quoque Ulixes, quamquam graviter cernimus ictum, nimis paene animo es molli, Pacuv. 259. incidit ictus - Turnus, Virg. A. 12, 926. ictus erat qua crus esse incipit et qua mollia nervosus facit internodia poples, Ov. M. 6, 255. icta dedit gemitum, 2, 606. ibi in turba ictus Remus cecidit, Liv. 1, 7, 1. saepe homo ictus obmutescit, Cels. 5, 28, 2. hostia pro damnis concidat icta meis, Ov. Her. 6, 78; vom Blitz: icti flammas ut fulguris halent pectore perfixo cet., Lucr. 6, 391. fulmina - sic undique micabant, ut peti viderentur corpora, nec solum milites sed etiam principes icti caderent, Liv. 40, 58, 5; dichter.: saltat Milonius, ut semel icto accessit fervor capiti numerusque lucernis, vom Wein berauscht, Hor. Sat. 2, 1, 24; — cervice graviter ictā semianimis procubuit ante regis pedes, Curt. 9, 22 (5), 17. corpore icto, Cels. 7, 5, 5. liene icto, 5, 26, 12. pulmone icto, 5, 26, 9. quid intus ictum sit, 5, 26, 7. circa id, quod ictum est, 5, 26, 21. scuta galeaeque ictae, Liv. 9, 35, 5. plaga facit gemitus ceu corpore marmoris icti, Ov. M. 12, 487. icta viam tellus in Tartara fecit, 5, 423; v. Blitz bildlich: cumque alii fugerent subitae contagia cladis nec vellent ictae limen adire domus, Ov. Trist. 5, 4, 33; u. ganz *absol.*: pilum, haud paulo quam hasta vehementius ictu missuque telum, Liv. 9, 19, 7; auch: a tenui causa magis icta movetur (anima), Lucr. 3, 430. — b) insbes. foedus icere (vgl. ferio, A, II 1b), ein Bündniß schließen, foedus repente iciunt, Tac. A. 11, 9. foedus, quod meo sanguine in pactione provinciarum iceras, frangere noluisti, Cic. Pis. 12, 28. orsi a foedere, quod nobiscum icerant, Tac. A. 12, 62. ictum iam foedus, Virg. A. 12, 314. ictum ne desere foedus, Sil. 5, 317. regem me creatis icto foedere, Phaedr. 1, 33, 8. id autem foedus meo sanguine ictum sanciri posse dicebant, Cic. Sest. 10, 24. nobis vobiscum foedus est a C. Lutatio consule ictum, Liv. 21, 18, 8. eo foedere, quod cum Hasdrubale ictum est, §. 9. tum est cum Gaditanis foedus vel renovatum vel ictum, Cic. Balb. 15, 34. icta nobiscum foedera, Tac. A. 4, 55. inde foedus ictum inter duces, Liv. 1, 1, 9. — 2) übtr. im *Pass.* von einer Leidenschaft **gestachelt**, **getroffen werden**, ob. von etw. Unerwarteten u. vom Unglück **betroffen werden**, **berührt werden**, **erschüttert werden** u. dgl., inter equas ubi equus florenti aetate iuvencus pinnigeri saevit calcaribus ictus amoris, Lucr. 5, 1074. tum velut repentino icti furore inprovidi currerent ad muros, Liv. 5, 21, 7. sic desideriis icta fidelibus quaerit patria Caesarem, Hor. Od. 4, 5, 15. conscientia ictus, Liv. 33, 28, 14. illa (virgo) icta timore gravi, VFlacc. 8, 34. metu icta maestum aliquamdiu silentium obtinuit, Liv. 1, 16, 2; — nova re consules icti, Liv. 27, 9, 8. eo (responso) tamquam novo cum icti Aetoli essent, 37, 6, 7. tunc ictus specie pavitare hoc bella magistro cernitur, effugiens ardentem Porsena dextram, Sil. 8, 388. Hannibal tanto simul publico familiarique ictus luctu, Liv. 27, 51, 12. quae luctus causa requirunt, cui paret exequias, quove sit icta malo, Ov. F. 2, 817. consul interim rebellione Bergistanorum ictus, Liv. 34, 17, 5. duabus tantis deinceps cladibus icti, 26, 20, 1. Hannibal ictus uno proelio adverso, 37, 24, 11. Agricola domestico vulnere ictus, anno ante natum filium amisit, Tac. Agr. 29; et tamen e summo, quasi fulmen, deicit ictos invidia inter dum contemptim in Tartara taetra, Lucr. 5, 1125.

īcon, ōnis, *f.* (εἰκών), das **Ebenbild**, **Bild**, die **Figur**, Mutianus et latrunculis lussisse fictas cera icones usu distinguente, Plin. 8, 54 (80), 215.

Icŏnĭcus, a, um (εἰκονικός), **zum Ebenbild gehörig, dem Ebenbild entsprechend, nach dem Leben dargestellt**, adeoque ars perfecta erat, ut in eo proelio iconicos duces pinxisse tradatur, Plin. 35, 8 (34), 57. in templo simulacrum stabat aureum iconicum, Suet. Cal. 22.

Icŏsaprōti, orum, *m.* (εἰκοσάπρωτοι), die zwanzig ersten Rathsherren in den Municipien u. Colonien, deren Würde **icŏsaprōtia**, ae, f. (εἰκοσαπρωτεία) hieß, Ulp. Dig. 50, 4, 18. §. 26.

Ictĕrias, ae, *m.* (ἰκτερίας), ein gelber Edelstein, vgl.: icterias cuti luridae similis et ideo salubris existimata contra regios morbos, Plin. 37, 10 (61), 170.

Ictĕrĭcus, a, um (ἰκτερικός), gelbsüchtig, subst. der **Gelbsüchtige**, consulit ictericae lento de funere matris, Juv. 6, 565. ictericis nec non et phreneticis radicis crudae sucum gargarizandum bibendumque demonstrat, Plin. 20, 9 (34), 87.

Ictĕrus, i, *m.* (ἴκτερος), die **Goldammer**, vgl.: avis icterus vocatur a colore, quae si spectetur, sanari id malum tradunt et avem mori: hanc puto Latine vocari galgulum, Plin. 30, 11 (28), 94.

Ictis, ĭdis, *f.* (ἰκτίς), das **Frettchen**, mustelarum (Wiesel) duo genera: alterum silvestre distans magnitudine, Graeci vocant ictidas: harum fel contra aspidas dicitur efficax, cetero venenum: haec autem quae in domibus nostris oberrat (d. gemeine Wiesel) — serpentes persequitur, Plin. 29, 4 (16), 60.

Ictus, us, *m.* (ico; in allen Casibus außer im *Dat. sing.* u. *Gen. plur.* gebräuchlich), I) der **Schlag** (Anschlag), **Hieb**, **Stoß** (Anstoß), **Stich**, **Schuß**, **Schwung**, **Wurf**, **Biß**, die **Wunde**, 1) eig., a) im Allg. (die Epitheta vgl. in d. folg. Beispielen), mit *Genit. subi.*: quae (natura deûm) quoniam manuum tactum suffugit et ictum, tactile nil nobis quod sit contingere debet, Lucr. 5, 150. ictu pugni, Treb. Poll. Claud. 12. mirata diu factas pedis ictibus undas, Ov. M. 5, 264. ictu pedum crebro, Plin. 8, 43 (68), 169. ipsam quoque ictu calcis occidit, Suet. Ner. 35. morsu canis et caudae sic scorpius ictu (pugnat), Ov. Hal. 5. ictu abigente alae, Plin. 10, 3 (3), 9. nunc rostro, duris nunc ictibus alae ter quinas (aves) dederat saeva inter vulnera leto, Sil. 4, 108. volucres cum advenis pugnasse pinnarum ictu, Plin. 6, 12 (13), 32; — contra ictus aquarum nitentes quidam et natare conati, Amm. 31, 4, 5. addit - lapidosos grandinis ictus, Claud. BGet. 240. nullo rigidi versabere vomeris ictu, Claud. Rapt. Pros. 1, 196. prope funeratus arboris ictu, Hor. Od. 3, 8, 6. vastos nodosi roboris ictus congeminat, VFlacc. 2, 534. duo magnorum viridi coëuntia silva corpora serpentum baculi violaverat ictu, Ov. M. 3, 324. ligni - ictu percussi, Treb. Poll. trig. tyr. 8. impavidus conscendit equos Gradivus et ictu verberis increpuit, Ov. M. 14, 820. intumescens corpus ulceribus flagellorum ictus nudis ossibus incussos ferre non poterat, Curt. 6, 43 (11), 17. lapidis ictum genu excipere, Suet. Vesp. 4. lapidum ictibus oppetit crebris, Amm. 29, 3, 5. sed non Dardanidae medicari cuspidis ictum evaluit, Virg. A. 7, 756. curru instabat Achilles totaque Peliacae sternebat cuspidis ictu agmina, Ov. M. 12, 73. usque ad ictum sagittae, Vopisc Aurel. 26. quo tutiores essent adversus ictus sagittarum, Curt. 7, 36 (9), 2. ut densatis scutis ab ictu sagittarum et iaculorum sese tuerentur, Liv. 42, 65, 7. duodecim propugnatores totidem sagittarum confecit ictibus, Suet. Tit. 5. confixis quibusdam rotatis ictibus iaculorum et sagittarum, Amm. 31, 13, 1. ut extra ictum teli essent, Liv. 34, 28, 6. ubi primum sub ictu teli fuerunt, duabus simul portis erumpitur, 43, 10, 5. sub ictu teli versari, Vopisc. Alex. Sev. 54. pluribus eorum scutis uno ictu pilorum transfixis et colligatis, Caes. BG. 1, 25, 3. ut Metellus ictu tragulae sauciaretur, Sall. H. 2, 19. ictu scorpionis exanimato alteri successit tertius, Caes. BG. 7, 25, 3. ictus varii ballistarum, Amm. 20, 11, 22. ut miles ante me quidam discriminato capite, quod in aequas partes ictus gladii fiderat validissimus, in stipitis modum undique coartatus haereret, 18, 8, 12. taurus securis ictu consternatus, Suet. Galb. 18; — de caelo fulminis ictus, Lucr. 6, 386. u. so 6, 323. 406. 3, 488. 5, 401. Juv. 12, 17. Claud. Rapt. Pros. 3, 60. Cic. Off. 3, 25, 94. Suet. Aug. 97. u. vgl.: perrumpere amat saxa potentius ictu fulmineo, Hor. Od. 3, 16, 11. Romulus maturior annis fulmineo periit, imitator fulminis, ictu, Ov. M. 14, 617. u. absol.: quo pacto gignantur et impete tanto fiant ut possint ictu discludere turres, Lucr. 6, 240. quali natura praedita constent fulmina, declarant ictu loca inusta. 6, 220. ipse in eas (nubes) tum descendit prope ut hinc teli determinet ictus, 6, 403. u. vgl. Petron. 122, 25. frg. 27, 3; ferner: qui color infectis adversi solis ab ictu nubibus esse solet aut purpureae aurorae, Ov. M. 3, 183. miles ut adverso Phoebi radiatus ab ictu descendens totos perfudit lumine colles, Lucan. 7, 214. aestifer ut tantum radiorum exaugeat ictum (sol), Lucr. 5, 613. qui (colores) quoniam quodam gignuntur luminis ictu, 2, 808. semina concurrunt calidi fulgoris ad ictum, 6, 316. spissa ramis laurea fervidos excludet ictus, Hor. Od. 2, 15, 9. u. vgl. Lucr. 4, 357; — nec tibi sunt pontes nec quae sine remigis ictu concava traiecto cumba rudente vehat, Ov. Am. 3, 6, 3. mirabar tamen - vulnus in latere, quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris probari, Cic. Mil. 24, 65. ut ad ictum servi sui Dolabella non segniter cervicem daret, Vell. 2, 69, 2. ubi vero ea pars turris, quae erat perfecta, tecta atque munita est ab omni ictu hostium, Caes. BC. 3, 9, 5. ictu capulantium interfectus (piscis), Mel. 2, 5, 7; ictu quadrupedis fulva porrectus arena, Sil. 4, 239. omnis serpentis ictum et ieiuni et ieiuno magis nocere, Cels. 5, 27, 10. uva theriace - contra serpentium ictus estur, Plin. 23, 1 (11), 14. adversus chelydri ictum, Cels. 5, 27, 8. ad scorpionis et aranei ictum, 5, 27, 6; auch: a bestiis ictus, morsus, impetus, Cic. Off. 2, 6, 19; — mit *Genit. obi.*: ad ictus moenium cum terribili sonitu editos, Liv. 38, 5, 3. ad gemitus vulnerum ictus-

que corporum aut armorum et mixtos strepentium paventiumque clamores, 22, 5, 4. dracones in Gorgone eius ad ictus citharae tinnitu resonant, Plin. 34, 8 (19), 76. ictus enim fit et vulnus arteriae hac acuta atque attenuata nimis exclamatione, AHer. 3, 12, 21. ictu sanguinis extinctus est, AVict. 16. — *Absol.*, in folg. Verbindungen, u. zwar im log. *Subj.*: ille ictum venientem a vertice velox praevidit, Virg. A. 5, 444. animantem grandior ictus, quam patitur natura, repente adfligit et omnes corporis atque animi pergit confundere sensus, Lucr. 2, 944. nam quid praeterea facere ictum posse reamur oblatum, nisi discutere ac dissolvere quaeque? 2, 952. ictusque resilit (des Laocoon auf d. troian. Pferd), Petron. 89, 2, 22. haec Nero et intorquet iaculum: nec futilis ictus, Sil. 15, 794; validique incudibus ictus auditi referunt gemitus, Virg. A. 8, 419. amisēre ictus spatium, Sil. 9, 321. cur hoc ita usu veniret, quod Quadrigarius dixisset, ut contigui magis directioresque ictus fiant, si vel lapidem vel sagittam sursum versus iacias, quam deorsum, Gell. 9, 1, 2; — im log. *Obj.*: ad evocandum adversarii ictum, Quint. 5, 13, 54. quam (pinum) per exactos ego laetus annos verris obliquum meditantis ictum sanguine donem, Hor. Od. 3, 22, 6. error abest: certum sollertia destinat ictum nil spatio fallente modum, Claud. Idyll. 2, 32. ingerunt desuper Othoniani pila librato magis et certo ictu adversus temere subeuntes cohortes Germanorum, Tac. H. 2, 22. fit quoque uti soleant minus oblato acriter ictu reliqui motus vitales vincere saepe, Lucr. 2, 954. petito per speciem studiorum scalpro levem ictum venis intulit, Tac. A. 5, 8. si quem paeniteat ictus eminus comminusve inlati, Plin. 28, 4 (7), 36. cum prior ad iterandum ictum Manlius consurrexisset, spiculum inter aures equi fixit, Liv. 8, 7, 10. antiquior cavendi, quam ictum inferendi cura, Quint. 4, 2, 26. qui exigua corporis declinatione evitato ictu - manum barbari amputat gladio, Curt. 4, 27 (6), 16. nisi Faunus ictum dextra levasset, Hor. Od. 2, 17, 28. res excipit ictum, Lucr. 6, 313. qui tumultuosissimus est, ictum facile excipiunt, Sen. Cons. ad Helv. 5, 3. geminis fidens thoracibus ictum sustulit et gladio Sibotes ferit ultima teli, VFlacc. 6, 248. neque pertulit ictum, Virg. A. 12, 907. ictum firmitas materiae sustinet (musculus), Caes. BC. 2, 9, 1. illa (hasta) volans patuli longe per inania campi ictum perdiderat spatio, Sil. 4, 136; circumstiterant victores et primo ingerebant probra, intentabant ictus, Tac. H. 3, 31. his deditionem, aliis mortem et mutuos inter se ictus parantibus, A. 4, 49. aspice quo fremitu monstratos perferat ictus, Juv. 6, 261. quo saepius steterit tamquam in acie, quoque plures et intulerit ictus et exceperit, Tac. Or. 37. inferendis ictibus inhabiles, accipiendis inpenetrabiles, A. 3, 43. hos non hostilis dextra, non Terrā edita moles Gigantum, non biformato impetu centaurus ictus corpori inflixit meo, Cic. poët. Tusc. 2, 8, 20. crebros - congerit ictus desuper averso, VFlacc. 4, 306. vibrare ictus (scorpionem), Plin. 28, 2 (5), 24. fractum incitatis ictibus guttur sonet, Sen. Phoen. 161. non temere in quemquam nisi crebris et minutis ictibus animadverti passus est, Suet. Cal. 30. dextra ingeminans ictus, Virg. A. 5, 457. tam crebros ensibus ictus congeminant, 12, 713. Pollux sic providus ictus servat et Oebalia dubium caput eripit arte, VFlacc. 4, 271. arborum rami - lento vimine frustrabantur ictus, Curt. 6, 15 (5), 16. vitandi atque inferendi ictus subtiliorem rationem legibus ingeneravit, VMax. 2, 3, 2. fugit ipse novissimus ictus Tiphys, VFlacc. 4, 694. nec corpus cunctos feliciter effugit ictus, Ov. Pont. 4, 7, 39. at non letiferos effugit Enaesimus ictus Hippocoonte satus, M. 8, 362. ubi tegimenta praependere possent ad defendendos ictus ac repellendos, Caes. BC. 2, 9, 2. loricaeque modo squamis defensus et atrae duritia pellis validos cute reppulit ictus, Ov. M. 3, 63. nato non depulit ictus - Juppiter, VFlacc. 6, 652. ratis - per obliquum crebros latus accipit ictus, Lucan. 3, 628. puppis in obliquum resonos latere accipit ictus, VFlacc. 1, 619. excipit ille ictus galea clipeoque sonantes defensatque humeros, Ov. M. 12, 375. non sentiet ictus, incumbet gladiis (iuventus), Lucan. 6, 277. centum et viginti ictibus scuto perforato, Suet. Caes. 68. minutissimis ictibus excarnificatus atque confectus est, Vit. 17. pugnas Cilicis laudabat et ictus, Juv. 4, 121; — im *Dat.*: cum Parthus - spatium ictibus quaereret, Tac. A. 6, 35; — im *Genit.*: nec tamen illa sui successu laetior ictus, quam Meleagros erat, Ov. M. 8, 384; — im *Abl.*: spicula contorquent cursuque ictuque lacessunt, Virg. A. 7, 165. horum (hastilium) unum certo contorquens derigit ictu, 12, 490. quem (ensem) movet crebro furibundus ictu sanguinem Mavors cupiens recentem, Sen. Phoen. 557. iamque ictu valido libratam a pectore Poeni Pallas in obliquum dextra detorserat hastam, Sil. 9, 455. cuncta necesse'st aut gravitate sua ferri primordia rerum, aut ictu forte alterius, Lucr. 2, 85. cum impulsi procedimus ictu, viribus alterius magnis magnoque coactu, 2, 272. levi et vano ictu pauca (tela) in hostem - cadebant, Curt. 3, 26 (11), 4. illam emicat in partem sanguis, unde icimur ictu, Lucr. 4, 1050. externa corpus de parte necessum est - tundier atque ab ibus crebro pulsarier ictu, 4, 934. leviter - quod crebro tunditur ictu, 4, 1284. hebeti pectus tantummodo contudit ictu, Ov. M. 12, 85. donec vis obiit, quae res diverberet ictu, Lucr. 1, 222. tempora discussit claro cava malleus ictu, Ov. M. 2, 625. huic uno desectum comminus ictu cum galea longe iacuit caput, Virg. A. 9, 770. si subito medium (corpus) celeri praeciderit ictu vis aliqua, Lucr. 3, 636. vibranti cuspis medium transverberat ictu (clipeum), Virg. A. 10, 484. venter ictu aliquo perforatur, Cels. 7, 16. iuvenes - reducunt ordinibus geminis ad fortia pectora remos aequalique ictu scindunt freta, Ov. M. 11, 461. ictu fissum esse, Cels. 8, 4. mucro glacies ceu futtilis ictu dissiluit, Virg. A. 12, 740. obliquo latrantes (canes) dissipat ictu, Ov. M. 8, 344. praecipitata

cadit pariterque et pondere et ictu mergit in ima ratem, 11, 556. uno se traiecit ictu, Suet. Oth. 11. uno ternas animas interficit ictu, Claud. Gigant. 82. ictu eorum, qui in flumen ruebant, necabantur, Sall. H. 2, 63. uno ictu transfixus expiravit protinus, Vell. 2, 70, 5. ubi infelici dextera et suo ictu mortem invenerit, Tac. A. 1, 61. quo sonipes ictu furit arduus, Virg. A. 11, 638. vindicavit ictu veterem iniuriam (aper), Phaedr. 1, 23, 6; ventosque lacessit ictibus, Virg. G. 3, 234. sic densis ictibus heros creber utraque manu pulsat versatque Dareta, A. 5, 459. sunt, qui - concurrentem mutuis ictibus cum minore fratre Telesini occubuisse prodiderint, Vell. 2, 27, 5. quatit ventosis ictibus hastam, VFlacc. 2, 269. verberat ictibus auras, Virg. A. 5, 377. linteo eo circumdatam arborem surdis ictibus - caedi, Plin. 19, 1 (4), 20. ipsumque pluribus ictibus contruncaverunt, Lampr. Alex. Sev. 60. non caecis ictibus procul ex improviso vulnerabantur, Liv. 34, 14, 11. quum par quoddam mutuis ictibus concidisset, Suet. Claud. 34. labefactaque tandem ictibus innumeris, Ov. M. 8, 774. vastis tremit ictibus aerea puppis, Virg. A. 5, 198. saxaque cum saxis et habentem semina flammam iactant, ea concipit ictibus ignem, Ov. M. 15, 347. nec cava vaesanis ictibus aera sonant, AA. 2, 610; — mit *Praepos.*: *ad* quem ictum exclamavit illa, Petron. 22. ad primum ictum, Suet. Caes. 82. regressi ad faciliores ictus locos quaerebant, Sall. frg. inc. 56. sublatis deinde supra capita scutis continuatisque ita inter se, ut non modo ad caecos ictus sed ne ad inserendum quidem ex propinquo telum loci quicquam esset, Liv. 34, 39, 6; libratur *in* ictum fraxinus, Claud. Rapt. Pros. 2, 226. Castor prius ibat in ictus nescius, VFlacc. 3, 187. expedita in ictus manus, Mel. 3, 4, 2; *adversus* omnes ictus communia sunt, Cels. 5, 27, 4. in armorum certamine adversus ictus et rectas et simplices manus cum videre tum etiam cavere ac propulsare facile est, Quint. 9, 1, 20; quae (legiones) - *sub* ictum dabantur, Tac. A. 13, 39. ut sub ictum venerunt, telorum primo omnis generis vis ingens effusa in eos est, Liv. 27, 18, 11; mediosque ratem transferre *per* ictus, VFlacc. 4, 690; humor et aër et omne, quod *ex* ictu formam accipit, in talem habitum inpellitur, qualis est eius quod inpellit, Sen. NQ. 1, 2, 2; pars etiam (principiorum) brevibus spatiis vexantur *ab* ictu, Lucr. 2, 99. abduxēre retro longe capita ardua ab ictu, Virg. A. 5, 428. sed leve vulnus erat, quia se retrahebat ab ictu, Ov. M. 3, 87; dura *sub* ictu ossa virûm malaeque sonant, VFlacc. 3, 165. u. so Sil. 2, 97. 5, 545. nec requies tegimenve datur mutare sub ictu, Sil. 1, 528. u. so 8, 308. — b) insbes. α) vom Schlag beim Schlachten des Opferthieres, dah. vom Schließen eines Bündnisses: tam diro foederis ictu parta quies, Lucan. 5, 372. — β) vom Todtschlag mit der Hand oder dem Fuße: cum senes redderet ictus, Hor. AP. 253. Lesbium servate pedem meique pollicis ictum, Od. 4, 6, 36. pedum et digitorum ictu intervalla signant quibusdam notis, Quint. 9, 4, 51. quoniam in symphoniae cantu ad ictus modulantium pedum moventur, Plin. 2, 94 (95), 209. — γ) obscön, Juv. 6, 126. Petron. — 2) übtr. theils im Allg. vom **Stoß**, **Anstoß**, **Schlag**, den eine Sache gibt oder unter dem etw. geschieht, oder in Bezug auf den **Anlauf**, den Jem. nimmt, theils mit dem Nebenbegriff der Gewalt und der damit verbundenen Gefahr, der **Schlag**, neque enim haec (voluptas) movere potest appetitum animi nec ullum habet ictum, quo pellat animum status hic non dolendi, Cic. Fin. 2, 10, 32; — continuo et velut uno ictu rem publicam exhausit, Tac. Agr. 44. feriunt animum (sententiae) et uno ictu frequenter impellunt, Quint. 12, 10, 48. tam magnis breves poenas sceleribus solvis atque uno omnia pensabis ictu? Sen. Oed. 937. uno sub ictu eripit officiumque patris nomenque mariti, Claud. in Eutr. 1, 50. genus tertium eorum, qui sapientiae adludunt, quam non quidem contigerunt, in conspectu tamen et, ut ita dicam, sub ictu habent, Sen. Ep. 9, 1, 10 (72); — cohortatur, ut uno ictu contenderent neque remitterent, Auct. BAfr. 18, 4. quod singulis velut ictibus transacta sunt bella, ignavia principum factum est, Tac. H. 2, 38. eodem ictu procurrentibus ad superiora nobiscum, Amm. 18, 8, 12. cum ego rapido ictu transirem, 18, 6, 12. u. v. Flüssen: omnes in mare ictu rapido procurrentes, 22, 8, 17. erexēre omnes inmania membra chelydri aegide commota primique furoris ad ictus retulit ipse pedem sensim a certamine Mavors, Sil. 9, 463; cogita - quam nihil sit mortale non sub ictu nostro positum, Sen. Ben. 2, 29, 4. illi ipsi stulti et in aequales et sub ictu poenitentiae positi magnas percipient voluptates, Sen. vit. beat. 12, 1. quod nolles stare sub ictu fortunae, quo mundus erat, Lucan. 5, 729. si id consilium damnaret - sub unum fortunae ictum totas vires regni cadere pateretur, Curt. 3, 18 (8), 2; nemo duraret, si rerum adversarum eamdem vim adsiduitas haberet quam primus ictus, Sen. Tranqu. an. 10, 2. quum ego una cum re publica non tribunicio, sed consulari ictu concidissem, Cic. post. red. in sen. 7, 17. ut ictu simili ferirer, Quint. 6. prooem. 3. pectora tantis obsessa malis non sunt ictu ferienda levi, Sen. Herc. fur. 1112. tales utrimque procellae cum fremerent lacerumque alternis ictibus anceps imperium pulsaret hiems cet., Claud. Laud. Stil. 1, 281. manuum magistralium ictibus - subiacent, Vopisc. Tac. 6. sublata erat de foro fides, non ictu aliquo novo calamitatis, sed suspicione ac perturbatione iudiciorum, Cic. Agr. 2, 3, 8. ictu infamiae, Vopisc. Aurel. 21; — nemo extra ictum vulneris positus est, Sen. rem. fort. 13, 2. stare fratres hinc video duos sceleris sub ictu, Sen. Phoen. 529. uno sub ictu stat mortale genus, Lucan. 6, 614. Romamque sub ictu (esse), Sil. 4, 42. u. vgl. 5, 45. dubio stabant Romana sub ictu, Claud. BGild. 242. — II) das **Treffen** eines Gegenstandes, telumque inbelle sine ictu coniecit, ohne zu treffen, Virg. A. 2, 544. acies - hastas certo ictu - mittit e ratibus, Curt. 7, 36 (8), 9. hinc maiores equorum virorumque umbrae, et falso, ut in corpora, ictu

tela hostium citra cadebant, Tac. H. 3, 23. ex rostratis Poeni vana pleraque, utpote supino iactu, tela in locum superiorem mittebant: gravior ac pondere ipso libratior superne ex onerariis ictus erat, Liv. 30, 10, 13. permixtae (speculatorum naves) cum hostium navibus inhibere saepe tela cogebant metu, ne ambiguo ictu suis inciderent, §. 15. ille - priusquam ad ictum teli veniret, capessit fugam, 26, 40, 10.

Icuncŭla, ae, *f.* (Demin. v. icon), ein kleines Bild, eine kleine Figur, icunculam puellarem-pro summo numine trinisque in diem sacrificiis colere perseveravit, Suet. Ner. 56.

Idcirco, *Adv.*, darum, deshalb, deswegen, in der Absicht, idcirco haec agere tecum secreto institi, Afran. 81. idc. ope nostra dilatatum est dominium togatae gentis, Laber. 44. facilius siqui pius est a dis supplicans, quam qui scelestu'st, inveniet veniam sibi: idcirco moneo vos ego haec, qui estis boni, quique aetatem agitis cum pietate et cum fide: retinete porro post factum ut laetemini, Plaut. Rud. prol. 26. neque Metellus idcirco minus, sed pariter ac si hostes adessent, munito agmine incedere, Sall. J. 46, 6. neque idcirco Caesar opus intermittit, Caes. BC. 1, 42, 3; — nam *idcirco* arcessor, nuptias *quod* mi adparari sensit, Ter. Andr. 4, 2, 7. putaret me idc. discedere, quod quosdam homines oculi mei ferre non possent, Cic. Fam. 9, 2, 7. etsi non idc. eorum usum dimiseram, quod iis succenserem, 9, 1, 2. negant enim sapientem idc. virum bonum esse, quod cet., Rep. 3, 16, 26. quid sit quod idc. fugiendum non sit, quod omnino turpe non sit, Off. 3, 7, 33. nec - idc., quod gloriam meruit, minus pulchrum est, Plin. Ep. 1, 8, 14. non idc. dico, quod cet., Quint. 5, 10, 119; *quod* bona, quae Roscii fuerunt, tua facta sunt, *idcirco* hunc illius filium studes perdere, SRosc. 50, 145. quod autem habebat uterque quid sequeretur, idc. tolerabilior erat nostra dissensio, Phil. 2, 15, 38. nec verum est - propter necessitatem vitae, quod ea, quae natura desideraret, consequi sine aliis atque efficere non possemus, idc. initam esse cum hominibus communitatem et societatem, Off. 1, 44, 158; hoc pauciloquium rursum *idcirco* praedico, *quia* nullus umquam amator adeo'st callide, Plaut. Merc. 1, 1, 34. sin autem idc. possunt provideri (quae casu fiunt), quia certa sunt et fatalia, rursus divinatio nulla est, Cic. Div. 1, 10, 25. quod ego non idc. potissimum in hac parte tractare sum ingressus, quia cet., Quint. 2, 2, 2; *quia* Cliniae ille servos tardiusculu'st, *idcirco* huic nostro tradita'st provincia, Ter. Heaut. 3, 2, 5. quia natura mutari non potest, idc. verae amicitiae sempiternae sunt, Cic. Am. 9, 32. quae omnia quia Cato laudibus extulerat in caelum perscribendaque censuerat, idc. in eius sententiam est facta discessio, Att. 12, 21, 1. u. vgl. Leg. 2, 4, 10. nec enim quia movetur, qui ingreditur, idc., qui movetur, ingreditur, Quint. 5, 9, 6; meminerimus *idcirco* te in istam provinciam missum, *quoniam* multa in ea emendanda apparuerint, Plin. Ep. 10, 32 (41); et *quoniam* hunc sexum custodiae et diligentiae assignaverat, *idcirco* timidiorem reddidit quam virilem, Col. 12. prooem. 5; sunt autem complura medicamina, quae *idcirco* enumerabimus, non *quia* - sed *quoniam* cet., 7, 5, 7; — qui me *idcirco* putent bene audire velle, *ut* ille male audiat, Cic. Att. 6, 1, 2. quam (viam) idc. non fugiunt, ut et vivant cum suis et moriantur domi, Fam. 9, 13, 4. hoc ego idc. nosse te volui, ut scires hospitium tibi ut parares vel potius ut utrobique, 9, 6, 2. reperietis idc. haec in uno homine pecunioso tot constituta, ut cet., Cic. II. Verr. 5, 9, 23. non tibi idc. fasces et secures et tantam imperii vim - datam, ut cet., 5, 15, 39. omnibus audientibus dixisti palam, te idc. illum locum deligere, ut cet., 5, 66, 169. cum prooemium idc. comparatum sit, ut cet., Quint. 4, 2, 24. u. so praef. 27. 12, 2, 12; quae *ut* fierent, *idcirco* pugnatum esse arbitror, Cic. SRosc. 47, 137; suspitio'st mihi nunc vos suspicarier, me *idcirco* haec tanta facinora promittere, *quo* vos oblectem, hanc fabulam dum transigam, Plaut. Pseud. 1, 5, 149. sese idcirco ab suis discedere atque ad eum venire noluisse, quo facilius civitatem in officio contineret, Caes. BG. 5, 3, 6; quas (calamitates) *idcirco* non commemoro, *ne* de miseriis meorum necessariorum conquerens homines, quos nolo, videar offendere, Cic. Fam. 13, 7, 2. qui idc. capite et superciliis semper est rasis, ne ullum pilum viri boni habere dicatur, QRosc. 7, 20; *ne* corrumpi tabulae facile possint, *idcirco* lex obsignatas in publico poni vult, Flacc. 9, 21. ne autem nimium multi poenam capitis subirent, idc. illa sortitio comparata est, Cluent. 46, 128. quod ne id facere posses, idc. heri, non necessario loco, contra sensus tam multa dixeram, Acad. 2, 25, 79; hoc eum *idcirco* existimo recepisse, *ut* marituma oppida post se *ne* vacua relinqueret, Auct. BAfr. 9, 2; — [ne invisas] habeas, neve *idcirco* nobis vitio vortas, *si* quippiam'st minus quod bene esse lautum [tu] arbitrare, Plaut. Rud. 3, 3, 38. non *si* Opimium defendisti, Carbo, *idcirco* te isti bonum civem putabant, Cic. dOr. 2, 40, 171. u. vgl. Leg. 1, 11, 32. nec si pugnent inter se - idc. ars non erit, Quint. 2, 17, 33. non enim, si Cicero recte sentinam rei publicae dixit, — idc. probem illud quoque veteris oratoris: persecuisti rei publicae vomicas, 8, 6, 15; — quare non, *etsi* eloquentissimus Athenis Pericles idemque in ea civitate plurimos annos princeps consilii publici fuit, *idcirco* eiusdem hominis atque artis utraque facultas existimanda est, nec si P. Crassus idem fuit eloquens et iuris peritus, ob eam causam inest in facultate dicendi iuris civilis scientia, Cic. dOr. 1, 50, 216. u. ohne vorausg. etsi od. dergl.: cetera im pridem didici puerilibus annis, non tamen idcirco praetereunda mihi, Ov. F. 6, 417. non tamen idcirco ferrum Triopeius illa abstinuit, Ov. M. 8, 751. u. vgl. 11, 449; — idcirco certis dimensum partibus orbem per duodena regit mundi sol aureus astra, Virg. G. 1, 231. non quod de facto constet, sed quod id, quod factum sit, aliud alii videatur esse, *et idcirco* alius alio nomine id appellet, Cic. Inv. 1, 8, 11. u. so I. QFratr. 2, 2,

5. Suet. Caes. 9. Curt. 8, 33 (9), 36; — *idcircone* experrecta nobilitas armis atque ferro rem publicam recuperavit, ut ad libidinem suam liberti servulique nobilium bona, fortunas vestras atque nostras vexare possent? Cic. SRosc. 49, 141. idcircone oportuit C. Rabirium desciscere a re publica? CRabir. 8, 23. u. ohne Fragwort: omnia purgat edax ignis vitiumque metallis excoquit: idcirco cum duce purgat oves? Ov. Fast. 4, 785. idcirco stolidam praebet tibi vellere barbam Juppiter? Pers. 2, 28. idcirco nemo superiorum attigit, ut hic tolleret (quod ubique erit pulcherrimum)? Cic. II. Verr. 4, 4, 7.

ĭdea, ae, *f.* (ἰδέα), das vollkommne (ideale) Bild von einer Sache, das Ideal, ut igitur in formis et figuris est aliquid perfectum et excellens, cuius ad cogitatam speciem imitando referuntur ea, quae sub oculos ipsa non cadunt, sic perfectae eloquentiae speciem animo videmus, effigiem auribus quaerimus: has rerum formas appellat ideas ille non intelligendi solum, sed etiam dicendi gravissimus auctor et magister, Plato, easque gigni negat et ait semper esse ac ratione et intelligentia contineri, caetera nasci occidere, fluere, labi nec diutius esse uno et eodem statu, Cic. Or. 3, 10. (griech. Acad. 1, 8, 30. Tusc. 1, 24, 58) u. vgl. die Begriffsbestimmung bei Sen. Ep. 6, 6, 18 sq. (58), 7, 3, 7 (65).

ĭdeālis, e (idea), vollkommen, ideal, triadem idealibus formis consequenter aptamus, MCap. 7, 733. idealis illius (Jovis) intellectualisque speciei vis causativa, 7, 731. ideali quadam prudentia, 8, 816.

īdem, ĕădem, ĭdem (aus is-dem, ea-dem, ĭ-dem gebildet; eodem zweisilbig, Virg. A. 12, 846. eādem, Calp. 4, 16. u. so: eosdem, Prop. 5 (4), 7, 7 sq., dagegen idem = eidem od. iidem und isdem = eisdem od. iisdem öft. b. Dicht.), eben der, eben die, eben das, derselbe, dieselbe, dasselbe, eben derselbe u. s. w., der nämliche, ein und derselbe, wird da gebraucht, wo man einer Person od. Sache noch ein zweites Prädicat beilegt, sei es daß man es ausdrücklich näher bestimmt oder daß das erstere aus dem Zusammenhange hervorgeht, Ggstz.: at tum si dicerem, non audirer, non quod alia res esset, immo eadem, sed tempus aliud, Cic. Cluent. 29, 80. huic generi finitimum est illud, quod appellari de eodem et alio diximus, Top. 23, 87; Synon.: quum adhuc ei propter vim adversariorum non ius par, non agendi potestas eadem, non magistratus aequus reperiri potuerit, Cic. Quinct. 2, 10. alterius par atque eadem fortuna laborum consulis, Sil. 5, 397. quam (dignitatem) ego - pari atque eadem in laude ponam, Cic. Mur. 9, 21. est enim finitimus oratori poëta, numeris astrictior paulo, verborum autem licentia liberior, multis vero ornandi generibus socius ac paene par: in hoc quidem certe prope idem, nullis ut terminis circumscribat aut definiat ius suum, dOr. 1, 16, 70. u. vgl.: quum lege Pompeia ternis horis ad dicendum datis ad causas simillimas inter se vel potius easdem novi veniebamus cotidie, Brut. 94, 324; quas et Tartaream Nox intempesta Megaeram uno eodemque tulit partu, Virg. A. 12, 846. nec diutius esse uno et eodem statu, Cic. Or. 3, 10. quibus hoc praecipiendum videtur, unum scilicet et idem quod reliquis omnibus, ut cet., Cat. 2, 9, 19. mihi unum atque idem videtur bene dicere ac bene scribere, Quint. 12, 10, 51. — Coordinirt od. durch copulative od. adversative Conjunctionen (et, que, atque, ac, at, sed) verbunden: dicta Pales nobis: idem vinalia dicam, Ov. F. 4, 863. „cras hoc fiet": idem cras fiet, Pers. 5, 66. in campo Tiburti, ubi hordeum demessuit, idem in montibus serit, Cato frg. p. 13, 11. ex hac (oratione) versus, ex eadem dispares numeri conficiuntur, Cic. dOr. 3, 44, 174. quod autem idem maestitiam meam reprehendit, idem iocum, magno argumento est me in utroque fuisse moderatum, Phil. 2, 16, 40. quomodo iidem dicitis non omnia deos persequi, iidem vultis a dis immortalibus dispertiri ac dividi somnia, Cic. ND. 3, 39, 93; ille dedit Capyi recidiva vocabula Troiae et tuus est idem, Calpete, factus avus, Ov. F. 4, 46. cum mare trux aries cornu decertat: at idem frontem dilectae laedere parcit ovis, 4, 101; sed non Rhodienses modo id noluēre, sed multos populos atque multas nationes idem noluisse arbitror, Cato frg. p. 23, 5; — admonet iuris consultus hic quidem ipse Mucius, pontifex idem, Cic. Leg. 2, 21, 53. Threx et auriga, idem cantator atque saltator, Suet. Cal. 54. iam M. Marcellus ille quinquiens consul, — idem imperator, idem augur optimus, Cic. Div. 2, 36, 77; qui cum Academico atque eodem rhetore congredi conatus sim, ND. 2, 1, 1. Caninius tuus idem et idem noster, Fam. 9, 2, 1. u. vgl. dagegen: quod tu iure eamdem sororem et uxorem appellare possis, Dom. 34, 92. non igitur malus idem homo et perfectus orator, Quint. 12, 1, 9. necesse est eamdem esse quaestionem et iudicationem, Cic. Inv. 1, 14, 19; ut ei cum M.' Curio consessore eodemque collusore facillime possit convenire, Phil. 5, 5, 13. satrapem Ioniae et Lydiae eundemque generum regis et propinquum, Nep. Con. 2, 1. cum fratre eodemque socero, Eutr. 8, 10. tutorem suum eundemque collegam patris, Suet. Aug. 27; commeatum ab socero atque eodem vitrico acquiescendi a continuatione laborum petiit, Vell. 2, 99, 2. u. vgl. dagegen: non eadem omnibus esse honesta atque turpia, Nep. praef. 3; modo namque Petulcius idem et modo sacrifico Clusius ore vocor, Ov. F. 1, 129; — viros fortes magnanimos eosdem bonos ac simplices, veritatis amicos minimeque fallaces esse volumus, Cic. Off. 1, 19, 63. nec mihi ipse ille animus idem meus vobis non incognitus defuit, post red. in sen. 13, 33; Asiam istam refertam et eandem delicatam sic obiit, ut cet., Mur. 9, 20. quam eius actionem multum tamen et splendida et grandis et eadem in primis faceta et perurbana commendabat oratio, Brut. 79, 273; avunculus meus, vir innocentissimus idemque doctissimus, ND. 3, 32, 80. nobilissimam feminam eandemque pudicissimam, Eutr. 1, 8; quem hodieque diligentis-

simum atque eundem lenissimum securitatis urbanae custodem habemus, Vell. 2, 98, 1; Sentium Saturninum - virum multiplicem in virtutibus, navum, agilem - sed eundem, ubi negotia fecissent locum otio, liberaliter lauteque eo abutentem, 2, 105, 2. — Nähere Bestimmungen durch *Relativa:* idem, qui semper fueras, inventus es, Cic. II. Verr. 5, 15, 39. iidem abeunt, qui venerant, Fin. 4, 3, 7. cave tu idem faxis alii quod servi solent, Plaut. As. 2, 1, 8. non nihil veritus sum, Dave, abs te, ne faceres idem, quod cet., Ter. Andr. 3, 4, 3. idem quod ego sensit, Ad. 4, 2, 29. non quod idem sit servulus unus quod familia, Cic. Caecin. 20, 58; eadem quae oriuntur, de integro aeque eadem occidunt, Pacuv. 92. cum eadem omnia in hoc bellum adferamus, quae in priora attulimus, eundem eventum belli expectemus, Liv. 6, 7, 6; eadem virtus et fortuna - imperatoris Tiberi fuit, quae initio fuerat, Vell. 2, 121, 1. tua tum, tua, Cn. Lentule, eadem virtus fuit, quae in privato quondam tuo proavo, Cic. Har. resp. 11, 22. earum rerum, quas ego gessi, non eadem est fortuna atque conditio, quae illorum, qui externa bella gesserunt, Cat. 3, 11, 27. numqui minus mihi idem iūs aequom'st esse, quod mecum'st tibi? Ter. Ad. 5, 3, 15. eadem, qua fratrem, poena affecerunt, Nep. Hann. 8, 2. eadem ratione, qua pridie ab nostris resistitur, Caes. BG. 5, 40, 4. sinite exorator sim, eodem ut iure uti senem liceat, quo iure usus adolescentior, Ter. Hec. prol. L. Ambiv. 2. erat eodem, quo Alcibiades, sensu, Nep. Alc. 5, 3. eodem cultu, quo ipse, Eutr. 8, 14. in solutis etiam verbis inesse numeros eosdemque esse oratorios, qui sint poëtici, Cic. Or. 56, 190. cede tamen pedem tuum lymphis flavis, flavum ut pulverem manibus isdem, quibus Ulixi saepe permulsi, abluam, Pacuv. 244. servi autem eius, qui et moribus eisdem essent, quibus dominus, et eodem genere ac loco nati, cet., Cic. II. Verr. 3, 25, 62; Divus Augustus - paene idem facta Aegypto stipendiaria, quantum pater eius Galliis in aerarium reditus contulit, Vell. 2, 39, 2; umgekehrt: iniurium autem'st qua via te captent (adversarii), eadem ipsos capi, Ter. Hec. 1, 1, 16. quorum virtutei belli fortuna pepercit, eorundem libertati me parcere certum est, Enn. A. 205; vgl. dagegen: Romulus, quem quidem eumdem esse Quirinum putant, Cic. ND. 2, 24, 62. videmus enim fuisse quosdam, qui iidem ornate et graviter, iidem versute ac subtiliter dicerent, Or. 7, 22; beneficentia, quam eandem vel benignitatem vel liberalitatem appellare licet, Off. 1, 7, 20. Liberam, quam eandem Proserpinam vocant, II. Verr. 4, 48, 106. u. vgl. Suet. Gr. 1. quod tu si idem faceres, Ter. Hec. 2, 2, 7. quod idem Scipioni videbatur, qui quidem cet., Cic. Am. 4, 14. sola enim sapientia in se tota conversa est, quod idem in caeteris artibus non fit, Fin. 3, 7, 24. — Durch *Conjunct.:* non idem ipsis, qui —, expedire *et* multitudini, Nep. Milt. 3, 5. haec eodem tempore Caesari mandata referebantur et legati ab Haeduis et a Treveris veniebant, Caes. BG. 1, 37, 1. eodem fere tempore pons in Hiberia prope effectus nuntiabatur et in Sicori vadum reperiebatur, BC. 1, 62, 3; unum et idem videtur esse *atque* id, quod de me ipso nominatim tulisti, Cic. Dom. 20, 51. Gallorum eadem atque Belgarum oppugnatio est haec, Caes. BG. 2, 6, 2; nam et vita'st eadem et animus te erga idem *ac* fuit, Ter. Heaut. 2, 3, 24. neque vero idem profici longo itineris spatio, cum per alios condiciones ferantur, ac si coram de omnibus condicionibus disceptetur, BC. 1, 24, 6. idem credibile in divite ac paupere, Quint. 5, 10, 26 öft.; huic, cui vetat intercedi, potestatem, etiam si intercessum sit, tamen eamdem constituit, *quam* si lata esset lex, Cic. Agr. 2, 12, 30; — disputationem habitam non quasi narrantes exponimus, sed eisdem fere verbis, *ut* actum disputatumque est, Cic. Tusc. 2, 3, 9. ad suadendi momenta idem valet, *sicut* tempus, cuius tractatum subiungam, Quint. 5, 10, 42; ut - eodem loco res sit, *quasi* ea pecunia legata non esset, Cic. Leg. 2, 21, 53. sensu enim amisso fit idem, quasi natus non esset omnino, Am. 4, 14; — durch *cum* u. *Abl.*: in eadem mecum Africa geniti, Liv. 30, 12, 15. hunc ego eodem mecum patre genitum - in possessionem Armeniae deduxi, Tac. A. 15, 2. qui in eodem consilio erat cum Besso, Curt. 5, 26 (9), 2. — durch *Dat.*: quorum unus Homerus sceptra potitus eadem aliis sopitu' quiete'st, Lucr. 3, 1038. quod non idem illis censuissemus, Cic. Fam. 9, 6, 3. virgines in eundem ipsis morem - exercebant, Justin. 2, 4, 11. nec putet quisquam hoc, quamquam est simile, illi ex argumentis loco - idem esse, Quint. 8, 4, 12. invitum qui servat, idem facit occidenti, Hor. AP. 467. —

Absoluter Gebrauch: idem Menandri Phasma nunc nuper dedit, Ter. Eun. prol. 9. praesens absensque idem erit, Ad. 1, 1, 48. u. vgl. Phorm. 5, 6, 39. idem sacra cano signataque tempora fastis, Ov. F. 2, 7. fac eadem ut sis porro, Ter. Hec. 5, 1, 38. D. Brutus - insidiis eiusdem petitus - iugulatus est, Vell. 2, 64, 1. filios [tres] sibi procreasse eundem per Calypsonem autumant, Pacuv. 402. adeon' homines inmutarier ex amore, ut non cognoscas eundem esse? Ter. Eun. 2, 1, 20. et mos hominum, ut nolint eundem pluribus rebus excellere, Cic. Brut. 21, 84. ab iisdem post paucos annos in Africa Utica condita est, Vell. 1, 2, 3. ab eisdem nostra consilia - hostibus enuntiari, Caes. BG. 1, 17, 5; idem omnes cernimus, Att. 268. siquis strenue fecerat, donabam honeste, ut alii idem vellent facere, Cato frg. p. 35, 3. u. vgl. p. 20, 1. Dumnorigi Haeduo - ut idem conaretur persuadet, Caes. BG. 1, 3, 5. idem alias colonias facturas, idem socios, Liv. 27, 9, 14. idem deinde omnis exercitus in se quisque iurat, 2, 45, 14. idem et Tubulo imperatum, ut cet., 27, 22, 13. idem velle atque idem nolle, ea demum firma amicitia est, Sall. C. 20, 4. adulescentulus saepe eadem et graviter audiendo victus est, Ter. Heaut. 1, 1, 62. taedet iam audire eadem miliens, Phorm. 3, 2, 2. utin' omnes mulieres eadem aeque studeant nolintque omnia, Hec. 2, 1, 2. quos omnes eadem cupere, eadem odisse, eadem

metuere in unum coegit, Sall. J. 31, 14; — et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit, Virg. Ecl. 3, 44. si vultum semper eumdem, si vocem, si orationem stabilem ac non mutatam videtis, Cic. Mil. 34, 92. praeclaraque est aequabilitas in omni vita et idem semper vultus eademque frons, Off. 1, 26, 98. canities eadem est, eadem violentia vultus, idem oculi lucent, eadem feritatis imago, Ov. M. 1, 238. tu autem - in eisdem causis perpetuum et eundem spiritum sine ulla commutatione obtinebis? Cic. Or. 31, 110. face iactata per eundem saepius orbem, Ov. M. 4, 508. ne cum tyranno quisquam epulandi gratia accumbat mensam aut eandem vescatur dapem, Att. 217. cantilenam eandem canis, Ter. Phorm. 3, 2, 10. in eandem fraudem ex hac re atque ex illa incides, Heaut. 3, 1, 33. in eandem vitam te revolutum denuo video, Hec. 4, 4, 69. si ad eum restituendum, qui vi deiectus est, eamdem vim habet aequitatis ratio,. Cic. Caecin. 20, 58. sed idem benefactum quo in loco ponas nimium interest, Cato frg. p. 19, 14. per idem tempus, Poët. b. Cic. dOr. 3, 58, 219. videri me ex eodem ortum loco? Ter. Eun. 2, 2, 10. eodem die istuc verbum vere in te accidit, Andr. 5, 3, 14. nolim ceterarum rerum te socordem eodem modo, Ad. 4, 5, 61. in eodemque omnes mihi videntur ludo doctae, Hec. 2, 1, 6. u. vgl. Phorm. 5, 2, 15. sic onus inclusum numero distinxit eodem cura dei totidemque plagae tellure premuntur, Ov. M. 1, 47. an ego totiens de eadem re agam? Ter. Ad. 1, 2, 48. solus Abantiades ab origine cretus eadem Acrisius superest, Ov. M. 4, 607. eadem indignatione mulier lacerata ulterius excanduit, Petron. 100, 3. eadem dicta eademque oratio aequa non aeque valet, Enn. 231. non eadem nobis sunt tempora, non deus idem, Calp. 4, 30. easdem forte sub umbras conveniunt, 2, 4. et nunc ille eadem nobis iuratus in arma, Ov. M. 13, 50. ab isdem saepe cavernis aurea cum croceo creverunt arbuta nimbo, Calp. 7, 71. — In Verbindung mit anderen Pronominibus: Pomonalem fecit *hic idem*, Enn. A. 126. u. so Suet. Gr. 22. Rh. 2. cum hoc eodem (Scipione) Clastidi apud Padum decernit, Nep. Hann. 4, 1. qui se melius hoc idem facere profiteantur, Cic. Rep. 1, 35, 55. hoc idem cum fecissent, Nep. Dat. 9, 5. fecit hoc idem separatim in aliis libris, Att. 18, 3. hoc idem reliqui iurant legati, Caes. BC. 3, 13, 4. sed plenius hoc idem - intueri ex ipsis operibus volo, Quint. 2, 20, 8; huic eidem Sopatro iidem inimici ad C. Verrem, quum is sacerdoti successisset, eiusdem rei nomen detulerunt, Cic. II. Verr. 2, 28, 68. haec eadem ratio est in summa totius Galliae, Caes. BG. 6, 11, 5. perge porro hoc idem interdictum sequi: „hominibus coactis", Cic. Caecin. 21, 59. rupe sub hac eadem, quam proxima pinus obumbrat, haec eadem nobis frater meditatur Amyntas, Calp. 4, 16. his tandem, his isdem manibus tibi saepe palumbes - misimus, 3, 76. maximam vim exsistere oratoris in hominum mentibus vel ad iram aut ad odium aut ad dolorem incitandis vel ab hisce iisdem permotionibus ad lenitatem misericordiamque revocandis, Cic. dOr. 1, 12, 53; — *idem hic* postea triumphavit, Vell. 2, 65, 3. idem hoc iam Pyrrus factitavit, Ter. Eun. 4, 7, 13. idem absens facere te hoc vult filius, Heaut. 1, 1, 112. idem hoc L. Lentulo - acciderat Rhodi, Caes. BC. 3, 107, 7. filium nisi sciret eadem haec velle, Ter. Andr. 3, 3, 46; idem hic, inquit, agellus illos alet, qui cet., Nep. Phoc. 1, 4. idem hic orationis ornatus, Quint. 8, 3, 5. dum lubido eadem haec manet, Ter. Phorm. 4, 5, 4. idem hoc argumentum - ingratiis ei datum erit, 5, 7, 5; — *istaec eadem* quae mihi dixti tute dicas mulieri, Ter. Ad. 4, 3, 8; ea lege, quam *idem iste* de Macedonia Syriaque tulerat, Cic. Dom. 26, 70. idem istuc venit mihi in mentem, Ter. Heaut. 5, 1, 15. age adsta: mane audi: iteradum eadem istaec mihi! Pacuv. 202; quod nos eadem Asia atque idem iste Mithridates initio belli Asiatici docuit, Cic. Pomp. 7, 19. conservis ad eundem istunc praecipio modum, Ter. Ad. 3, 3, 70. eandem virtutem istam veniet tempus cum graviter gemes, Poët. b. Cic. Att. 2, 19, 3; — nascique vocatur incipere esse aliud, quam quod fuit ante, morique desinere *illud idem*, Ov. M. 15, 255. hic est enim ille vultus semper idem, quem dicitur Xanthippe praedicare solita in viro suo fuisse Socrate, eodem semper se vidisse exeuntem illum domo et revertentem, Cic. Tusc. 3, 15, 31. quo plangente gravem moribundo vertice terram extrahit illud idem calido de vulnere telum, Ov. M. 12, 118; *idem ille* arguebat ultro conscientiam ducis, Tac. H. 4, 25. idem ille tantus amator secreti, Quint. 10, 3, 30. nunc idem illud memorare non audeo, Cato frg. p. 37, 20. quum et idem qui consuerunt et idem illud alii desiderent, Cic. Off. 2, 15, 55. idem illud aliter Caesar, aliter Cicero - suadere debebit, Quint. 3, 8, 49; idem ille Meneclidas, Nep. Epam. 5, 5. cedo nunc eiusdem illius inimici mei de me eodem ad verum populum in campo Martio concionem! Cic. Sest. 50, 108. quas (decumas) quum addixisset eidem illi Docimo, II. Verr. 3, 36, 83. eidem illi Eumolpidae sacerdotes, Nep. Alc. 6, 5. eandem illam rationem antiquam obtine, Ter. Ad. 5, 3, 26. eodem illo, quo venerant, cursu ab decumana porta in castra irrumpere conantur, Caes. BG. 6, 37, 1. eadem illa nocte ad me venit, Cic. I. Verr. 8, 23. in iisdem illis locis, II. Verr. 1, 21, 56; — *idem ego* cum fratres caelo sum nactus aperto cet., Ov. M. 6, 693. u. so *vs.* 697. habuit de eodem me P. Lentulus consul contionem, Cic. Sest. 50, 107. idem ego ille - idem, inquam, ego recreavi adflictos animos bonorum, Att. 1, 16, 8. u. vgl.: intellexi tamen idem - non existimasse te mihi licere - res has non omnino quidem, sed magnam partem relinquere, Fam. 9, 15, 3; tam hercule est unum, quam quod *idem tu* lege una tulisti, Dom. 20, 52. eundemque te - acerbissime discidium nostrum tulisse, Att. 4, 1, 1; at ego faciam *tu* idem ut aliter praedices, Plaut. Amph. 5, 1, 33. postremo id mihi da negoti: tu tamen idem has nuptias perge facere, Ter. Andr. 3, 2, 41. u. vgl.: verum eadem si idem

mihi purgas, patiunda sunt, Plaut. Amph. 3, 2, 63; — est enim is quidem (amicus) tamquam *alter idem*, Cic. Am. 21, 80. — Idem als *neutr.* mit *Genit.*: principum liberos cum ceteris idem aetatis nobilibus sedentes vesci in aspectu propinquorum, Tac. A. 13, 16. tamquam idem quod ad Miloniam fuerat certaminis foret, Liv. 10, 34, 5. idem supplementi ad C. Flaminium - est missum, 36, 2, 9. si classem, si exercitum amittat Hannibal, idem damni fore, ac si per alium ducem amittantur, 35, 42, 10. si idem nos iuris haberemus quod ceteri, Cic. Balb. 12, 29. tibi autem idem consilii do quod mihimet ipsi, Fam. 9, 2, 2. quibus idem ingenii est, Mel. 1, 8, 9. — *Adv.* **eādem** u. **eodem**, vgl. an ihrer Stelle, I. 2. p. 625 u. p. 776.

illustro od. **inlustro**, āvi, ātum, āre, **erleuchten, erhellen**, 1) eig.: qua sol habitabiles illustrat oras, Hor. Od. 4, 14, 5. vicino splendore proxima illustrat sol, Mel. 3, 6, 9. placida nocte leniter inlustrante eas (stellas), Plin. 2, 18 (16), 80. cuius (candelabri) fulgore collucere atque illustrari Jovis optimi maximi templum oportebat, Cic. II. Verr. 4, 32, 71. ergastulum plurimis idque angustis illustratum fenestris, Col. 1, 6, 3. — 2) übtr. a) **in's Licht**, **an das Tageslicht bringen, beleuchten, aufhellen, erläutern**, si in scaena, id est in contione, in qua rebus fictis et adumbratis loci plurimum est, tamen verum valet, si modo id patefactum et illustratum est, Cic. Am. 26, 97. quae quoniam in senatu illustrata, patefacta, comperta sunt per me, vobis iam exponam cet., Cat. 3, 1, 3. nonne in ea causa ius applicationis, obscurum sane et ignotum, patefactum in iudicio atque illustratum est a patrono? dOr. 1, 39, 177. fore ut ea consilia, quae clam essent inita contra salutem urbis atque imperii, illustrarentur, ut a senatu populoque Romano perspici possent, Cat. 3, 8, 20; — quamque genus hoc scriptionis nondum sit satis Latinis litteris illustratum, Brut. 64, 228. hoc mihi Latinis litteris illustrandum putavi, Tusc. 1, 1, 1. res eas, quas tecum simul didici, mandare monumentis philosophiamque veterem illam a Socrate ortam Latinis litteris illustrare, Acad. 1, 1, 3. nec me animi fallit Graiorum obscura reperta difficile inlustrare Latinis versibus esse, Lucr. 1, 136. versibus Graecis tali opere, dum laudatur, victo sed inlustrato, Plin. 35, 10 (36), 91; — clarum extollere lumen qui primus potuisti inlustrans commoda vitae, Lucr. 3, 2. philosophia iacuit usque ad hanc aetatem nec ullum habuit lumen litterarum Latinarum, quae illustranda et excitanda nobis est, Cic. Tusc. 1, 3, 5. — b) einer **Sache Glanz verleihen**, Jmdn. od. etw. **verherrlichen, verschönern, zieren, schmücken, auszeichnen, berühmt machen**, familiam inlustravit Ser. Galba consularis, Suet. Galb. 3. patruo te principe celsam bellipotens illustrat avus, Claud. Laus. Ser. reg. 39. quo factum est, ut brevi tempore illustraretur, Nep. Them. 1, 4. post praeturam illustratus bello Italico et ante in Gallia legatione sub Mario, Vell. 2, 17, 3. Dynamius - praeclaris artibus illustratus, Amm. 15, 5, 14. quid prius illustrem satiris Musaque pedestri? Hor. Sat. 2, 6, 17. Virgilii sortibus huiusmodi illustratus, Lamprid. Alex. Sev. 13; — illustrat servilis laurea Crassum, Claud. in Eutr. 1, 503. non, opinor, Demosthenem orationes inlustrant, quas adversus tutores suos composuit, Tac. Or. 37. haud ita nos illustrarunt hostium innumerae strages, ut indemnitas provinciarum et salus, Amm. 21, 5, 8. illustrabit, mihi crede, tuam amplitudinem hominum iniuria, Cic. Fam. 1, 6, 2. vetus Argolicos illustrat gloria fratres, Claud. Idyll. 7, 39; — Phoenicen illustravere Phoenices, Mel. 1, 12, 1. temporum illorum tantum fere regum inlustrata sunt nomina, Cic. Rep. 2, 18, 33. longe clarius illustraverunt hoc opus (i. e. tragoediam) Sophocles atque Euripides, Quint. 10, 1, 67. P. Sulpicii eloquentiam accusatio illustravit, quum seditiosum et inutilem civem, C. Norbanum, in iudicium vocavit, Cic. Off. 2, 14, 49. in isto tuo maledicto probrum non modo mihi nullum obiectas, sed etiam laudem illustras meam, Dom. 29, 76; hic et Apollinea victus testudine pastor suspensa memores illustrat pelle Celaenas, vom Marsyas, Claud. in Eutr. 2, 257. tu quoque nobilibus spectacula nostra laboras illustrare feris, Cons. Stil. 3, 239. aut enim respondisse nobilitati pulchrum erit aut humilius genus illustrasse factis, Quint. 3, 7, 10. illustrare autem oratione si quis istas ipsas artes velit, ad oratoris ei confugiendum est facultatem, Cic. dOr. 1, 14, 61. inlustrate saeculum nostrum pulcherrimo genere dicendi, Tac. Or. 23; — Sestianae arae illustrant terras ante ignobiles, Mel. 3, 1, 9. qui libri non modo L. Lucullum - verum etiam populi Romani nomen illustrant, Cic. Arch. 9, 21. una neque multorum annorum spatio divisa aetas per divini spiritus viros, Sophoclem, Euripidem, illustravit tragoediam, Vell. 1, 16, 3; rhetorisch: cuius oratio quum sedate placideque loquitur, tum illustrant eam quasi stellae quaedam tralata verba atque immutata, Cic. Or. 27, 92. ut modicus eius (translationis) usus illustrat orationem, ita frequens et obscurat et taedio complet, Quint. 8, 6, 14; omnium vero eorum maxume inlustrata Messalae Potiti salute Lagarina, non procul Grumento nascentia, Plin. 14, 6 (8), 69. summa, quibus illustratur forum, ingenia, Quint. 10, 1, 122. qui (animus) semper aliquid ex se promat, quod alios delectet, ipsum laudibus illustret, Cic. Fam. 5, 14, 1; rhetor.: eo vel maxime illustrari ornarique orationem, Quint. 4, 3, 4. distinguitur autem oratio atque illustratur maxime, raro inducendis locis communibus et aliquo loco, iam certioribus illis argumentis confirmatis, Cic. Inv. 2, 15, 49.

illūtĭbarbus od. **inl-**, a, um (in, lavo u. barba), **mit schmutzigem** -, **unflätbigem Barte** (versehen), Phryx cetera et barbarus, vultu ferino trux, hispidus, illutibarbus, spinis et pilis obsitus, Apul. Flor. 1, 3.

illūtĭlis od. **inlūtĭlis**, e (in u. lavo), **unabwaschbar, unvertilgbar**, summum oportet olfactare vestimentum muliebre: nam ex istoc loco spurcatur nasum odore inlutili, Plaut. Men. 1, 2, 56.

illūtus od. **inlūtus**, a, um (s. illautus u. illotus), **ungewaschen, unabgewaschen, ungereinigt**, ut tu quidem huius oculos inlutis manibus tractes aut teras, Plaut. Poen. 1, 2, 103. vinaceos illutos et faecem relinquito, Cato RR. 147. qui per altissimos gurgites pedem ferebat inlutum, Arnob. 1, 46.

illŭvies od. **inlŭvies**, ēi, *f.* (in u. lavo), 1) **die Ueberschwemmung**, huius temporibus aquarum inluvies maiorem partem populorum Graeciae absumpsit, Justin. 2, 6, 10. si - inluvies aquarum principio rerum terras obrutas tenuit, 2, 1, 14. — 2) **das bei Ueberschwemmungen zurückbleibende stehende Wasser, der Sumpf, Morast**, a) eig.: ager derelinqueretur ac periret squale scabieque atque illuvie et vastitudine, Varr. b. Non. 2, 437.

currus illuvie ac voraginibus haerebant, Curt. 8, 47 (14), 4. Zenobiam placida illuvie spirantem ac vitae manifestam advertēre pastores, an dem sumpfigen Flußufer, Tac. A. 12, 51. — b) übtr. von feuchtem **Schmutz, Unflath** bei Menschen u. Thieren: non esse morbosum os alicui olere, veluti hircosum, strabonem: hoc enim ex illuvie oris accidere solere, Ulp. Dig. 21, 1, 12. §. 4. illuvies, scabies oculos huic, deinde petigo conscendere, Lucil. b. Non. 2, 437. u. vgl.: hic cruciatur fame, frigore, inluvie, inbalnitie, imperfundie, incuria, Lucil. frg. p. 53, 69. effigies, immo umbrae hominum, fame frigore inluvie frigore enecti, Liv. 21, 40, 9. u. vgl.: corporis inluvie, Lucr. 6, 1270. zwf.; — situm inter oris barba paedore horrida intonsa infuscat pectus inluvie scabrum, Poët. b. Cic. Tusc. 3, 12, 26. ablue corpus illuvie aeternisque sordibus squalidum, Curt. 4, 4 (1), 22. ab exilio retractus inluvieque ac squalore obsitus, Tac. A. 4, 28. u. vgl. 6, 43. ea (ancillula) texebat una, pannis obsita, neglecta immunda inluvie, Ter. Heaut. 2, 3, 54. semet clausos nudosque et inluvie deformes, Tac. H. 4, 46. en, inquit, quos Martia ista pectora viros existimant, deformes illuvie capellas et taetras, Amm. 24, 1, 8. ne tondere quidem morbo inluvieque peressa vellera nec telas possunt attingere putres, Virg. G. 3, 561; — inluviem atque inopes mensas durumque cubile et certare malis urguentibus hoste putabat devicto maius, Sil. 6, 373. dira inluvies inmissaque barba, consertum tegumen spinis, at cetera Graius, Virg. A. 3, 593. legiones non laetae neque insignibus fulgentes, sed inluvie deformi et vultu - contumaciae propiores, Tac. A. 1, 24; sordium enormem illuviem operose effrico, Apul. M. 1, 7. u. vgl. 5, 28. tamquam si non convenerit dicere „auro squalentem", quoniam nitoribus splendoribusque auri squaloris inluvies sit contraria, Gell. 2, 6, 4; — als Schimpfwort: at te Juppiter dique omnes perdant: fu, oboluisti alium, germana inluvies, [rus merum], hircus cet., Plaut. Most. 1, 1, 37; — selten von schmutzigen alten Sachen: assidere autem aegrotanti magis possunt amici et vernulae beneficiis obligati, quam illa, quae nobis imputat lacrimas suas et hereditatis spe vendit illuviem et sollicitudinem iactans languentis animum desperatione conturbat, Sen. frg. 55. u. übtr.: nunquam profecto itineris rationes reditusque vestri in notitiam hominum ac mortalium curarum illuviem pervenirent, MCap. 8, 812.

illŭviōsus od. **inl-**, a, um, **voll von Schmutz od. Unflath**, taetrum dicitur illuviosum, foetidum, Non. p. 413, 7.

im, archaist. *Acc.*, s. is, ea, id.

ĭmāgĭnābĭlis, e, **in der Einbildung bestehend**, Boëth. pros. 5, 4. 5.

ĭmāgĭnābundus, a, um (imaginor), **sich einbildend od. vorstellend**, iam forum et iudicia, iam sententiam, ipsum denique carnificem imaginabundus, Apul. M. 3, 1.

ĭmāgĭnālis, e, u. *Adv.* **ĭmāgĭnālĭter**, **bildlich**, haec imaginalis Judaeorum est descriptio, Vet. interpr. Iren. 5, 11. u. abv., Augustin. de gen. ad litt. 12, 5. u. 6.

ĭmāgĭnārie, *Adv.*, **nach augenblicklicher Einbildung**, epigrammata, quae im. tantum et quodammodo umbratiliter effingimus, Sidon. Ep. 2, 10.

ĭmāgĭnārius, a, um, 1) **Bilder darstellend, verfertigend**, pictor, plastes, Edict. Dioclet. p. 22. u. subst. vom **Träger des Kaiserbildnisses**, Veg. r. mil. 2, 7. — 2) **in der Einbildung bestehend, eingebildet, auf dem Papier stehend, zum Schein angestellt**, u. dgl., neque enim sibi privatos aut in curia aut in contione posse obstare, neque se imaginariis fascibus eorum cessuros esse, Liv. 3, 41, 1. stipendiaque instituit et imaginariae militiae genus, quod vocatur supra numerum, quo absentes et titulo tenus fungerentur, eine Art Kriegsdienst, die nur auf dem Papier stand, Suet. Claud. 25. imaginarius iudex equitum resedit magister, Amm. 14, 9, 3. im. venditio, Ulp. Dig. 18, 1, 55. funus imaginarium ei et censorium ductum est, Capit. Pert. 15. ego vero sapientem non imaginario honore verborum exornare constitui, sed eo loco ponere, quo nulla permittatur iniuria, Sen. Const. sap. 3, 3. Pontianus ei - nuptiarum titulum falsum et imaginarium donavit, Apul. Mag. 76. necessarium ergo iudico —, aliquos dies interponere, quibus nos imaginaria paupertate exerceamus ad veram, Sen. Ep. 2, 8, 13 (20). ista imaginaria sunt et ad tempus aliquam faciem ferunt, 6, 6, 27 (58).

ĭmāgĭnātio, ōnis, *f.* (imaginor), **die Einbildung, phantastische Vorstellung**, semine trito (lactucae) ex vino poto et libidinum imaginationes in somno compesci, Plin. 20, 7 (26), 68. provincias Orientis secretis imaginationibus agitans, Tac. A. 15, 36.

ĭmāgĭneus, a, um (imago), **Bildnisse betreffend**, figurae, Ven. Fort. vit. 5. Martin. 2, 276. imagineae vincunt incendia poenae igne animi, wegen Verweigerung der Anbetung eines Bildnisses, Sedul. 1, 187.

ĭmāgĭnĭfer, fĕra, fĕrum (imago u. fero), **der Träger des kaiserlichen Bildnisses**, Veg. r. mil. 2, 7.

ĭmāgĭno, ātum, āre (imago), 1) **als Bild od. im Bilde od. bildlich darstellen**, ut speculum in loco certo positum nihil imaginet, aliorsum translatum faciat imagines, Gell. 16, 18, 3. naturam per species imaginans, Apul. Herm. trim. 3. u. im Pass.: qui nec audiant divina, nec sentiant, sed terram digitis suis imaginatam metuant et adorent, Lact. 5, 13. — 2) im Pass. **imaginor**, medial: sich als Bild in der Seele vorstellen, **sich einbilden, sich vorstellen, denken**, auch: **träumen**, mit *Acc.*: vereor omnia, imaginor omnia, quaeque natura metuentum est, ea maxime mihi quae maxime abominor fingo, Plin. Ep. 6, 4, 4. pavorem eorum, ex mensa exitium opperientium, et imaginatus et inridens Nero, Tac. A. 15, 69. conputet nunc aliquis — quantum Curius aut Fabricius in triumphis tulerint, imaginetur illorum fercula, Plin. 9, 35 (58), 118. ideo in profluvio genitali datur (ruta)

et venerem crebro per somnia imaginantibus, 20, 13 (51), 143; — M. Tullius quaerit adhuc eum (eloquentem), et tantum imaginatur ac fingit, Quint. 12, 1, 21. imaginare Pallantem velut intercedentem senatus consulto moderantemque honores suos: imaginare Caesarem —: imaginare senatum —, Plin. Ep. 8, 6, 11 sq.; — mit folg. *Acc.* u. *Inf.* od. *Relativ.*: Calpurnia uxor imaginata est, conlabi fastigium domus maritumque in gremio suo confodi, Suet. Caes. 81. cum imaginor, vos, quibus quaerimus generum, silendum de facultatibus puto: cum publicos mores atque etiam leges civitatis intueor cet., Plin. Ep. 1, 14, 9. visus est sibi per nocturnam quietem iacere in lectulo suo —: mox imaginatus est, venisse Neronem, in toro residisse, 5, 5, 5; — imaginor enim, qui concursus, quae admiratio te, qui clamor, quod etiam silentium maneat, 2, 10, 7. u. Quintilian, indem er über d. Figur sub oculos subiectio spricht: nec solum quae facta sint aut fiant, sed etiam quae futura sint aut futura fuerint, imaginamur, 9, 2, 41; *absol.*: novi vero et praecipue declamatores audacius, nec mehercule sine motu quodam imaginantur, §. 42.

ĭmāgĭnōsus, a, um, voll von Einbildungen, in der kritisch verdächtigen Stelle b. Catull. 41, 8.

ĭmāgo, ĭnis, *f.* (zur Wurzel με in μέ-τρο-ν Maaß, μέτρ-ιος mäßig, schicklich, μῑ-μέ-ο-μαι ahme nach u. s. w., u. im Lat. in mê-tâ-re, mê-tâ-ri, mê-ti-or, mensa, mensûra, im-i-tor gehörig, so daß i-mâ-g-o aus mi-mâ-go gebildet zu sein scheint, *Curtius* Grundz. I. p. 292; vgl.: imago ab imitatione dicta, PDiac. p. 112, 1. imago dicitur quasi imitago, Porphyr. Hor. Od. 1, 12, 4), das Bild, I) als Werk der Nachahmung, 1) in der Plastik u. Malerei, das Bild, Bildniß (vgl. im Allg. Plin. 35, 2, 11 sqq.), auf Siegelringen (als Petschaft gebraucht): epistula atque imago me certum facit, Plaut. Pseud. 4, 6, 35. est vero notum quidem signum, imago avi tui, Cic. Cat. 3, 5, 10. ea caussa miles hic reliquit sumbulum, expressam in cera ex anulo suam imaginem, Plaut. Pseud. 1, 1, 53. et dudum adveniens extemplo sumbulum servo tuo, [mei] eri imagine opsignatam epistulam, 4, 7, 104. u. vgl. 4, 2, 29. ecquid ab impressae cognoscis imagine cerae haec tibi Nasonem scribere verba, Macer? Ov. Pont. 2, 10, 1. imago in sigillo Augusti, Suet. Aug. 50. coenabat Paulus praetorius in convivio quodam imaginem Tiberii Caesaris habens ectypam et eminente gemma, Sen. Ben. 3, 26, 1; — von Reliefbildern u. Gemälden, vgl.: quidquid alteri simile est, necesse est minus sit eo, quod imitatur, ut umbra corpore et imago facie et actus histrionum veris affectibus, Quint. 10, 2, 11. hominis autem imaginem gypso e facie ipsa primus omnium expressit ceraque in eam formam gypsi infusa emendare instituit Lysistratus Sicyonius —: hic et similitudines reddere instituit, ante eum quam pulcherrimas facere studebant, Plin. 35, 12 (44), 153. u. imaginum quidem pictura, qua maxime similes in aevom propagabantur figurae, in totum exolevit: aerei ponuntur clipei cet., 35, 2 (2), 4. Africanus se ostendit ea forma, quae mihi ex imagine eius quam ex ipso erat notior, Cic. Rep. 6, 10, 10. cuius (Epicuri) imaginem non modo in tabulis nostri familiares, sed in poculis et in anulis habent, Fin. 5, 1, 3. qui (Agesilaus) neque pictam neque fictam ullam imaginem suam passus est esse, quam qui in eo genere laborarunt, Fam. 5, 12, 7. digito demonstravit imaginem Galli in scuto Cimbrico pictam, Quint. 6, 3, 38; — Herennius Severus - magni aestimat in bibliotheca sua ponere imagines municipum tuorum, Plin. Ep. 4, 28, 1. scripta eorum et imagines publicis bibliothecis inter veteres et praecipuos auctores dedicavit, Suet. Tib. 70. Virgilii ac Titi Livi scripta et imagines paulum afuit quin ex omnibus bibliothecis amoveret, Cal. 34. ista conquisita, cum imaginibus suis descripta [et] sacrorum opera ingeniorum in speciem et cultum parietum comparantur, Sen. Tranqu. an. 9, 7; — quorum imagines pro vexillis secuti forent, duces imperatoresque eligerent, Tac. A. 5, 4. quod solae nullam Seiani imaginem inter signa coluissent, Suet. Tib. 48; — quo nunc insigni per magnas praedita terras horrifice fertur divinae matris imago, Lucr. 2, 608. imaginem mariti pro rea proferre, Quint. 6, 1, 40. ut in decem praetorum numero prima eius imago poneretur, Nep. Milt. 6, 3. imago Apollinis - ex summo fastigio in lectulo posita, Vopisc. Florian. 4. propositis ante se damnatorum occisorumque a Nerone quam plurimis imaginibus, Suet. Galb. 10. Apelles imaginem Antigoni latere tantum altero ostendit, Quint. 2, 13, 12. nullam habere imaginem filii carissimi voluit, Sen. Cons. ad Marc. 2, 4. quidni ego magnorum virorum et imagines habeam incitamenta animi et natales celebrem? Ep. 7, 2, 9 (64). effossa sunt sacrato loco vasa operis antiqui, atque in iis assimilis Vespasiano imago, Suet. Vesp. 7. rerumque ignarus imagine gaudet, Virg. A. 8, 730. sed carmina maior imago sunt mea, Ov. Trist. 1, 7, 11; — von Büsten u. Statuen: aera et imagines, Tac. Or. 11. sicut apparet ex statuarum et imaginum eius multitudine, Suet. Tit. 4. vetuit posthac viventium cuiquam usquam statuam aut imaginem nisi se consulto et auctore poni, Cal. 34. statuas atque imagines nisi permittente se poni sibi prohibuit, Tib. 26. manebant imagines a civitatibus ei positae, Vesp. 1. tyrannicidae imago in gymnasio ponatur, Quint. 7, 7, 5. imagines statuasque eius reponi passus est, Suet. Oth. 7. fuerunt, qui imagines Neronis proponerent, Tac. H. 1, 78. maiores suos ciens ipsumque Pompeium, cuius ea monimenta et adstantes imagines visebantur, A. 3, 23. animadversa apud Herculis templum M. Alexandri imagine, Suet. Caes. 7. beatus Fannius ultro delatis capsis et imagine, Hor. Sat. 1, 4, 22. quorum imagines lambunt hederae sequaces, Pers. prol. 4. ut dignus venias hederis et imagine macra, Juv. 7, 29. cum praeeunte me deos appellarent et imagini tuae - ture ac vino supplicarent, Plin. Ep. 10, 96 (97), 5. imaginem tuam deorumque simulacra venerati sunt, §. 6. Artabanus - Caesarum imagines

adoravit, Suet. Cal. 14. non te apud imagines, sed ipsum praesentem audientemque consalutabant imperatorem, Plin. Pan. 56, 8. cur-bene facta deûm frangit simulacra suisque demit imaginibus violento volnere honorem? Juv. 6, 420. imago - fulmine icta, Vopisc. Prob. 23. ut-clipeosque et imagines eius coram detrahi et ibidem solo affligi iuberet, Suet. Dom. 23. subvertere alicuius imagines et statuas, Tib. 13. subverti et unco trahi abicique in latrinam omnium (hieronicarum) statuas et imagines, imperavit, Ner. 24. matris imagine fracta, Juv. 11, 18. u. vgl. Plin. 35, 2 (2), 4. cernere - truces horrendasque imagines obiectas excoctasque flammis, Plin. Pan. 52, 4; — insbes. von Ahnenbildern (das ius imaginum war ein Vorrecht der nobiles d. i. die Berechtigung, sein Bild und die der Vorfahren in einem bestimmten Theil des Hauses aufzustellen. Dieses Recht verliehen die curulischen Aemter, so daß es mit der curulischen Aedilität zugleich erlangt wurde. Die imagines waren Wachsmasken, cerae, nach dem Leben möglichst ähnlich geformt u. gemalt, welche an den Wänden des Atrium, des vordersten geräumigen Saales des römischen Hauses, in wahrscheinlich tempelartig geformten Behältern mit Beifügung sämmtlicher tituli, welche die Einzelnen im Leben erworben hatten, aufgestellt wurden, wo sie durch Linien verbunden den Stammbaum, stemma, des Hauses bildeten. Für gewöhnlich in ihren Behältern verschlossen wurden sie an festlichen Tagen geöffnet u. mit Lorbeer bekränzt, theils bei großen öffentlichen Solennitäten, theils an Privatfesten, auch begleiteten sie die solennen Leichenzüge. Nach Becker Alterth. II, 1. S. 220 ff.): ius imaginis, Cic. II. Verr. 5, 14, 36. minimum inter tot ac tanta locum optinent imagines ac tituli et statuae, Tac. Or. 8. maiores eorum omnia, quae licebat, illis relinquere, divitias, imagines, memoriam sui praeclaram, Sall. J. 85, 38. si quis omnia alia habeat, valitudinem, divitias, imagines multas, frequens atrium, sed malus ex confesso sit, inprobabis illum, Sen. Ep. 9, 5, 12 (76). imagines et elogia universi generis exequi longum est, Suet. Galb. 3; — maiorum imagines intueri, Sall. J. 4, 5. sine ullis maiorum imaginibus, Suet. Vesp. 1. multa fulgebat imagine avorum (v. Scipio), Sil. 17, 12. di te penates patriique et patris imago et domus regia et in domo regale solium et nomen Tarquinium creat vocatque regem, Liv. 1, 47, 4. mirum est, qua religione, quo studio imagines Brutorum, Cassiorum, Catonum domi, ubi potest, habeat, Plin. Ep. 1, 17, 3; — nescit amor priscis cedere imaginibus, Prop. 1, 5, 24. obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum, quarum simile habes nihil praeter colorem, Cic. Pis. 1, 1. non facit nobilem plenum atrium fumosis imaginibus, Sen. Ep. 5, 3, 5 (44). multis in familia senatoriis imaginibus, Suet. Aug. 4. multaque vetustum Hammonis comitem numerabat imagine patrem, Sil. 5, 364. homo veteris prosapiae, multarum imaginum et nullius stipendi, Sall. J. 85, 10. virum honoratissimae imaginis futurum ad posteros, Liv. 3, 58, 2. Ancum Sabina matre ortum nobilemque una imagine Numae esse, 1, 34, 6. quibus (liberis) videor - audita latius nomina et non subitas imagines relicturus, Plin. Ep. 8, 10, 3. nullae sunt imagines, quae me a vobis deprecentur, Cic. Agr. 2, 36, 100; — ut sub singulorum imaginibus facta magistratusque eorum non amplius quaternis quinisque versibus descripserit, Nep. Att. 18, 6. nec quaeris quid quaque index sub imagine dicat, Tibull. 4, 1, 30. multusque in imagine claris praefulgebat avus titulis bellique domique, Sil. 4, 495. exemplo deinde huius nequaquam victoria pares insignes imaginum titulos claraque nomina familiae liquerunt, Liv. 30, 45, 7. res inde gestas gloriamque insignem ducis et augentes titulum imaginis posteros, ut, qui pro dictatore fuisset, dictator crederetur facile obtinuisse, 22, 31, 11. cuius imaginis titulo consulatus censuraque et triumphus aequo animo legetur, si auguratum aut pontificatum adieceritis, qui sustinebunt legentium oculi? 10, 7, 11. videbat enim se in eo atrio consedisse, in quo - Torquati severitate conspicua imago posita erat, prudentissimoque viro succurrebat effigies maiorum suorum cum titulis suis idcirco in prima parte aedium poni solere, ut cet., VMax. 5, 8, 3. sed ante omnia refellit falsum imaginis titulum, Liv. 4, 16, 4. vitiatam memoriam funebribus laudibus reor falsisque imaginum titulis, dum familia ad se quaeque famam rerum gestarum honorumque fallenti mendacio trahunt, 8, 40, 4. u. vgl. Plin. 35, 2 (2), 8; — qui imagines in atrio exponunt et nomina familiae suae longo ordine ac multis stemmatum inligata flexuris in parte prima aedium collocant, Sen. Ben. 3, 28, 2. imagines item alte cum suis ornamentis ad latitudinem alarum (atrii) sint constitutae, Vitr. 6, 3, 6. quod in vetere gentili stemmate C. Cassii, percussoris Caesaris, retinuisset imagines, Suet. Ner. 37. si qui vel oratione vel carmine imaginibus cum Caesarum insererent, Cal. 23. qui beneficio vestro imagines familiae suae consecuti sunt, Cic. Agr. 2, 1, 1. mireque cupio, ne nobiles nostri nihil in domibus suis pulchrum nisi imagines habeant, Plin. Ep. 5, 17, 6. plenam imaginibus domum ostentat, Tac. A. 2, 27. nec minus saepe ab illo quam a te meque admonebitur, quibus imaginibus oneretur, quae nomina et quanta sustineat, Plin. Ep. 3, 3, 7. atriaque inmodicis arctat imaginibus, Mart. 2, 90, 6. Scaptione hoc contionali seni adsignaturos putarent finitimos populos? clarum hac fore imagine Scaptium (die Sache, auf seinem Bilde erwähnt, werde die Ursache seiner Nobilität werden), Liv. 3, 72, 4. agmen nobilium non inania nomina praeferentium, sed eorum, qui imaginibus suis decori sunt, Sen. Clem. 1, 9, 10. scilicet quia imagines non habeo et quia mihi nova nobilitas est, Sall. J. 85, 25. non possum fidei causa imagines neque triumphos aut consulatus maiorum meorum ostentare, §. 29. cessisti etiam Galbae imaginibus, Tac. H. 2, 76; — ut eam imaginem clarissimi viri, parentis sui, quam paucis ante diebus laureatam in sua gratulatione conspexit, eamdem deformatam igno-

minia lugentemque videat? Cic. Mur. 41, 88. ipse quidem, si erit vestro iudicio liberatus, quae habet ornamenta, quae solacia reliqua vitae quibus laetari et perfrui possit? Domus erit credo exornata: aperientur maiorum imagines: ipse ornatum ac vestitum pristinum recuperabit, Sull. 31, 88. senatores omnes ea esse laetitia elatos, ut domibus suis omnes albas hostias caederent, imagines frequenter aperirent, Vopisc. Florian. 6; — esto beata, funus atque imagines ducant triumphales tuum, Hor. Epod. 8, 11. nec mea tunc longa spatietur imagine pompa, Prop. 3, 5 (2, 13), 3. non coniux native aderant, non iuncta propinquo sanguine turba virûm, aut celsis de more feretris praecedens prisca exsequias decorabat imago, Sil. 10, 565. funus censorium Pertinacis imagini duxit, Spart. Sev. 7. ne imago Libonis exsequias posterorum comitaretur, Tac. A. 2, 32.

2) in der Natur, vgl.: postremo speculis in aqua splendoreque in omni quae cumque apparent, nobis simulacra, necesse'st, quandoquidem simili specie sunt praedita rerum, excita imaginibus missis consistere rerum, Lucr. 4, 98 sqq., u. zwar als Bild, Wiederschein, auf einer Wasserfläche: iamne vides igitur quam puncto tempore imago aetheris ex oris in terrarum accidat oras? Lucr. 4, 214. certe ego me novi, liquidaeque in imagine vidi nuper aquae, Ov. M. 13, 840. cum in aqua imaginem suam viderint (equae), Col. 6, 35, 1. dumque bibit, visae correptus imagine formae spem sine corpore amat, corpus putat esse quod umbra est, Ov. M. 3, 416. ista repercussae, quam cernis, imaginis umbra est, 3, 434. u. vgl. 15, 566. unda repercussae radiabat imagine lunae, Her. 17 (18), 77. sicut aquae tumulum labris ubi lumen ahenis sole repercussum aut radiantis imagine lunae omnia pervolitat late, Virg. A. 8, 23. resplendet imagine flammae aequor et in tremulo vibrant incendia ponto, Sil. 2, 663. splendet lucente profundo Mulciber et tremula vibratur imagine pontus, 14, 565; — als Bild auf einer Spiegelfläche: et quamvis subito, quovis in tempore, quamque rem contra speculum ponas, apparet imago, Lucr. 4, 155. ut in speculo uno imagines unius rei plures appareant, Gell. 16, 18, 3. quamvis fulgor ille (speculi) sinistras imagines reddat, Quint. 11, 3, 68. cur ultra speculum videatur imago, percipe, Lucr. 4, 270. sic ubi se primum speculi proiecit imago, dum venit ad nostras acies, 279. ubi speculum quoque sensimus ipsum, continuo a nobis iterum quae fertur imago pervenit et nostros oculos reiecta revisit, 283. in speculis fit ut in laeva videatur eo quod planitiem ad speculi veniens cum offendit imago, non convertitur incolumis, sed recta retrorsum - eliditur, 293 sqq. fit quoque de speculo in speculum ut tradatur imago, quinque etiam aut sex ut fieri simulacra suerint, 326. aut quia de speculo in speculum transfertur imago, inde ad nos elisa bis advolat, aut etiam quod circum agitur, cum venit, imago propterea quod flexa figura docet speculi convertier ad nos, 338 sqq. usque adeo speculo in speculum translucet imago, 332. non aliter quam cum puro nitidissimus orbe opposita speculi referitur imagine Phoebus, Ov. M. 4, 348. vitreae tardatur imagine formae, Claud. Rapt. Pros. 3, 268; — übtr. als Wiederhall od. Echo: pars (vocum), solidis adlisa, locis reiecta sonorem reddit et interdum frustratur imagine verbi, Lucr. 4, 570. saxa sonant vocisque offensa resultat imago, Virg. G. 4, 50. alternae deceptus imagine vocis, Ov. M. 3, 385. u. vgl.: occidit ille loquax, humanae vocis imago, psittacus, Am. 2, 6, 37. tum vocibus aequor personat et clamat scopulis clamoris imago, Sil. 14, 364. ubi non resonent imagines, Varr. RR. 3, 16, 12. ea (gloria) resonat virtuti tamquam imago, Cic Tusc. 3, 2, 3. cuius recinet iocosa nomen imago, Hor. Od. 1, 12, 4. iocosa redderet laudes tibi Vaticani montis imago, 1, 20, 7. responsant silvae et vaga certat imago, VFlacc. 3, 597.

3) im Menschen u. seinen Verhältnissen, Bild, Abbild, o mihi sola mihi super Astyanactis imago, Virg. A. 3, 489. regia dicta parens, Asiae florentis imago, Ov. M. 13, 484. tibi absenti et huic, qui adest, imagini animi et corporis tui, constantissimo atque optimo filio tuo, officium, operam, laborem meum iam pridem et pollicitus sum et detuli, Cic. Fam. 6, 6, 13. unum aliquem te ex barbatis illis, exemplum imperii veteris, imaginem antiquitatis, columen rei publicae diceres intueri, Sest. 8, 19. perque tibi similem virtutis imagine natum, Ov. Pont. 2, 8, 31. Cato ille, virtutum vera imago, Sen. Tranqu. an. 16, 1. imaginem M. Antonii crudelitatis in Dolabella cernitis: ex hoc illa efficta est: ab hoc Dolabellae scelerum praecepta sunt tradita, Cic. Phil. 11, 3, 6; sermo animi est imago: qualis vir, talis et oratio est, Syr. 808. inerat imago paternae facundiae, Tac. A. 3, 34; facile - me consolatur recordatio meorum temporum, quorum imaginem video in rebus tuis, Cic. Fam. 1, 6, 2.

II) als Inbegriff der Merkmale, an denen man einen Gegenstand erkennt, im Gegensatz zum Wesen, Inhalt, Bild, Form, Gestalt, Schattenriß, Umriß, Abriß, das Aeußere, bei Dicht. bisweilen mit Genit. zur Umschreibung v. Personen u. Sachen, 1) als Werk der Natur: esse in imaginibus - causa videtur cernundi neque posse sine his res ulla videri, Lucr. 4, 237. imagines, quae εἴδωλα nominant, quorum incursione non solum videmus, sed etiam cogitamus, Cic. Fin. 1, 6, 21. si nunc aut si etiam dormientes aliquid animo videre videamur, imagines extrinsecus in animos nostros per corpus irrumpere, Acad. 2, 40, 125. u. vgl. ND. 1, 38. Div. 2, 67. quae (rerum effigiae tenuesque figurae) quasi membranae vel cortex nominitanda'st, quod speciem ac formam similem gerit eius imago, cuius cumque cluet de corpore fusa vagari, Lucr. 4, 51. u. vgl. vs. 63. 110. 174. 244. 746. 781; — sua quemque deorum inscribit facies: Jovis est regalis imago, Ov. M. 6, 74. summissoque genu voltus in imagine divae figit, F. 4, 317. horrida Erinys et Bellona minax facibusque armata Magaera Letumque Insidiaeque et lurida Mortis imago, Pe-

tron. 124, 257. Irae et Dolus et Rabies et Leti maior imago, VFlacc. 2, 206. neque ego hunc hominem hasce hodie ad aedes [hinc] sinam umquam accedere: quando imago'st huius in me, certum'st hominem eludere: et enimvero quoniam formam huius cepi in me et statum, decet et facta moresque huius habere me similes item, Plaut. Amph. 1, 1, 107. visceribus gravidae telluris imago effecta est hominis, Ov. M. 7, 128. ubi equi casu atque hominis convenit imago, haerescit facile extemplo, Lucr. 4, 741. u. vgl. 739. gremio Ascanium, genitoris imagine capta, detinet, Virg. A. 4, 84. u. vgl. VFlacc. 3, 104. visae correptus imagine formae, Ov. M. 4, 675. cari comitis ne abscedat imago, VFlacc. 4, 38. haut alia est Turni venientis imago, Virg. A. 10, 456. gravis, en, oculis undique nostris iam Poppaeae fulget imago iuncta Neroni, Sen. Oct. 685. nox Minyas tanta caesorum ab imagine solvit, VFlacc. 3, 363. exercitum imagine caesorum insepultorumque tardatum ad proelia, Tac. A. 1, 62. nunc amici an inimici sis imago - mihi sciam, Plaut. Cas. 3, 1, 1. illi marmoreum caput est, tua vivit imago, Juv. 8, 54. u. vgl. 13, 221. collis modicus resupini hominis imagine iacentis, Mel. 3, 10, 5; — sacer ancipiti mirandus imagine Janus, Ov. F. 1, 95. u. vgl. 231. pulcraque deum sub imagine ponit, M. 2, 804. si genus arguitur voltu, nisi fallit imago, 2, 397. non ego Daphnim iudice te metuam, si numquam fallit imago, Virg. Ecl. 2, 27. a terris nunc primum cognita nostris Aemathiae manus et fama mihi maior imago, VFlacc. 2, 640. citato Celsus abit gressu maiorque recessit imago, Sil. 13, 750. non in effigies mutas divinum spiritum transfusum, sed imaginem veram caelesti sanguine ortam intellegere discrimen, Tac. A. 4, 52. percussis anguibus isdem forma prior rediit genetivaque venit imago, Ov. M. 3, 330; — haec super inposita est caeli fulgentis imago signaque sex, 2, 17. ubi oppositas nitidissima solis imago evicit nubes, 14, 768. imago solis crystallo inclusa fulgebat, Curt. 3, 7 (3), 8. lunae descendit imago, Petron. 134, 12, 8. plenissima fulsit ac solida terras spectavit imagine luna, Ov. M. 7, 180. extremaque lucis imago Italiam Libyamque ferit, Claud. Rapt. Pros. 3, 444. duplicataque noctis imago est, Ov. M. 11, 550. haec inter tumidi late maris ibat imago aurea, Virg. A. 8, 671. aequora me terrent et ponti tristis imago, Ov. M. 11, 427. subitae nova puppis imago, VFlacc. 1, 672. mox intellexit frustratum esse visum suum arborumque ex longinquo ordinem antemnarum praebuisse imaginem, Vell. 2, 43, 2. existimans minorem in patriam reditus cupiditatem futuram habentibus in castris imaginem quandam larum ac domesticae sedis, Justin. 12, 4, 3. varia dux laetus imagine templi, VFlacc. 5, 417. heu, quantum vobis fallacis imagine teli promisere dei, Sil. 1, 544. natum etiam docuit falsae sub imagine plumae attentare vias volucrum, 12, 96. inflexi cubiti imagine sedens et ideo a Graecis dicta Ancon, Mel. 2, 4, 5. Graecae litterae imaginem, quae delta dicitur, efficit (Sicilia), 2, 7, 14; qui fueram globus et sine imagine moles, Ov. F. 1, 111. qui fuerat rudis et sine imagine tellus, M. 1, 87; — mentique haerebat imago temporis illius, Ov. M. 14, 204. obstipuit varia confusus imagine rerum Turnus, Virg. A. 12, 665. turbatusque novi respondit imagine facti, Ov. M. 8, 96. haeret in vultu trucis imago facti, Sen. Thyest. 636. vestis tamen illa sanguine madens ita repraesentavit imaginem sceleris, ut cet., Quint. 6, 1, 31. ut spectaculi illius imaginem cerneret, Eutr. 7, 14. inque pyra sacri sub imagine facta incubuit ferro, Ov. M. 14, 80. continuo pugnae accendit maioris imago, Virg. A. 12, 560. u. vgl. VFlacc. 6, 659. Claud. VI. Cons. Hon. 638. tota iam ante oculos meos imago caedis erat, Sen. Thyest. 282. planctum et lamenta et supremorum imaginem praesenti sibi circumdata, Tac. H. 4, 45. captaeque erat urbis imago, Ov. M. 12, 225. aspera pugna novas varia sub imagine leti dat formas, Sil. 17, 481. u. vgl. 14, 616. militem per eius modi mortis imaginem obisse, Tac. A. 15, 70. semineces cum exspirantibus volvuntur, varia pereuntium forma et omni imagine mortium, H. 3, 28. a Carbulone petierat, ne quam imaginem servitii Tiridates perferret, A. 15, 31. eadem feritatis imago, Ov. M. 1, 239. magna illic imago tristium laetorumque, Tac. A. 2, 53. haec ars tota dicendi, sive artis imago quaedam est et similitudo, habet hanc vim cet., Cic. dOr. 2, 87, 356. imago ipsa eloquentiae, Quint. 1, 12, 18. imaginem veri discriminis et dicendi leges comperisse, 12, 11, 15. honesti praesens imago, 12, 1, 28. imaginem virtutis effingere et solam, ut sic dixerim, cutem, 10, 2, 15; — constat (aspera arteria) ex circulis quibusdam compositis ad imaginem earum vertebrarum, quae in spina sunt, Cels. 4, 1; Libyco nec talis imago litore, cum fractas involvunt aequora puppes, VFlacc. 6, 412; — schriftlich: exprimere imaginem consuetudinis atque vitae, Nep. Epam. 1, 3. ut effictos nostros mores in alienis personis expressamque imaginem vitae cotidianae videremus, Cic. SRosc. 15, 47. u. vgl. Quint. 10, 1, 69. nos memores professionis universam imaginem principatus eius oculis animisque subiecimus, Vell 2, 89, 6.

2) als Werk des menschlichen Geistes, u. zw. a) als Bild, Vorstellung, Gedanke, id quod providet, illius rei constat imago, Lucr. 4, 885. Vasaces imaginem retinendi largiendive (Armeniam) penes nos, vim penes Parthos memorat, Tac. A. 15, 14. qui administrandae Suriae imagine tandem exsolutus urbi praefuerat, 6, 27. quem tanti periculi, quo evaserat, imago oculis oberraret, Curt. 8, 23 (6), 26. maior Martis iam apparet imago, Virg. A. 8, 557. modo vulnera fratrum ante oculos mihi sunt, et tantae caedis imago, Ov. M. 8, 506. ubique pavor et plurima mortis imago, Virg. A. 2, 369. repetitaque mortis imago annua plangoris peraget simulamina nostri, Ov. M. 10, 726. qua simul exarsit, tamquam regina maneret, ulcisci statuit poenaeque in imagine tota est, 13, 545. u. so 6, 585. tu licet erroris sub imagine crimen obumbres, non gravior merito vindicis ira fuit, Pont. 3, 3, 75; —

cuius (iustitiae) rusticis quoque - apparet aliqua imago, Quint. 2, 20, 6. si te nulla movet tantae pietatis imago, Virg. A. 6, 405. animum patriae strinxit pietatis imago, 9, 294. mentem patriae subiit pietatis imago, 10, 824. cuius imaginem animo concepimus, quae viro bono convenit quae est vere rhetorice, virtus erit, Quint. 2, 20, 4; — nemo umquam animo aut spe maiora suscipiet, qui sibi non illius memoriam atque imaginem proponendam putet, Cic. Am. 27, 102. teque illius angit imago, VFlacc. 7, 128. inde est quod magnam noctium partem in imagine tua vigil exigo, Plin. Ep. 7, 5, 1. tua, pater Druse, imago, tui memoria isdem istis cum militibus, Tac. A. 1, 43; — mit dem Zusatz falsa u. dgl., von einer **falschen od. trügerischen Vorstellung**, einem **Trugbild, Scheinbild, Phantom, Traum**, hinc agitur furiis Athamas et imagine falsa, Ov. F. 6, 489. nec falsa Clymene culpam sub imagine celat, M. 2, 37. nonnunquam multis adparentibus signis, quae mali aliquid pronuntient, animus sibi falsas imagines fingit, Sen. Ep. 2, 1, 12 (13); — falsa rerum imagine detineri et inanibus simulacris, Quint. 10, 5, 17. dum laudis falsam imaginem persequuntur, 5, 8, 1. matrique, ait, omnia demens credis, et es tumidus genitoris imagine falsi, Ov. M. 1, 753. quas (filias) tempore callida parvo Colchis amicitiae mendacis imagine cepit, 7, 300. — Ferner rhetor., α) als **mnemonisches Bild**, constat igitur artificiosa memoria ex locis et imaginibus: locos appellamus eos, qui breviter, perfecte, insignite aut natura aut manu sunt absoluti, ut eos facile naturali memoria comprehendere et amplecti queamus, ut aedes cet.: imagines sunt formae quaedam et notae et simulacra eius rei, quam meminisse volumus, quod genus equi, leonis, aquilae memoriam si volemus habere, imagines eorum locis certis collocare nos oportebit, AHer. 3, 16, 29. u. vgl. d. Genauere c. 20 sqq. §. 33 sqq. Quint. 11, 2, 21. — β) als **Bild, Vergleich, Gleichniß**, comparabile autem est, quod in rebus diversis similem aliquam rationem continet: eius partes sunt tres, imago, collatio, exemplum: imago est oratio demonstrans corporum aut naturarum similitudinem, Cic. Inv. 1, 30, 49. imago est forma cum forma cum quadam similitudine collatio, AHer. 4, 49, 62. u. erwähnt b. Cic. dOr. 3, 54, 207. Quint. 9, 1, 35. ex quibus (locis) primus est a simili: huius species sunt tres, exemplum parabola imago, Graece παράδειγμα παραβολὴ εἰκών, u. weiterhin: imago fit, cum aut forma corporis absentis describitur aut omnino quae nulla est fingitur, Macrob. Sat. 4, 5, 1. circa rem loci sunt decem: a simili, cuius species sunt quatuor, exemplum similitudo fabula imago, MCap. 5, 558; — cum creditum (beneficium) dicimus, imagine et translatione utimur, Sen. Ben. 4, 12, 1. solebat Attalus hac imagine uti, Ep. 9, 1, 8 (72). invenio imagines, quibus si quis nos uti vetat et poëtis illas solis iudicat esse concessas, neminem mihi videtur ex antiquis legisse, 6, 7, 6. haec a te non multum abludit imago, Hor. Sat. 2, 3, 320. hac ego si compellor imagine, cuncta resigno, Ep. 1, 7, 34. ne ab alia imagine ad aliam transeamus, Sen. Ep. 6, 7, 9 (59).

b) von einer abwesenden od. verstorbenen Person, die dem Geist wachend als **Bild, Gestalt, Schatten** erscheint, α) im Allg.: carpitur attonitos absentis imagine sensus ille, Ov. F. 2, 769. et pavor et monstri subiit absentis imago, VFlacc. 4, 188. coniugis ante oculos deceptae stabit imago tristis, Ov. Her. 7, 69. morior, quotiens pugnantis imago me subit, F. 2, 753. sed tua cur nobis pallens occurrit imago? Her. 13, 109; — quasi quodam monstro infernisque imaginibus turbatus substitit, Petr. 111, 7. ne talia Paullo pectora, nec manes tam parva intramus imago, Sil. 10, 287. nunc elapsa rogi flammis et inanis imago, Ov. F. 5, 463. si tenui superant in imagine curae, VFlacc. 5, 52. nam vanae redeat sanguis imagini, Hor. Od. 1, 24, 15. ni docta comes tenues sine corpore vitas admoneat volitare cava sub imagine formae, Virg. A. 6, 293; — subiit cari genitoris imago, Virg. A. 2, 560. Creusae visa mihi ante oculos et nota maior imago, 2, 773. u. vgl. 793. hic illi occurrit - Adrasti pallentis imago, 6, 480. nunc magna mei sub terras ibit imago, 4, 654; — dah. auch von Göttern u. Menschen, die in menschlicher Gestalt Jmdm. erscheinen: primas laeta ante acies exultat imago (deae), Virg. A. 10, 643. u. vgl. 656. 663. Caesar, ades, seu quis superum sub imágine falsa mortalique lates, Calp. 4, 143. Dryopes in imagine moestae flet Venus, VFlacc. 2, 174. hic iuvenem adgreditur Latiae telluris imago, Sil. 15, 546; endlich von einem **Gespenst**, apparebat idolon, senex macie et squalore confectus, promissa barba, horrenti capillo: cruribus compedes, manibus catenas gerebat quatiebatque, dann: interdiu quoque, quamquam abscesserat imago, memoria imaginis oculis inerrabat, longiorque causis timoris timor erat, Plin. Ep. 7, 27, 5. u. 6. — β) insbes. von einem **Bild**, einer **Gestalt**, welche dem Kranken vorzuschweben scheint: quos (capitis dolores) sequitur, ut quaedam ante oculos tamquam imagines obversentur, Cels. 2, 7. quidam imaginibus, non mente falluntur, quales insanientem Aiacem vel Orestem percepisse poëtae ferunt, quidam animo desipiunt: si imagines fallunt, ante omnia videndum est, tristes an hilares sint, und: quum aeger, quamvis adhuc sapiat, tamen quasdam vanas imagines accipit: perfecta est (phrenesis), ubi mens illis imaginibus addicta est, 3, 18.

c) von einer Person od. Sache, die dem Menschen im Traume erscheint, **Bild, Gestalt, Erscheinung**, exstinctique iube Ceycis imagine mittat somnia ad Alcyonen veros narrantia casus, Ov. M. 11, 587. ipsa sed in somnis inhumati venit imago coniugis, Virg. A. 1, 353. ut secum fugiens somnos abduxit imago (zuvor umbra genannt), Ov. F. 4, 477. utile sit faustumque, precor, quod imagine somni vidimus, 3, 27. egredior, qualesque in imagine somni visus eram vidisse viros, ex ordine tales adspicio noscoque, M. 7, 649. petit ille dapes sub imagine somni, 8, 824. mihi Cassandrae per somnum vatis imago ardentes dare visa faces,

Virg. A. 5, 636. Anchisae - admonet in somnis et turbida terret imago, 4, 353. velut lenti fallatur imagine somni, VFlacc. 7, 213. deceptus imagine somni, Ov. M. 13, 216. decipior melioris imagine somni, Pont. 1, 2, 49. nox felicis Magno-pars ultima vitae sollicitos vana decepit imagine somnos, Lucan. 7, 7. ludificante etiam terroris imagine somnos, Sil. 8, 641. dulcis imagine somni - laetus, VFlacc. 4, 531; — et cum te fusco somnus velavit amictu, vanum nocturnis fallit imaginibus, Tibull. 3, 4, 56. nimia profusio seminis, quod sine venere, sine nocturnis imaginibus sic fertur, ut cet., Cels. 4, 28 (21). tacitae quid vult sibi noctis imago -? Ov. M. 9, 474. hesternae confundor imagine noctis, Her. 18 (19), 193. nocturnae quietis imaginem ad spem haud dubiae rei traxit, Tac. A. 16, 1. affirmavit ipsum (Augustum) esse, cuius imago secundum quietem sibi obversata sit, Suet. Aug. 94. quies pavida miris rerum imaginibus, Cal. 50. an (me) vitiis carentem ludit imago, quae porta fugiens eburna somnium ducit? Hor. Od. 3, 27, 39. u. vgl. Claud. VI. Cons. Hon. praef. 21. Sil. 10, 371.

d) von einer Sache, die Imbm. vorgespiegelt wird, **bloße Form, Schein**, biduum super hac imagine cognitionis absumptum, Tac. A. 3, 17. postea his quoque imaginibus iuris spretis promiscue sine lege, sine stirpe in civitatem Romanam per migrationem et censum transibant, Liv. 41, 8, 11. habitu et ore ad exprimendam imaginem honesti exercitus, ceterum animo perfidiosus, Tac. A. 16, 32. Domitianus simplicitatis ac modestiae imagine in altitudinem conditus, H. 4, 86. speciosa verbis, re inania aut subdola, quantoque maiore libertatis imagine tegebantur, tanto eruptura ad infensius servitium, A. 1, 81. sed Pompeium imagine pacis, sed Lepidum specie amicitiae deceptos, 1, 10. simulationem prorsus et imaginem deponendi imperii fuisse, H. 3, 70; dah. von inhaltlosen Wesen, der **Schatten**: nec praeceptor deerat, qui faciem eloquentiae, non imaginem praestaret, Or. 34. nos veri iuris germanaeque iustitiae solidam et expressam effigiem nullam tenemus, umbra et imaginibus utimur, Cic. Off. 3, 17, 69; umbram equitis Romani et imaginem videtis, iudices, unius amici conservatam auxilio et fide, RPostum. 15, 41. imaginem quandam exercitus habet (Vitellius), Tac. H. 1, 84. manebat nihilo minus quaedam imago rei publicae, A. 13, 28. si - imaginem rei publicae nullam reliquissent, Cic. Agr. 2, 32, 88. si denique imaginem iudiciorum aut simulacrum aliquod futurum in civitate reliquum credidisset, Sest. 13, 30. hoc consulatu Pompeius tribuniciam potestatem restituit, cuius Sulla imaginem inanem reliquerat, Vell. 2, 30, 4. quidni illi consules dictatoresve facturi essent, qui proconsularem imaginem tam saevam ac trucem fecerint, Liv. 5, 2, 9.

imāguncula, ae, *f.* (*Demin.* v. imago), ein **Bildchen**, nactus puerilem imagunculam eius aeream veterem, Suet. Aug. 7.

imbalnĭtĭes od. **inb-**, ēi, *f.* (in u. balneum), **der schmutzige Zustand** dessen, der sich nicht gebadet od. gewaschen hat, hic cruciatur fame, frigore, inluvie, inbalnitie, imperfundie, incuria, Lucil. p. 53, 69.

imbarbescere barbatum fieri, PDiac. p. 109, 6.

imbēcillis od. **inbēcillis**, e, f. imbecillus.

imbēcillĭtas od. **inbēcillĭtas**, ātis, *f.* (imbecillus), die **Schwäche**, 1) in körperlicher Beziehung, **Schwäche, Schwächlichkeit, Unpäßlichkeit, Kränklichkeit**, a) eig.: Tulliae meae morbus et imbecillitas corporis me exanimat, quam tibi intelligo magnae curae esse, Cic. Att. 11, 6, 4. ubi totius corporis imbecillitas hanc curationem per totum id exigit, Cels. 2, 14. nimia imb. corporis, 3, 19. quia eius ipsius membri imbecillitas id requirit, 2, 14. quos capitis imbecillitas torquet, 1, 5. u. vgl.: interdum autem in capite longa imbecillitas, sed neque gravis neque periculosa per hominis aetatem est, 4, 2. imb. oculorum, 6, 6, 38. si id crurum imbecillitas prohibet, 3, 27. ut ad infirmitatem laterum perscienter contentionem omnem remiserat, sic ad virium imbecillitatem dicendi accommodabat genus, Cic. Brut, 55, 202. tu modo istam imbecillitatem valetudinis tuae sustenta et tuere, ut facis, Fam. 7, 1, 5: — si qua imbecillitas oritur, Cels. 2, 1. nosti Niciae nostri imbecillitatem, mollitiam, consuetudinem victus, Cic. Att. 12, 26, 2. imbecillitati iacentis cibo vinoque succurrere, Cels. 3, 19. inbecillitate Augusti nuntiata, Suet. Tib. 11. excusante Tiberio imbecillitatem eius, Claud. 6. quamquam iam motus imbecillitatis inclinataeque in deterius principia valetudinis senserat, Vell. 2, 123, 2. id enim eius officium est, ut aegrum neque supervacua materia oneret, neque imbecillitatem fame prodat, Cels. 3, 4. causatus senium cuiusque et imbecillitatem, Suet. Cal. 44. propter senectutem imbecillitatemve aliam, Cels. 6, 6, 32. — b) übtr. α) concret, die **Schwäche, Unzulänglichkeit**, ubi aut spatium inter muros aut imbecillitas materiae postulare videretur, pilae interponuntur, Caes. BC. 2, 15, 2. — β) abstr. **Schwäche, Gebrechlichkeit, Mittellosigkeit, Hülflosigkeit**, humani generis imbecillitatem fragilitatemque extimescere, Cic. Tusc. 5, 1, 3. neque id evitare humana imbecillitas in tanta varietate corporum potest, Cels. 2, 6. utrum propter imbecillitatem atque inopiam desiderata sit amicitia, ut dandis recipiendisque meritis, quod quisque minus per se ipse posset, id acciperet ab alio vicissimque redderet, Cic. Am. 8, 26. si qui putant ab imbecillitate proficisci, ut sit per quem adsequatur quod quisque desideret, humilem sane relinquant - ortum amicitiae, quam ex inopia atque indigentia natam volunt, 9, 29. graviter deinde castigavit eos, quod non virtute, sed inbecillitate sociorum potentiam quaererent, Justin. 2, 18, 11. — 2) in Bezug auf Geist und Charakter, **Schwäche**, accidit hoc primum imbecillitate ingenii mei, deinde inopia ac potius, ut Lucretius ait, egestate patrii sermonis, Plin. Ep. 4, 18, 1. ineunte adolescentia, quum est maxima imbecillitas consilii, Cic. Off. 1, 32, 117. hi sunt enim, qui suae imbecillitati sanitatis appellationem - obtendunt,

Quint. 12, 10, 15; — nolite - nec stultitia ac temeritate vestra aut animi imbecillitate omnem Galliam prosternere, Caes. BG. 7, 77, 9. si autem impiorum consilia plus valuerint quam nostra aut imbecillitas aetatis non potuerit gravitatem rerum sustinere, spes omnis est in te, Cic. ad Brut. 1, 10, 4. ego tibi a vi, hac praesertim imbecillitate magistratuum, praestare nihil possum, Fam. 1, 4, 3. ista vero imbecillitas et desperatio - et Caesarem in cupiditatem regni inpulit et Antonio post interitum illius persuasit, ut interfecti locum occupare conaretur, ad Brut. 1, 16, 3. vix propinquorum adloquia tolerari, vix diem aspici a plerisque lugentium: neque illos inbecillitatis damnandos: se tamen fortiora solacia e conplexu rei publicae petivisse, Tac. A. 4, 8. cognito Natalis indicio Scaevinus quoque pari inbecillitate - edidit ceteros, 15, 56. non est res animi iacentis et mollis supra modum frontis, fallitque plerumque, quod probitas vocatur, quae est imbecillitas, Quint. 6, 4, 11.

imbēcillius, *Adv. comp.*, s. imbecillus.

immortālis od. **inmortālis**, e, unsterblich, 1) eig.: deus immortalis haberi dum cupit Empedocles, Hor. AP. 464. dî immortales, homini homo quid praestat! Ter. Eun. 2, 2, 1. pro dî inmortales, Att. 339. Caecil. 270. Ter. Ad. 3, 4, 1. Phorm. 5, 9, 19. pro dii imm., Vell. 2, 52, 5. pro deûm inmortalium, Ter. Phorm. 2, 3, 4. quod pro vita hominis nisi hominis vita reddatur, non posse deorum immortalium numen placari arbitrantur, Caes. BC. 6, 16, 3. per deos immortales, Sall. C. 51, 10. 21. 52, 5. H. 2, 96, 3. deos immortales precatus est, ut cet., Vell. 1, 10, 4. qua (virtute) nihil homini, quo ad deos imm. propius accederet, datum est, Quint. 12, 2, 2. deos imm. in animo non habere, Sall. J. 24, 2. utinam-aliquando aut apud vos aut apud deos imm. rerum humanarum cura oriatur, 14, 21. sese dîs immortalibus curae esse, 75, 9. hoc a diis imm. semper precatum, ut -, Nep. Timol. 5, 3; immortalis ego? Virg. A. 12, 882. immortales Molossi, Claud. Cons. Stil. 3, 293; subst.: quod ad inmortaleis attinet haec: deinceps quod ad mortalis attinet videamus, Varr. LL. 5, 75. quid enim inmortalibus atque beatis gratia nostra queat largirier -? Lucr. 5, 165; — ut fortuna non numquam tamquam ipsa mortalis cum immortali natura pugnare videatur, Cic. Off. 1, 33, 120. anima immortalis est, nam quidquid ex se ipso movetur, immortale est, Quint. 5, 14, 10. aiunt inmortalem animam mutato corpore flecti, Lucr. 3, 755. si inmortalis natura animai'st et sentire potest secreta a corpore nostro, 3, 624. si inmortalis foret (animus), 3, 748. u. vgl. 715. quod quidem ni ita se haberet, ut animi immortales essent, cet., Cic. Sen. 23, 82. iudicat (lex), omnium quidem animos immortales esse, sed fortium bonorumque divinos, Leg. 2, 11, 27. quod si inmortalis nostra foret mens, non cet., Lucr. 3, 612. si nullum corpus immortale sit, nullum esse corpus sempiternum: corpus autem immortale nullum esse, ne individuum quidem cet., u. vgl. weiterhin, Cic. ND. 3, 12, 29 sq.; subst.: at non sunt inmortali ulla pericla, Lucr. 3, 775. inmortalia mortali sermone notantes, 5, 121. — b) übtr. α) unsterblich, ewig, unendlich, unvergänglich, unauslöschlich, nemo ignavia immortalis factus est, Sall. J. 85, 49. (senatum) a regibus usque ad principes continuum et inmortalem, Tac. H. 1, 84. u. Name einer Abtheilung des persischen Fußvolks: immortales, Curt. 3, 7 (3), 13; im Scherz: Ca. eho tu, tua uxor quid agit? Me. inmortalis est: vivit victuraque est, Plaut. Trin. 1, 2, 17; — omnis enim per se divom natura necesse'st inmortali aevo summa cum pace fruatur, Lucr. 2, 646. esse inmortali primordia corpore debent, 1, 545. voltur - immortale iecur tondens, Virg. A. 6, 598. genus inmortale manet, G. 4, 208. canitiem Glaucus ligat immortalibus herbis, Claud. Nupt. Hon. et Mar. 158. addere quid cessas, puer, immortale Falernum? Mart. 9, 93, 1. non tibi illut adparere, si sumas, potest, nisi tu inmortale rere esse argentum tibi, Plaut. Trin. 2, 4, 12. inmortalia tributa, virgas, secures et dominorum ingenia, Tac. H. 4, 32. inmortalia si volumus subiungere rebus fundamenta, Lucr. 2, 862. mortale quod est inmortali atque perenni iunctum in concilio saevas tolerare procellas, 3, 804. mortaline manu factae inmortale carinae fas habeant, Virg. A. 9, 95. dîs Italis votum immortale sacrabat, 8, 715. adlaudabile opus divôm laudare decere aeternumque putare atque inmortale futurum, 5, 158, his immortalibus editis operibus, Liv. 1, 16, 1. omnes ex se ipso virtutes extulit immortalis ingenii beatissima ubertas, Quint. 10, 1, 109. ingeni egregia facinora sicut anima immortalia sunt, Sall. J. 2, 2. quae (pugna Leuctrica) immortalis sit necesse est, Nep. Epam. 10, 2. ideoque immortalem illam Sallustii velocitatem diversis virtutibus consecutus est, Quint. 10, 1, 102. quae (Lepidi uxor) vivo igni devorato praematuram mortem immortali nominis sui pensavit memoria, Vell. 2, 88, 3. ut, quum etiam nunc vivam illorum memoriam teneremus, hanc immortalem redderem, si possem, Cic. dOr. 2, 2, 8. imm. memoria, Nep. Att. 11, 5. quorum vivit immortalis memoria et gloria, Cic. Balb. 17, 40. admiratione te potius et immortalibus laudibus et imitando colamus, Tac. Agr. 46. quo quidem tempore cepi - fructum immortalem vestri in me et amoris et iudicii, Cic. Pis. 14, 31. uter eorum perisset, tamquam lanista, in eius modi pari lucrum fieri putabat: immortalem vero quaestum, si uterque cecidisset, 12, 27. immortales ago tibi gratias, Planc. b. Cic. Fam. 10, 11, 1. inter finitimos vetus adque antiqua simultas, immortale odium et numquam sanabile vulnus ardet adhuc, Juv. 15, 33. quibus velut inmortale odium cum Macedonum regibus erat, Justin. 29, 1, 10; subst.: immortalia ne speres monet annus, Hor. Od. 4, 7, 7. — *Adv.*: idem nec longi languescit finibus aevi inmortale virens, VFlacc. 7, 362. quod scribis te a Caesare cotidie plus diligi, **immortaliter** gaudeo, Cic. Ill. QFr. 1, 3, 9. — b) den Unsterblichen gleich, glückselig, inmortalis ero, si altera (nox) talis erit, Prop. 3, 6 (2, 14), 10. si dabit haec multas (noctes), fiam inmortalis in illis: nocte una quivis vel deus esse potest, 3, 7 (2, 15), 39.

immortālĭtas od. **inmortālĭtas**, ātis, *f.* (immortalis), die Unsterblichkeit, 1) eig.: virtutes, e quibus vita beata exsistit par et similis deorum, nulla alia re nisi immortalitate, quae nihil ad beate vivendum pertinet, cedens caelestibus, Cic. ND. 2, 61, 153. non censet lugendam esse mortem, quam immortalitas consequatur, Sen.

20, 73. quae Socrates supremo vitae die de immortalitate animorum disseruisset, 21, 78. nihil aliud ex eo superest, quam quod ab immortalitate seducitur, Curt. 19, 10 (6), 7. pietas erga parentes, quorum Olympiada immortalitati consecrare decreverat, 10, 17 (5), 30. ego autem seram immortalitatem precor regi, ut et vita diuturna sit et aeterna maiestas: Herculem modo et Patrem Liberum consecratae immortalitatis exempla referebas: credisne illos unius convivii decreto deos factos? 8, 19 (5), 17; vide igitur, ne virtutibus hominum isti honores habeantur, non immortalitatibus, Cic. ND. 3, 18, 46. — 2) übtr. a) die **Unsterblichkeit, Unvergänglichkeit, Ewigkeit,** vita hominis brevis est, atque immortalitas est honesta mors, Syr. 814. ad inmortalitatem moriendo venerunt, Sen. Tranqu. an. 16, 4. emit morte immortalitatem, Quint. 9, 3, 71. iam tum inmortalitatis virtute partae, ad quam eum sua fata ducebant, fautor (Romulus), Liv. 1, 7, 15. immortalitatem virtute consecuti, Quint. 3, 7, 9. quod comitiis tuis interfuisti candidatus non consulatus tantum sed inmortalitatis et gloriae et exempli, quod cet., Plin. Pan. 63, 1. redditus est L. Silano debitus honor, cuius inmortalitati Capito prospexit pariter et suae, Ep. 1, 17, 4. mihi populus Romanus universus illa in contione non unius diei gratulationem, sed aeternitatem immortalitatemque donavit, Cic. Pis. 3, 7; — Theophrastus - magnum iam huic arbori (cedro) honorem tribuit, memoratas ex ea referens templorum veterum contignationes quandamque inmortalitatem materiae in tectis contra vitia omnia incorruptae, Plin. 13, 16 (30), 101; cuius (Socratis) ingenium variosque sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit, Cic. dOr. 3, 16, 60. historia vero - qua voce alia nisi oratoris immortalitati commendatur? 2, 9, 36. sunt enim facta eius immortalitatis, nomen aetatis, Phil. 4, 1, 3. quum id feci, quod omnes non negent immortalitati, si fieri potest, mandandum, Dom. 29, 76. quae vero tam immemor posteritas, quae tam ingratae litterae reperientur, quae eorum gloriam non immortalitatis memoria prosequantur? Phil. 2, 13, 33; Herculis et Liberi Patris terminos transituros illos regi suo parvo impendio immortalitatem famae daturos, Curt. 9, 16 (4), 21. quod quidem ni ita se haberet, ut animi immortales essent, haud optimi cuiusque animus maxime ad immortalitatem gloriae niteretur, Cic. Sen. 23, 82. — b) ein dem der Unsterblichen gleicher Zustand, die **Glückseligkeit,** mi immortalitas parta'st, Ter. Andr. 5, 5, 4. u. vgl. Plaut. Merc. 3, 4, 18.

immortālĭtus od. **inm-**, *Adv.*, **von den Unsterblichen her, durch Schickung der Unsterblichen,** inm. se optulit mî haec facultas, Turpil. 89.

immōtus od. **inmōtus**, a, um, **unbewegt, unbeweglich, ohne sich zu bewegen, still, ruhig,** 1) eig. a) von Leb.: sub Jove duravit multis inmota (Ceres) diebus et lunae patiens et pluvialis aquae, Ov. F. 4, 505. stat gravis Entellus nisuque immotus eodem, Virg. A. 5, 437. contremuit nutrix - longumque immota moratur cet., Claud. Rapt. Pros. 3, 192; insbes. militär.: fert sonitus inmota phalanx, VFlacc. 3, 97. legio gradu immota et angustias loci pro munimento retinens velud cuneo erupit, Tac. A. 14, 37. — b) v. Lebl.: immotamque (tellurem) coli dedit, Virg. A. 3, 77. immota, tellus, pondus ignavum iaces? Sen. Thyest. 1021. trans Suionas aliud mare, pigrum ac prope inmotum, Tac. G. 45. immoti iacent tranquilla pelagi, ventus abiecit minas, Sen. Troad. 203. portus ab accessu ventorum immotus, Virg. A. 3, 570. tranquillo silet immotaque attollitur unda campus, 5, 127. vidimus ingentem glacie consistere pontum lubricaque inmotas testa premebat aquas, Ov. Trist. 3, 10, 37. redemit illa classis immotae moras, Sen. Agam. 160. cum serenus dies et inmobilis, Plin. Ep. 2, 17, 16. sereno et inmoto die, Tac. H. 1, 86; ille velut pelagi rupes inmota resistit, Virg. A. 7, 586. u. vgl. 10, 696. stant tacitae frondes immotaque silva comanti horret verna iugo, VFlacc. 3, 402. nemus immotis requiescere ramis, Calp. 6, 101. eius silvae dextra laevaque circa viam Galli arbores ita inciderunt, ut inmotae starent, momento levi inpulsae occiderent, Liv. 23, 24, 7. abietibus tacitis aut immotis cyparissis adsimiles, VFlacc. 7, 405. immota manet (aesculus), Virg. G. 2, 294. saepe sub immotis praesepibus - vipera delituit, 3, 416. stetisse oculis in terram defixis immotoque sceptro, Quint. 11, 3, 158. illa (carmina) manent immota locis, Virg. A. 3, 447. immoto eius vultu excipitur, Tac. A. 2, 29. aut immota omnino aut nimium mobilia (supercilia), Quint. 11, 3, 79. inmotas praebet mugitibus aures, Ov. M. 15, 465. — 2) übtr. a) **ohne Bewegungen od. Unruhe zu erleiden, ruhig,** immota quippe aut modice lacessita pax, Tac. A. 4, 32. immotam ubique pacem, 15, 27. quippe haud alias tam immota pax, 15, 46. — b) **unabänderlich, unverändert, sicher, fest,** immota manet fatis Lavinia coniunx, Virg. A. 7, 314; — manent immota tuorum fata tibi, 1, 257. fata inmota manent, VFlacc. 5, 88. u. vgl. 2, 573. mens immota manet, Virg. A. 4, 449. hi mores, haec duri inmota Catonis secta fuit, servare modum finemque tenere, Lucan. 2, 380. at sociis inmota fides, VFlacc. 3, 598. nihil immotum, nihil tranquillum, nihil quietum denique in eodem statu relinquebat, Vell. 2, 6, 3; si mihi non animo fixum immotumque sederet, ne cet., Virg. A. 4, 15. inmotum adversus eos sermones fixumque Tiberio fuit non omittere caput rerum, Tac. A. 1, 47. — c) dem Gemüth u. Charakter nach, **unverändert, unerschüttert, ungerührt,** nympha prius blandosque Jovis quae luserat ignes caelicolis immota procis, VFlacc. 5, 110. solus sibi immotus Atreus constat atque ultro deos terret minantes, Sen. Thyest. 704. immotus prece, Agam. 175. immotus his animum adversum suprema firmabat, Tac. A. 15, 59; Thraseam inmoto animo praenuntiam imminentis caedis contumeliam excepisse, 15, 23.

immūgio od. **inmūgio**, ĭi, īre, **in etw. hinein brüllen, pfeifen,** ecce intorta noto veniensque a rupe procella antennae inmugit, Sil. 17, 255. ob.

in-, auf etw. od. drinnen -, innerlich brüllen, dröhnen, prasseln, stöhnen, jammern, curvisque immugit Aetna cavernis, Virg. A. 3, 674. immugit aris ignis et trepidant foci, Sen. Oed. 383; — *abs.*: ut ingens nemore sub Nasamonio aeger reclini pectore immugit leo, Sen. Herc. Oet. 1644; inmugit Nereus, Sil. 4, 298. en, totum mare immugit, Sen. Hipp. 1026. sonitu lugubre minaci Mulciber inmugit, Sil. 12, 140. inmugit tellus rumpitque horrenda per umbras sibila, 1, 95. inmugit penitus convulsis ima cavernis dissiliens tellus nec parvos rumpit hiatus, 5, 615. immugit specus vocem deo solvente, Sen. Thyest. 681. maestoque inmugit regia luctu, Virg. A. 11, 38. iudicaturo domino lugubre mundus immugiet, Hieron. Ep. 14.

immulgeo od. **inmulgeo**, ēre, hinein -, einmelken, -träufeln, hic natam - lacte ferino nutribat teneris inmulgens ubera labris, Virg. A. 11, 572; *abs.*: quem ego nefrendem alui lacteam immulgens opem, Liv. 37. u. übtr.: oculo ab ictu cruore subfuso et in dolore aut epiphora, si inmulgeatur (mel), plurumum prodest, Plin. 28, 7 (21), 72.

immundābĭlis od. **inm-**, e, nicht zu reinigen, vitium, Tert. pudic. 20.

immunde od. **inm-**, *Adv.*, s. immundus.

immundĭtia od. **inm-**, ae, *f.*, die Unreinlichkeit, Unsauberkeit, u. im Plur. die Unreinigkeit, der Schmutz, nimioque sibi mulier meretrix repperit odium ocius sua inmunditia quam in perpetuom ut placeat munditia sua, Plaut. Stich. 5, 5, 5. quicunque sumpserit fratris uxorem, immunditia est, turpitudo, Tert. Mon. 7; — immunditiae cloacarum, Ulp. Dig. 43, 23, 1. §. 2. valetudinaria - identidem aperire et immunditiis liberare, Col. 12, 3, 8. u. vgl. 1, 6, 11.

immundus od. **inmundus**, a, um, unrein, unsauber, schmutzig, a) v. Leb.: ubi illo inmigrat nequam homo indiligens, cum pigra familia, inmundus, instrenuos, hic iam aedibus vitium additur, Plaut. Most. 1, 2, 22. ea (ancillula) texebat una, pannis obsita, inmunda inluvie, Ter. Heaut. 2, 3, 54. forsitan inmundae Tatio regnante Sabinae noluerint habiles pluribus esse viris, Ov. Am. 1, 8, 39. immundae mulieris formidat attactum (ruta), Pallad. 4, 9, 14. ungor olivo, non quo fraudatis immundus Natta lucernis, Hor. Sat. 1, 6, 123. vixisset canis immundus, Ep. 1, 2, 26. — *Sup.*: liquet mihi inmundissimos fuisse, Sen. Ep. 13, 1, 12 (86). — b) v. Lebl.: humus erat immunda, lutulenta vino, Cic. pro Gall. frg. 1. p. 217. b. Quint. 8, 3, 66. nigra melichrus est, inmunda et fetida acosmos, Lucr. 4, 1160. pronus in ipso concidit immundoque fimo sacroque cruore, Virg. A. 5, 333. longaque in immundo pulvere tracta coma est, Ov. F. 4, 238. canitiem immundo perfusam pulvere turpans, Virg. A. 12, 611. effetos cinerem immundum iactare per agros, G. 1, 82. quid precer, iratus, nisi vos cariosa senectus rodat, et inmundo cera sit alba situ! Ov. Am. 1, 12, 29. immundus olentia sudor membra sequebatur, Virg. G. 3, 564. quaecunque immundis fervent allata popinis, Hor. Sat. 2, 4, 62. inmundae cura fidelis harae, Ov. Her. 1, 104; — contactuque omnia foedant immundo, Virg. A. 3, 228. immundo somnia visu nocturnam vestem maculant ventremque supinum, Hor. Sat. 1, 5, 84. inmundas fortunas aequom est squalorem sequi, Plaut. Cist. 1, 1, 114. pauperies immunda procul absit, Hor. Ep. 2, 2, 199. multo opere inmundo rustico se exercitum, Plaut. Merc. prol. 64. immunda crepent ignominiosaque dicta, Hor. AP. 247. — *Comp.*: nihilo mundior hoc (ore), nihiloque immundior ille (culus), verum etiam culus mundior et melior, Catull. 97, 3. superne deciduo inmundiore lapsu aliquo polluta (vitis), Plin. 14, 19 (23), 119. u. *Sup.*: immundissimo me basio conspuit, Petron. 23, 4. cuius a latere per spatium omne porrigitur nomine quidem flumen, re vera cloaca foedissima ac sicut turpis inmundissimo aspectu ita pestilens odore teterrimo, Plin. Ep. 10, 98 (99), 1. — *Adv.*: Junonem profugientem, quod immunde sua templa foedarentur, Jul. Obs. prodig. 115.

immūnio od. **inmūnio**, īvi, īre, zur Sicherheit hinverlegen, ac ne iussa exuerent, praesidium inmunivit, Tac. A. 11, 19.

immūnis od. **inmūnis**, e (archaist. inmoenis; vgl. *Curtius* Grundz. I. p. 287 fg.), frei von öffentlichen Leistungen (Diensten od. Abgaben), 1) publ.: quum immunis nemo fuerit (näml. viarum munitione), Cic. Font. 8, 17. quid decumani numquid praeter singulas decumas ex lege Hieronica debent? — quid immunes? hi certe nihil debent, Cic. II. Verr. 5, 21, 53. qui piratas immunes, socios vectigales habemus, Off. 3, 11, 49. eius (oppidi) cives apud Iugurtham immunes, levi imperio, et ob ea fidelissumi habebantur, Sall. J. 89, 4. Segestam item ad immunem civitatem Venerius Symmachus decumanus immittitur, Cic. II. Verr. 3, 40, 92. quibus ille pro meritis civitatem eius immunem esse iussera., Caes. BG. 7, 76, 1. inde pervenit ad oppidum Leptim, liberam civitatem et immunem, Auct. BAfr. 7, 1. foederatae civitates duae sunt — · quinque praeterea sine foedere immunes civitates ac liberae, Cic. II. Verr. 3, 6, 13; — agros, quos fructuarios habent civitates, vult tuo beneficio - immunes esse, Cic. Fam. 8, 9, 4. qui agros immunes liberosque arant, II. Verr. 2, 69, 166. cur - possideat in agro populi Romani campi Leontini duo millia iugerum immunia, Phil. 3, 9, 22. duo milia iugerum - Sex. Clodio rhetori assignasti, et quidem immunia, Suet. Rhet. 5; immunia commodiore condicione sunt quam illa, quae pensitant, Cic. Agr. 3, 2, 9; — mit *Gen.*: soli isto praetore omnium rerum immunes fuerunt, II. Verr. 5, 22, 58. exauctorari qui sena dena (stipendia) fecissent ac retineri sub vexillo ceterorum inmunes nisi propulsandi hostis, Tac. A. 1, 36. portoria - terra marique caperent, dum eorum immunes Romani ac socii nominis Latini essent, Liv. 38, 44, 4; — mit *Abl.*: inde una centuria facta est immunis militia, 1, 43, 8; — *ab* omni onere immunes, Suet. Claud. 25. — 2) im Allg., undienstfertig, unthätig, ohne Gegenleistung od. Gegengabe, frei ausgebend, leer, dann mit Genit., Ablat. od. a u. Ablat., frei,

unbeteiligt, a) v. Leb.: o ingratifici Argivi, inmoenes Grai, inmemores benefici, Att. 364. set civi inmoeni scin' quid cantari solet? und: is est inmoenis, quoi nihil est qui munus fungatur suum, Plaut. Trin. 2, 2, 69. u. 73. non ego te meis immunem meditor tingere poculis plena dives ut in domo, Hor. Od. 4, 12, 23. quem scis immunem Cinarae placuisse rapaci, Ep. 1, 14, 33; — immunisque sedens aliena ad pabula fucus, Virg. G. 4, 244. quod est genus (näml. fuci) amplioris incrementi, simillimum api, ut ait Virgilius ignavum pecus et immune, sine industria favis insidens, Col. 9, 15, 1; — mit *Gen.*: inmunes belli cessare puellas, Ov. Am. 2, 14, 1. festum celebrare sacerdos inmunesque operum famulas dominasque suorum pectora pelle tegi (iusserat), M. 4, 4. te viridem videt inmunemque senectae, VFlacc. 1, 77. vobis inmunibus huius esse mali dabitur, Ov. M. 8, 690. iuvenis specie excellens necdum duodevicesimum transgressus annum immunisque delictorum paternorum - ab Opimio interemptus est, Vell. 2, 7, 2. Augustus inmunes verberum histriones quondam responderat, Tac. A. 1, 77; — bos tibi - solis occurret in arvis nullum passa iugum curvique immunis aratri, Ov. M. 3, 10; — mit *Abl.*: solus immunis metu Hippolytus arctis continet frenis equos, Sen. Hipp. 1055. qui vir cetera sanctissimus immunisque voluptatibus neque cet., Vell. 2, 46, 2. hic genitus proavo M. Catone - omnibus humanis vitiis immunis semper fortunam in sua potestate habuit, 2, 35, 2. Lepidus - per gentes integras immunesque adhuc clade belli et eo feroces ac truces tendens ad Tiberium - pervenit ad Caesarem, 2, 115, 2. immunis qui clade fuit, Claud. Cons. Stil. 2, 200. sagittarum periculis miles erat immunis, Amm. 24, 6, 11. qui legatus - exercitum immunem tanta calamitate servavit, Vell. 2, 120, 1; — ita se eam (domum) aedificaturum, ut liber a conspectu immunisque *ab* omnibus arbitris esset, 2, 14, 3. diffusa in orientis occidentisque tractus et quicquid meridiano aut septentrione finitur pax augusta per omnes terrarum orbis angulos a latronum metu servat immunes, 2, 126, 3. — b) v. Lebl.: perdomita tellus, tumida cesserunt freta: inferna nostros regna sensere impetus: immune coelum est, dignus Alcidae labor, Sen. Herc. fur. 957. nulla sit immunis regio nullumque sub umbris pectus inaccensum Veneri, Claud. Rapt. Pros. 1, 223. ipsa quoque immunis rastroque intacta nec ullis saucia vomeribus per se dabat omnia tellus, Ov. M. 1, 101. multa quoque Apidani placuerunt gramina ripis, multa quoque Amphrysi: neque eras inmunis, Enipeu, Ov. M. 7, 228. immunis aram si tetigit manus, Hor. Od. 3, 23, 17. amicum castigare ob meritam noxiam inmoene'st facinus, verum in aetate utile et conducibile, Plaut. Trin. 1, 1, 1. cum ne pugnandi quidem aut egrediendi occasio iis, in quantum voluerant, data esset immunis, Vell. 2, 119, 2. neque enim est inhumana virtus neque immunis neque superba, quae etiam populos universos tueri eisque optime consulere soleat, Cic. Am. 14, 50; — mit *Genit.*: liquidique inmunia ponti adloquitur gelido proximo signa polo, Ov. F. 4, 575. neque enim clipei caelamina norit, oceanum et terras cumque alto sidera caelo, Pleiadasque Hyadasque inmunemque aequoris Arcton, M. 13, 291. oppida funerei pollent immunia leti, Claud. Rapt. Pros. 2, 358. non piget inmunes caedis habere manus, Ov. Her. 14, 8. aeternum est a me quod traxit et expers atque inmune necis nullaque domabile flamma, M. 9, 252. illa (mens) meos oculos mediam deducet in urbem immunes tanti nec sinet esse boni, Trist. 4, 2, 61; — mit *Abl.*: vomere immunem prius sulcare terram, Sen. Oct. 415. quot nube soporis immunes oculi per tot discurrere partes, tot loca sufficerent —? Claud. Laud. Stil. 1, 309. illud enim humanam naturam negare, alicuius animum immunem esse tristitia, Sen. Ep. 12, 3, 3; — quod si dentes ter anno coluantur testudinum sanguine, inmunes *a* dolore fiant, Plin. 32, 4 (14), 37. non sit a vestris malis immune coelum, Sen. Thyest. 849.

immūnĭtas od. **inmūnĭtas**, ātis, *f.* (immunis), das Freisein od. die Befreiung von öffentlichen Leistungen (Diensten od. Abgaben), a) public.: Druides militiae vacationem omniumque rerum habent immunitatem, Caes. BG. 6, 14, 1. Macedonibus immunitatem cunctarum rerum praeter militiae vacationem dedit, Justin. 11, 1, 10; — ob quod meritum et immunitas illis (Massiliensibus) decreta et cet., 43, 5, 10. rettulit deinde de inmunitate Cois tribuenda, Tac. A. 12, 61. civitatem negavit, immunitatem optulit, Suet. Aug. 40. in qua illa provincia prope suam immunitatem ac libertatem positam esse arbitratur, Cic. Font. 12, 27; — tabulae figuntur: immunitates dantur, Fam. 12, 1, 1. num immunitates datae? nullae respondebat, Phil. 1, 1, 3. nullas immunitates civitatibus tribuens, Eutr. 8, 4. vectigalia immunitates (donare), Suet. Galb. 15. plurimis etiam civitatibus et privatis veteres immunitates et ius metallorum ac vectigalium adempta, Suet. Tib. 49; — omnes et deditos et captivos libertate atque immunitate donavit, Curt. 5, 11 (3), 15. plerisque urbibus claris ius integrum libertatemque cum immunitate reddiderat, Sen. Ben. 5, 16, 6. his tributa dimittere, alios immunitatibus iuvare, Tac. H. 3, 55. — b) im Allg., die Befreiung, das Freisein, die Untheilhaftigkeit, qui det isti deo immunitatem magni quidem muneris, Cic. Acad. 2, 38, 121. vendidit etiam - immunitates malorum, Lamprid. Commod. 14.

immūnītus od. **inmūnītus**, a, um, unverwahrt, unbefestigt, si via sit in Bruttiis immunita, ungebahnt, Cic. Caecin. 19, 54; — dum deus Eurotan inmunitamque frequentat Sparten, Ov. M. 10, 169. quibus oppida castellaque immunita essent, Liv. 22, 11, 4.

immurmŭro od. **inmurmŭro**, āre, in etw. hinein -, od. bei etw. -, dabei murmeln, a) v. Leb.: terraeque inmurmurat haustae, Ov. M. 11, 187. terraeque tremens inmurmurat atrae, 6, 557. ipsisque inmurmurat undis, 11, 567. pulsat humum manibusque inmurmurat uncis, VFlacc. 7,

312. telum ore cruento exspirans premit atque admorsae inmurmurat hastae, Sil. 5, 331. u. vgl. 7, 146; tunc rex longaevus Acesten imperat acciri tacitaque inmurmurat aure, Stat. Theb. 1, 529; haec clare et ut audiat hospes: illa sibi introrsum et sub lingua immurmurat: O si cet., Pers. 2, 8. ipse publicato nobis quod immurmurat, Macrob. Sat. 6, 7, 1; — increpor a cunctis totumque inmurmurat agmen, Ov. M. 3, 646. — b) v. Lebl.: frigidus ut quondam silvis immurmurat auster, Virg. G. 4, 261; cum saepe aprico spiritu immurmurantes audierit ventos, Amm. 22, 16, 14.

immūsĭcus od. **inm-**, a, um, unmusikalisch, immusici iudicantes de musica, Tert. Apol. 1.

immusŭlus od. **inmusŭlus**, i, m., eine Art von Geiern, über die vgl. Plin. 10, 7 (8), 20. PDiac. p. 112, 3. 113, 16. u. erwähnt b. Arnob. 2, 59. 7, 16 (immussilus *ed. Oehl.*).

1. **immūtābĭlis** od. **inmūtābĭlis**, e (in u. mutabilis), unveränderlich, immutabile enim quiddam superare necesse'st, Lucr. 1, 790. immutabili' materiae quoque corpus habere debent, 1, 591. quum duo sint genera siderum, quorum alterum spatiis immutabilibus ob ortu ad occasum commeans nullum cursus sui vestigium inflectat, alterum autem continuas conversiones duas iisdem spatiis cursibusque conficiat, Cic. ND. 2, 19, 49. imm. necessitas, Quint. 2, 13, 1. numerus, res quum ad vitam necessaria tum una immutabilis et aeterna, Cic. Rep. 3, 2, 3. quum de re stabili et immutabili disputat, Univ. 3. p. 268. suum quemque ordinem immutabili lege percurrere (negotia humana), Curt. 5, 31 (11), 10. esse causas immutabiles easque aeternas, Cic. Fat. 12, 28. eadem ratio, quae fuit futuraque, donec res eaedem manebunt, inmutabilis est, Liv. 22, 39, 10. eam (scientiam) stabilem quoque et immutabilem esse censemus, Cic. Acad. 2, 8, 23. grave et immutabile sanctis pondus abest verbis, Stat. Theb. 1, 212. — *Adv.*: quin agite, o socii, micat inmutabile coelum, VFlacc. 2, 55. si **immutabiliter** verum fuit, te Capitolium non ascendisse, Cels. Dig. 45, 1, 99. §. 1. u. vgl. Apul. Mund. 36.

2. **immūtābĭlis** od. **inmūtābĭlis**, e (immuto), veränderlich, Ph. haec ego, quae siet, neque scio neque novi, neque ego hanc oculis vidi ante hunc diem. Pe. scio quid erres: quia vestitum atque ornatum inmutabilem habet haec mulier, Plaut. Epid. 4, 2, 6.

immūtābĭlĭtas od. **inm-**, ātis, *f.* (1. immutabilis), die Unveränderlichkeit, in factis inmutabilitatem apparere, Cic. Fat. 9, 17.

immūtābĭlĭter od. **inm-**, *Adv.*, s. 1. immutabilis.

immūtātio od. **inmūtātio**, ōnis, *f.* (immuto), die Umänderung, Umwandlung, Veränderung, Vertauschung, a) im Allg.: quicquid aut apud Persas vetere luxu, aut apud Macedonas nova immutatione corruptum erat - ostendens, Curt. 9, 28 (7), 15. — b) rhetorisch: alios barbarismos scribendo fieri alios loquendo —: illud prius adiectione, detractione, immutatione, transmutatione, hoc secundum divisione, complexione, aspiratione, sono contineri, Quint. 1, 5, 6. und: immutatio sine controversia est, cum aliud pro alio ponitur: id per omnes orationis partes deprehendimus, frequentissime in verbo (wie scripsēre für scripserunt), cet., §. 41. u. duos in uno nomine faciebat barbarismos Tinga Placentinus - preculam pro pergula dicens, et immutatione cum c pro g uteretur, et transmutatione cum r praeponeret antecedenti, §. 12; ferner: quum vinxit modis et forma, relaxat et liberat immutatione ordinis, ut verba neque adligata sint quasi certa aliqua lege versus neque ita soluta, ut vagentur, Cic. dOr. 3, 44, 176; endlich: si verborum immutationibus utantur, quos appellant τρόπους, et sententiarum orationisque formis, quae vocant σχήματα, Brut. 17, 69. quamquam tralatio est apud eum multa, tamen immutationes nusquam crebriores, Or. 27, 94. Arcesilas Zenoni - obtrectans nihil novi reperienti, sed emendanti superiores immutatione verborum, Acad. 2, 6, 16.

immūtātor od. **inm-**, ōris, *m.* (immuto), der Umwandler, ut - haberetur apud posteros Romanae restitutionis auctor, postquam esse non potuerat inmutator, Oros. 7, 43.

1. **immūtātus** od. **inm-**, a, um, Ptcp. v. immuto.

2. **immūtātus** od. **inmūtātus**, a, um (in u. mutatus), unverändert, Chremes - id mutavit, quia me inmutatum videt, Ter. Andr. 1, 5, 7. veritas, per quam immutata ea, quae sunt aut ante fuerunt aut futura sunt, dicuntur, Cic. Inv. 2, 53, 162.

immūtesco od. **inmūtesco**, mutui, ĕre, verstummen, ruptis inmutuit ore querelis, Stat. Theb. 5, 542. non ergo semper putemus optimum esse quod latet: immutescamus alioqui, si nihil dicendum videatur, nisi quod non invenimus, Quint. 10, 3, 16.

1. **immŭtĭlātus** od. **inm-**, a, um (in u. mutilatus), unverstümmelt, unversehrt, omnia, quae supererunt ad disceptationem litigii immutilata permaneant, Cod. Theod. 4, 22, 1.

2. **immŭtĭlātus** od. **inm-**, a, um (wie von immutilo), verstümmelt, in quis notissumus quisque aut malo dependens verberabatur, aut inmutilato corpore in prora patibulo eminenti adfigebatur, Sall. H. 4, 40.

immūto od. **inmūto**, āvi, ātum, āre, umändern, umwandeln, umgestalten, 1) äußerlich, a) im Allg.: ut nebula ac nubes paulatim repit et omne qua graditur conturbat et immutare coactat, Lucr. 6, 1121. ut eius orbis una quaeque pars alia alio modo moveat immutetque caelum, Cic. Div. 2, 42, 89. immutat formas tellus et quicquid in illa est, Ov. M. 15, 455. favet huic Aurora timori inmutatque meam, videor sensisse, figuram, 7, 721. voltum earum sensi inmutari, Ter. Hec. 3, 3, 9. suppositos aut etiam palam inmutatos, Suet. Claud. 29; — quos (socios) illa (Circe) ab humana specie immutavit, Hygin. f. 125. is ab humana specie immutatus est in lapidem, f. 64. ubi ego perii? ubi inmutatus sum? ubi ego formam perdidi? Plaut. Amph. 1, 1, 300. — b) rhetor.: nomen immuto, vgl. Quint.

8, 6, 28. verborum ordinem immuta, Cic. Or. 63, 214. pro Afris immutat Africam, 27, 93. cuius oratio quum sedate placideque loquitur, tum illustrant eam quasi stellae quaedam tralata verba et immutata, 27, 92. — 2) der Empfindung, dem Geist, Gemüth u. Charakter nach: posteriorque fere melior res illa reperta perdit et immutat sensus ad pristina quaeque, Lucr. 5, 1415. doctum atque eductum sinam coactum egestate ingenium inmutarier? Ter. Andr. 1, 5, 40. si inmutare vis ingenium moribus neque tuos antiquos servas, vel captas novos, Plaut. Trin. 1, 2, 36. illud malum medicamentum esse, quod mentes immutaret, Hygin. f. 132. illi regi subest ad immutandi animi licentiam crudelissimus ille Phalaris, Cic. Rep. 1, 28, 44. adhibitis amicis ac statim immutata voluntate remotis, Sall. J. 113, 3. ne causam quidem elicere immutatae voluntatis (potui), Cic. Att. 1, 11, 1. fortuna simul cum moribus immutatur, Sall. C. 2, 5. immutato more annua imperia binosque imperatores sibi fecēre, C. 6, 7. ne quid ex consuetudine inmutaret aut demeret, Suet. Tib. 42. quum successor aliquid immutat de institutis priorum, Cic. Flacc. 14, 33. quibus rebus permota civitas atque immutata urbis facies erat, Sall. C. 31, 1. post, ubi contagio quasi pestilentia invasit, civitas immutata, 10, 6. ut paullatim immutata ex pulcherruma pessuma ac flagitiosissuma facta sit (civitas), 5, 9; — non possum inmutarier, Ter. Phorm. 1, 4, 28. eos, qui antea commodis fuerint moribus, imperio, potestate, prosperis rebus immutari, Cic. Am. 15, 54. adeon' homines inmutarier ex amore, ut non cognoscas eundem esse? Ter. Eun. 2, 1, 19. quaedam pestes laude aliena dolentium hominum et te non numquam a me alienarunt et me aliquando immutarunt tibi, Cic. Fam. 5, 8, 2.

impăcātus od. **inp-**, a, um, unfriedsam, unruhig, inpacatos a tergo horrebis Hiberos, Virg. G. 3, 408. Zeuxis, Amyclaei stirps inpacata Phalanti, Sil. 7, 664. quem (Macrianum) constabat impacatum relictum, Amm. 30, 3, 3; — murmurat alti impacata quies pelagi, Claud. in Rufin. 1, 70. quisnam inpacata consanguinitate ligavit fortunam invidiamque deus? Stat. Silv. 5, 1, 137. vides quam impacatam tibi denunties vitam, Sen. dIra 3, 27, 4.

impactus od. **inpactus**, a, um, s. impingo.

impāges od. **inpāges**, is, *m.* (inpingo), die Leiste, vgl.: impages dicuntur, quae a fabris in tabulis figuntur, quo firmius cohaereant, PDiac. p. 108, 5. u. so öft. im Sing. u. Plur., Vitr. 4, 6, 5 (48).

impallesco od. **inpallesco**, pallui, ĕre, über od. bei etw. blaß werden, = erbleichen, eventuque inpalluit ipse secundo, Stat. Theb. 6, 805. at te nocturnis iuvat impallescere chartis, Pers. 5, 62.

impalpebrātio od. **inp-**, ōnis, *f.*, die Unbeweglichkeit -, Erstarrung der Augenlieder, CAurel. Chron. 2, 5, 87.

impancrāre od. **inpancrāre** est evadere, mit der Stelle aus Varro: in regiam arcam inpancrarunt, vgl. Non. p. 59, 20.

impar od. **inpar**, păris, ungleich, ungerade, 1) eig., u. zwar von der Zahl: stellarum numerus par an impar sit, Cic. Acad. 2, 10, 32. numero deus impare gaudet, Virg. Ecl. 8, 75. qui Musas amat impares, Hor. Od. 3, 19, 13. imparem aequasti numerum deorum, Sen. Agam. 802. ita congressus impari numero magnos impetus legionum sustinet, Caes. BC. 1, 40, 6. u. so 1, 47, 3. u. vgl.: ut Batavos numero inpares circumfundant, Tac. H. 4, 20. supponenda sunt his (gallinis) semper ova numero impari, Pallad. 1, 27, 1. inparibus tamen es numeris dignata moveri, Ov. Am. 3, 1, 37. u. so vom elegischen Versmaß: hactenus, unde legas quod ames, ubi retia ponas, praecipit imparibus vecta Thalea rotis, AA. 1, 263. u. *abs.*: ludere par impar, Hor. Sat. 2, 3, 248; — von den Intervallen der Zeit u. der Töne: ne sermo subsultet imparibus spatiis ac sonis, miscens longa brevibus, gravia acutis, elata summissis, Quint. 11, 3, 43. intervallis coniunctus imparibus (sonus), Cic. Rep. 6, 18, 18; — von der Größe, Gestalt u. Farbe: sol-sub terras atque superne imparibus currens amfractibus, Lucr. 5, 682. duo sunt sinus prope in extrema Africa, impares magnitudine, pari natura, Sall. J. 78, 2. mensae sed erat pes tertius impar: testa parem fecit, Ov. M. 8, 661. anus - soleis ligneis imparibus imposita, Petron. 95, 8. quae (carmina) imparibus modo concinuistis avenis, Calp. 4, 151. Phoebus - egit armentum positoque plectro impari tauros calamo vocavit, Sen. Hipp. 299. si toga dissidet impar, rides, Hor. Ep. 1, 1, 96. carne tamen quamvis distat nil hac magis illa, imparibus formis (avium) deceptum te patet, Sat. 2, 2, 29. uris inparibus ductos alta ad donaria currus (dicunt), Virg. G. 3, 533. platanus genialis acerque coloribus inpar, Ov. M. 10, 95. — *Adv.*: formosus uterque, nec impar voce sonans, Calp. 2, 1. versibus impariter iunctis, querimonia primum, Hor. AP. 75. — 2) übtr., u. zwar a) von der Geburt, dem Stande, Vermögen, Ruf, Charakter, der Bildung, ungleich, nicht ebenmäßig, nicht ebenbürtig, nicht entsprechend, niedriger, geringer, mit *Dat.*: quis gener hic placuit censu minor adque puellae sarcinulis impar? Juv. 3, 160. nihil fuit unquam sic impar sibi, Hor. Sat. 1, 3, 19. sed labor et curae fortunaque moribus impar, Ov. Trist. 5, 5, 47; — neben dem *Abl.* (= nach): materno genere impar (Jugurtha), Sall. J. 11, 3. u. so 108, 1. nec facies impar nobilitate fuit, Ov. Fast. 4, 306. habitu esse similes, qui sint virtute impares, Phaedr. 4, 16, 8; — *abs.*: quod iuncta inpari esset, nupta in domo, quam nec honos nec gratia intrare posset, Liv. 6, 34, 9. fuerat in matrimonio Tiberii (Julia) spreveratque ut imparem, Tac. A. 1, 53. et se rectius viduam et illum caelibem futurum fuisse contendere, quam cum inpari iungi, ut elanguescendum ignavia esset, Liv. 1, 46, 7. desinet imparibus certare summotus pudor, Hor. Epod. 11, 18; pater consularis, avus praetorius: maternum genus impar nec tamen indecorum, Tac. H. 1, 50. sic visum Veneri, cui placet impares formas atque animos sub iuga aënea saevo mittere cum ioco, Hor. Od. 1, 33, 10. parique periculo, sed fama

impari boni atque ignavi erant, Sall. J. 57, 6. videbam quam impar esset sors, cum ille vobis bellum pararet, vos ei securam pacem pararetis, Liv. 42, 13, 5. — b) der Kraft u. Geltung nach, α) ungleich, nicht gewachsen, schwächer, von geringerer Geltung, mit *Dat.*: impar hosti, Juv. 13, 169. Troilus - impar congressus Achilli, Virg. A. 1, 475. adhuc ferebas esse te Alcidae imparem, Sen. Herc. Oet. 1191. ceteris maior, tibi miles impar, Hor. Od. 4, 6, 5. unum duobus imparem futurum esse censebat, Curt. 10, 27 (8), 22. impar duabus occidit tristi nece, Phaedr. 2, 7, 17. Threcem myrmilloni parem, munerario imparem dixerat, Suet. Dom. 10; cur annos obiicis? pugnae cur arguor impar? Claud. in Rufin. 1, 297. quum impar pugnae solus Metellus putaretur, Eutr. 6, 1; — muliebre corpus impar dolori tormentis dilacerari iubet, Tac. A. 15, 57. velut impar dolori, Suet. Tib. 23. nec tuum nulli imparem animum malo resume, Sen. Herc. fur. 1275. senex et levissimis quoque curis inpar, Tac. A. 14, 54. inpar curis gravioribus, H. 2, 59. nec tristibus impar, Claud. BGet. 117; — si nos infirmos, imparatos, impares agentium contra ingeniis dixerimus, Quint. 4, 1, 8. consilium, cui impar erat, fato permisit, Tac. A. 6, 46. u. vgl.: tantis - vocibus impar, VFlacc. 8, 400. ne mox maiore dedecore impar tantis honoribus inveniretur, Suet. Tib. 67. impar militum ardori pugnam deposcentium, Oth. 9. donec exsanguis senectus tam durae virtuti impares faciat, Tac. G. 31. patriis moribus impar morbo absumptus est, A. 6, 32. duces partium accendendo civili bello arces, temperandae victoriae inpares, H. 4, 1. quibus flagitiis impares essemus, A. 3, 53. tamquam novercae odiis impar, 12, 44. plerumque innocentes recenti invidiae impares, 2, 77. impar optimatium conspirationi, Suet. Caes. 15; — neben dem *Abl.*: ita promissis simul ac minis temptabantur, ut bello impares, in pace nihil amissuri, Tac. H. 1, 75. sed tolerare diu cursus ego, viribus inpar, non poteram, Ov. M. 5, 610. par audacia Romanus, consilio et viribus impar, Liv. 27, 1, 7. ad hoc videbatur impar aetate, Capit. Ver. 2. u. vgl. Ant. phil. 6; dagegen: in proelium rediit omni parte virium inpar, Liv. 22, 15, 9; — mit *Inf.*: magnum opus et tangi, nisi cura vincitur, inpar, Grat. Cyn. 61; — *abs.*: parat instruitque (dictator), quibus haud inpar adoriatur hostes, Liv. 5, 48, 5. magnoque inpar urgueris ab hoste, VFlacc. 8, 429. exaequat duos, licet impares sint, gladius, Sen. Phoen. 631. si obsessi et impares et aqua ciboque defecti de facienda ad hostem deditione deliberent, Quint. 3, 8, 23; inpar fertur equis, Sil. 8, 282. Verginium - imparem, si recepisset, tutum si recusasset, Tac. H. 1, 52. simul odiorum invidiaeque erga Fabium Valentem admonebatur, ut inpar apud Vitellium gratiam viresque apud novum principem pararet, 2, 99; u. vgl. leges, Quint. 7, 7, 6. und: ad exhortationem praecipue valent imparia, 5, 11, 10. — β) von dem, worin man nicht gewachsen ist, ungleich, siqua fors adiuvet ausum viribus inparibus, Virg. A. 10, 459. asper crabro inparibus se inmiscuit armis, G. 4, 245. iuvenem inparibus vides concurrere fatis, A. 12, 149. at vero Rutulis inpar ea pugna videri, 12, 216. iudice sub Tmolo certamen venit ad inpar, Ov. M. 11, 156. u. vgl. Claud. in Rufin. 1, 297. cum eius compar impar proelium facere coepisset - ingressus pedem offendit, Auct. BHisp. 23, 5.

impărātio od. **inp-**, ōnis, *f.*, das Unvorbereitetsein, stomachi, die Unfähigkeit des Magens zu verdauen, MEmp. 20.

impărātus od. **inpărātus**, a, um, unvorbereitet (bes. in militär. Beziehung), amicos advocabo - ut ne inparatus sim, Ter. Phorm. 2, 1, 84. imparatus semper aggredi ad dicendum videbatur, Cic. Brut. 37, 139. u. vgl. Quint. 4, 1. 8. cum Ptolemaeo rege - bellum sane difficillimum gessit - inops ipse rerum omnium atque imparatus, Suet. Caes. 35. inparatus etiam levissima expavit, Sen. Ep. 18, 4, 4 (107); — ita nunc inparatum subito tanta te inpendent mala, Ter. Phorm. 1, 4, 2. inparatum subito fortuna percussit, Sen. Ep. 7, 1, 15. ne me imparatum cura laceraret repens, Uebers. aus Eurip. b. Cic. Tusc. 3, 14, 29. imparatum te offendam, Fam. 2, 3, 1. ut omnes imparatos imprudentesque offenderet, Nep. Ages. 2, 2. magno accidit casu, ut in ipsum incautum atque imparatum incideret, Caes. BG. 6, 30, 2. quia, quamquam paratus in imparatos Clodius, tamen mulier inciderat in viros, Cic. Mil. 21, 55. hic inparatum me si in veris nuptiis adortus esset, Ter. Andr. 3, 1, 20. inermem atque imparatum tribunum alii gladiis adoriuntur, alii fragmentis saeptorum et fustibus, Cic. Sest. 37, 79. sicuti salutatum introire ad Ciceronem ac de improviso domi suae imparatum confodere, Sall. C. 28, 1; quamquam enim adsunt Kal. Januariae, tamen breve tempus longum est imparatis, Cic. Phil. 3, 1, 2; — facient hanc mihi rem ex parata imparatam, Plaut. Cas. 4, 4, 8. opes suas, imparatam rem publicam, magna praemia coniurationis docere, Sall. C. 17, 1; — sumus enim flagitiose imparati quum *a* militibus tum a pecunia, Cic. Att. 7, 15, 3; — mit *Dat.*: non imparatum pectus aerumnis gero, Sen. Hipp. 995; — im *Sup.*: qui omnibus rebus imparatissimis non necessarium bellum suscepisset, Caes. BC. 1, 30, 5.

imparentem, non parentem, hoc est obedientem, PDiac. p. 109, 2.

impărĭlis od. **inpărĭlis**, e, ungleich, suspectam aestimantes societatem aevi longe imparilis, AVict. Caes. 14.

impărĭlĭtas od. **inpărĭlĭtas**, ātis, *f.* (imparilis), die Ungleichheit, imp. haec turbat observationem omnisque ratio disciplinae confunditur, Gell. 14, 1, 22. u. rhetor.: soloecismus Latino vocabulo a Sinnio Capitone eiusdemque aetatis aliis imparilitas appellatus, 5, 20, 1.

impărĭtas od. **inp-**, ātis, *f.*, die Ungleichheit, Boëth. arithm. 1, 5.

impărĭter od. **inp-**, *Adv.*, s. impar, 1 am E.

impartĭbĭlis od. **inp-**, e, untheilbar, Claud. Mam. stat. an. 3, 3.

impartio od. **inp-**, s. impertio.

impascor od. **inpascor**, pasci, auf etw. weiden, in ea loca perducendi sunt (boves), qui-

bus nullum impascitur pecus, Col. 6, 5, 2. ac neque suem velimus impasci (pratis), quoniam rostro suffodiat et cespites excitet, neque cet., 2, 17 (18), 1.

impassĭbĭlis od. **inp-**, e, empfindungslos, leidenschaftlos, affectlos, KS. u. im *Adv.* **impassibiliter**, Cassiod.; dah. **impassĭbĭlĭtas**, ātis, *f.*, die Empfindungslosigkeit, Leidenschaftlosigkeit, Affectlosigkeit, Hieron.; vgl. impatiens u. impatientia, 2.

impastus od. **inpastus**, a, um (in u. pasco), der nicht geweidet od. sich gesättigt hat, hungrig, inpastus ceu plena leo per ovilia turbans, Virg. A. 9, 339. effera saevit atque inpasta truces ululatus turba luporum exercet, Sil. 7, 128. fugēre revolsis unguibus impastae volucres, Lucan. 6, 628. coelo credunt superisque referri, inpastus carpat si membra iacentia vultur, Sil. 3, 342. gurgite mersum unda feret piscesque inpasti volnera lambent, Virg. A. 10, 559.

impătĭbĭlis od. **inp-**, s. impetibilis.

impătiens od. **inpătiens**, entis, 1) der nicht gern od. ungern od. mit Widerwillen od. schmerzlich etw. erträgt, der etw. nicht ertragen od. erdulden kann od. will, der nicht fähig ist etw. zu ertragen od. zu erdulden, u. absol. ungeduldig, hastig, leidenschaftlich, hitzig, ungestüm, α) v. Leb., mit *Gen.*: Maenas impatiens dei, Sen. Agam. 719. tabuit ex illo dementer amoribus usa nympharum inpatiens, Ov. M. 4, 259. velut impatiens hominum vel solis iniqui limite vel glacie, nuda atque ignota iaceres, Lucan. 7, 866. Drusus inpatiens aemuli et animo commotior, Tac. A. 4, 3. de tribus impatiens restitit una viri, Ov. Fast. 6, 288. u. vgl.: multi illam petiēre: illa aversata petentes inpatiens expersque viri nemorum avia lustrat, M. 1, 778; — impatiensque loci visaque exterritus umbra, VFlacc. 1, 778. iam grandior inpatiensque viae genitor, Ov. M. 6, 321. affirma ei impatientem fratrem tuum in ultimis esse, Petr. 101, 4. inpatiens (miles) solis, pulveris, tempestatum, Tac. H. 2, 99. inpatiens somni ductor manet, VFlacc. 1, 296. cuius (podagrae morbi) impatiens veneno sibi perunxit pedes, Suet. Gr. 3. quo sonipes ictu furit arduus altaque iactat volneris inpatiens arrecto pectore crura, Virg. A. 11, 638. non tulit impatiens longi tormenta doloris Iphis, Ov. M. 14, 716. ab impatientibus remediorum, Suet. Tib. 59; — inpatiens aevi spernit novisse senectam, Sil. 1, 227. impatiens morae, Juv. 6, 238. VFlacc. 3, 613. Sen. Hipp. 584. Suet. Cal. 51. differendi impatiens, Amm. 31, 10, 7. laboris impatiens, Suet. Dom. 19. longioris sollicitudinis imp., Oth. 9. moeroris imp., Cal. 24. omnis acerbi impatiens, Juv. 7, 57. imp. irae, Ov. M. 13, 3. imp. libidinis, Eutr. 8, 20. aeger mora et spei impatiens, Tac. H. 2, 40, u. vgl.: habens enim mens nostra naturae sublime quiddam et erectum et impatiens superioris, Quint. 11, 1, 16; — veritatis impatiens, Curt. 3, 5 (2), 17. Agrippina aequi inp., dominandi avida, Tac. A. 6, 25. imp. secreti, Suet. Ner. 20. postquam regnum in formam provinciae verterat, mutationis inpatiens, Tac. H. 3, 47. ego - impatiens foederis novi non cibum, non potionem capiebam, Petr. 113, 6. contumeliae imp., Petron. 95, 6; — im *Sup.*: frigoris tamen impatientissimum est (pecus), Col. 7, 3, 8. morbo oppressus decessit, vir in bello hostibus, in otio civibus infestissimus quietisque impatientissimus, Vell. 2, 23, 1; — mit *Acc.*: secundique impatiens loci rectorem, Amm. 20, 8, 7; — *abs.*: videt illa prior, iamque advolat ultro inpatiens, VFlacc. 2, 125. illinc Aeetius heros obsidet adversa tentoria Thessala classe inpatiens, 8, 381. ut Hannibalem, calidum et impatientem ducem non aliter vincerent, quam proelium differendo, Eutr. 3, 10. — *Adv.* ungern, schmerzlich, Tiberius - aequari adulescentes senectae suae inpatienter indoluit, Tac. A. 4, 17. amavi - invenem tam ardenter, quam nunc inpatienter requiro, Plin. Ep. 2, 7, 6. faetorem stridoremque elephantorum imp. tolerantibus nostris, Amm. 25, 3, 4; im *Comp.*: quoque propius accesseris ad spem fruendi, hoc impatientius careas, Plin. Ep. 6, 1, 1. ut quosdam inpatientius dolentes consolatus sit, Justin. 12, 15, 3. Philippus inp. in dies mortem Demetrii dolebat, 32, 3, 2; im *Sup.*: amat ut qui verissime, dolet ut qui inpatientissime, Plin. Ep. 9, 22, 2. — b) v. Lebl., mit *Dat.*: melius deserta iacebo vomeris impatiens, Claud. BGild. 149. (terra) frugiferarum arborum inpatiens, Tac. G. 5. aesculus quoque umoris inpatiens, Plin. 16, 40 (79), 219. pisum in apricis seri debet frigorum inpatientissimum, 18, 12 (31), 123. confususque in unum multarum (vitium) sapor vetustatis impatiens fit, Col. 3, 21, 6; — corpusque, quod ante laborum inpatiens nobis invalidumque fuit, Ov. Trist. 5, 2, 3. mammas lactis sui impatientes eadem (faex aceti) exstinguit, Plin. 23, 2 (32), 67; — inpatiens tremit hasta morae, VFlacc. 8, 303. saxaque impatiens morae revulsit unguis, Sen. Oed. 99. impatiens cera caloris erat, Ov. AA. 2, 60. navis obliqua et gubernaculi impatiens agebatur, Curt. 9, 15 (4), 11; — prurigo morae impatiens, Juv. 6, 327. leto vicina senectus impatiensque sui morbus - veniunt, Claud. in Rufin. 1, 31. semper impatiens sui mutatur habitus, Sen. Hipp. 373; — mit *Inf.*: impatiens dare terga, Sil. 6, 254. inpatiens ultra gemitu cohibere furorem, 11, 98. u. vgl. 4, 605. 6, 230. impatiens nescire torum, Claud. Rapt. Pros. 1, 35. u. vgl. in Rufin. 2, 253; — *abs.*: omnisque impatientissimae sollicitudinis strepitus consilescit, Gell. 12, 1, 22. — 2) unempfindlich, leidenschaftlos, affectlos, quibus summum bonum visum est animus inpatiens, Sen. Ep. 1, 9, 1. u. vgl. Lact. 5, 22; b. Spät.: impatibilis.

impătienter od. **inp-**, *Adv.*, s. impatiens.

impătientia od. **inpatientia**, ae, *f.* (impatiens), 1) die Unfähigkeit etw. zu ertragen od. zu erdulden, die Ungeduld, Hast, Hitze, Leidenschaft, das Ungestüm, mit *Gen. obi.*: cum et Silanus inpatientiam nauseae vitasset et molestiam navigandi, et Tiberius cet., Suet. Cal. 23. fieri autem primo papiliones parvos nudosque, mox frigorum inpatientia villis inhorrescere, Plin. 11, 23 (27), 77; — nisi quod aetas extrema multum etiam eloquentiae dempsit, dum fessa mente re-

tinet silentii inpatientiam, Tac. A. 4, 52. qui non verba impatientia caritatis aliquando incauta, sed ea crimina obiciant, quibus cet., 13, 21. neque tamen aberat ab eo vis quaedam inconsulta et effera morum impatientia, Dict. Cret. 1, 14. impatientia furoris altius agitata diutinum rupit silentium, Apul. M. 10, 3. impatientiam veneris Fotidi meae monstrans, 2, 16; — mit *Genit. subi.*: impatientiā Varronis consulis, Eutr. 3, 10; — *abs.*: ne dolore suo animum uxoris infringeret atque ipse visendo eius tormenta ad inpatientiam delaberetur, Tac. A. 15, 63. ne, si spes fefellisset, culpa inpatientiae et poena indeprecabilis subeunda esset, Gell. 1, 13, 3. — 2) die Unempfindlichkeit, Leidenschaftlosigkeit, Affectlosigkeit, in ambiguitatem incidendum est, si exprimere apathiam uno verbo cito voluerimus et inpatientiam dicere, Sen. Ep. 1, 9, 2; b. Spät.: impatibilitas.

impausābĭlis od. **inp-**, e, unaufhörlich, unablässig, ἀληκτῶ enim Graece impausabilis dicitur, Fulg. Myth. 1, 6. — *Adv.*: plurimi **impausabiliter** tota die atque nocte cibum sumpsisse veteribus traduntur, CAur. Tard. 3, 2, 20.

impăvĭdus od. **inpăvĭdus**, a, um, unerschrocken, furchtlos, beherzt, urgent impavidi te Salaminius Teucer et Sthenelus, Hor. Od. 1, 15, 23. ut usu belli et ingenio impavida gens turbaretur, Liv. 42, 59, 3. mirari se, quinam pectora semper impavida repens terror invaserit, 21, 30, 2; — fetam Mavortis in antro procubuisse lupam, geminos huic ubera circum ludere pendentes pueros et lambere matrem inpavidos, Virg. A. 8, 630. inpavidus conscendit equos Gradivus, Ov. M. 14, 820. qui iussa sui tam dira tyranni inpavidus maria et nondum qui nota subibat, VFlacc. 5, 659. belli Martisque discrimen impavidus subibo, Curt. 10, 26 (6), 24. per ovilia clusum inpavidus somni servat pecus (pastor), Sil. 7, 127. Pantaleon constanter impavidus mansit ad protegendum regem, Liv. 42, 15, 10; si fractus illabatur orbis, impavidum ferient ruinae, Hor. Od. 3, 3, 7. pellis asini iniecta inpavidos infantes facit, Plin. 28, 19 (78), 258; — v. Thieren: iuxtaque impavidum pecus sedit Marmaricus leo, Sen. Herc. Oet. 1057; lepus inpavidus mediis erravit in herbis, Ov. M. 15, 100. movet arma leo gaudetque comantes excutiens cervice toros fixumque latronis inpavidus frangit telum, Virg. A. 12, 6. ille (aper) autem inpavidus partes cunctatur in omnes, 10, 717. u. vgl. Amm. 17, 5, 7; — v. Lebl.: edidit impavidos ore minante sonos, Ov. F. 2, 840. caespes Tyrio mollior ostro solet impavidos ducere somnos, Sen. Herc. Oet. 646. — *Adv.*: acceptum poculum nullo trepidationis signo dato **inpavide** hausit, Liv. 30, 15, 8. poculo inpavide exhausto haud ita multo post exspiravit, 39, 50, 8.

impeccābĭlis od. **inp-**, e, unfähig Fehler zu begehen, si quis haec duo verba cordi habeat eaque sibi imperando atque observando curet, is erit pleraque inpeccabilis vitamque vivet tranquillissimam: verba haec duo dicebat: ἀνέχου et ἀπέχου, Gell. 17, 19, 6.

a) im Allg., vgl.: aliorum fructus in terra est, aliorum et extra, aliorum non nisi extra, Plin. 19, 4 (22), 61; — apparet liquido sublimen in aëre Nisus, Virg. G. 1, 404. indu mari magno, Enn. A. 425. indu mari, Lucr. 6, 890. stipendia prima in Asia fecit, Suet. Caes. 2. eadem haec, Chremes, multi alii in Andro audivēre, Ter. Andr. 5, 4, 28. hic in reducta valle caniculae vitabis aestus, Hor. Od. 1, 17, 17. utinam ne in nemore Pelio securibus caesa accedisset abiegna ad terram trabes, Enn. trag. 280. huius (maceriae) fere species quatuor: quod fiunt e lapide, ut in agro (Gebiet) Tusculano, quod e lateribus coctilibus, ut in agro Gallico, quod e lateribus crudis, ut in agro Sabino, quod ex terra et lapillis compositis in formis, ut in Hispania et agro Tarentino, Varr. RR. 1, 14, 4. id oppidum in campo (in der Ebene) situm magis opere quam natura munitum erat, Sall. J. 57, 1. cum aut suis finibus eos prohibent, aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt, Caes. BG. 1, 1, 4. C. Heius est Mamertinus - omnibus rebus illa in civitate ornatissimus, Cic. II. Verr. 4, 2, 3. lucus in urbe fuit media, Virg. A. 1, 441. hominem mortuum, inquit lex in XII, in urbe ne sepelito neve urito, Cic. Leg. 2, 23, 58. ii modo in urbe relicti erant, qui cet., Liv. 24, 1, 3. in hac habitasse platea dictum'st Chrysidem, quae sese inhoneste optavit parere his ditias potius quam in patria honeste pauper viveret, Ter. Andr. 4, 5, 1. vigebat in illa domo mos patrius et disciplina, Cic. Sen. 11, 37. u. vgl.: nupta in domo, Liv. 6, 34, 9. in domo furtum factum ab eo, qui domi fuit, Quint. 5, 10, 16. rarum in dumis holus, Virg. G. 4, 130. saepibus in nostris parvam te roscida mala - vidi cum matre legentem, Ecl. 8, 37. quae (navis) nunc nominatur nomine Argo, quia Argivi in ea dilecti viri vecti petebant pellem cet., Enn. Trag. 283. quod in castris strepiti est? 205. aliquantum agri in medio relictum est, Cic. Off. 1, 10, 33 lucus ibi - laeta in medio pascua habuit, Liv. 24, 3, 4; — in terra dimicari magis placebat, Nep. Them. 3, 1. procul in continenti lucus - nescio quo casu nocturno tempore incensus est, Milt. 7, 3. quantum copiarum in Ocriculano, in Narniensi, in Carsulano, in Perusino tuo! in Narniensi vero etiam balineum, auf deinem Gute in Or., Plin. Ep. 1, 4, 1. in eo flumine pons erat, Caes. BG. 2, 5, 6. pontem fecit in Histro flumine, Nep. Milt. 3, 1. rem ubi paciscuntur, in comitio aut in foro ante meridiem causam cuicito (d. i. conicito), AHer. 2, 13, 20. ut Poenus apparuit in collibus, Liv. 24, 1, 6. tum somni dulces densaeque in montibus umbrae, Virg. G. 1, 342. tulit enim de caede, quae in Appia via facta esset, Cic. Mil. 6, 15. u. in Appia, §. 14. Nymphas amore amnis retentas in illa rupe considere, Curt. 3, 1, 4. divam residentem vidit in ara bracchiaque in digitis conexa tenentem, Ov. M. 9, 310. heus, quid agis tu - in tegulis? Plaut. Mil. gl. 2, 2, 22. maloque in illa tua sedecula - sedere quam in istorum sella curuli, Cic. Att. 4, 10, 1. hos super in curru, Caesar, victore veheris, Ov. Trist. 4, 2, 47. se ac suos in vehiculo conspici, Liv. 5, 40, 10. quid legati in equis et tribuni? Cic. Pis. 25, 60. nec calidae citius decedunt corpore febres, textilibus si in picturis ostroque rubenti iactaris, quam si plebeia in veste cubandum est, Lucr. 2, 34 sqq. in veste floccos legit, Cels. 2, 6. passer - quicum ludere, quem in sinu tenere (solet), Catull. 2, 2, 2. rusus laevo in femine habet laevam manum, Plaut. Mil. gl. 2, 2, 48. semper et in digitis et summi pulvere campi proiectusque redit, VFlacc 4, 267; — sol, qui candentem in caelo sublimat facem, Enn. trag. 319. fana in eo loco compluria fuēre, Cato b. Fest. p. 162, 31. id autem accidere ei qui potest, qui omnino in eo loco, unde se deiectum esse dicit, numquam fuit, Cic. Caecin. 17, 49. acie in locis idoneis instructa, Caes. BC. 1, 43, 3. u. vgl. hier: haec reprendere et corrigere et obsecundare in loco, an dem Orte, an dem es wünschenswerth ist, am rechten Orte od. Platz, Ter. Ad. 5, 9, 37. dulce est desipere in loco, Hor. Od. 4, 12, 28. offendi ibi C. Fundanium socerum meum - et P. Agrasium publicanum spectantes in pariete pictam Italiam, Varr. RR. 1, 2, 1. diabathra in pedibus habebat amictus epicroco, Naev. b. Varr. LL. 7, 53; — si in terra et tabulato olea nimium diu erit, putescet, oleum foetidum fiet, Cato RR. 3, 4. animorum nulla in terris origo inveniri potest: nihil enim est in animis mixtum atque concretum cet., Cic. Tusc. 1, 27, 66. nego in Sicilia tota - ullum Corinthium aut Deliacum fuisse - nego ullam picturam neque in tabula neque in textili quin conquisierit, Cic. II. Verr. 4, 1, 1. nihil postea tota in Sicilia neque sacri neque religiosi duxit esse, 4, 32, 72. quod si in scaena, id est in concione, in qua rebus fictis et adumbratis loci plurimum est, tamen verum valet, Am. 26, 97. si pluvia erit, in tecto in cratibus componito (uvas), Cato RR. 112, 2; — in quo igitur loco est (animus)? credo equidem in capite, et cur credam adferre possum: sed alias ubi sit animus, certe quidem in te est, Cic. Tusc. 1, 29, 70. si quantum in agro locisque desertis audacia potest, tantum in foro atque in iudiciis impudentia valeret, non minus cet., Caecin. 1, 1; — in agro Casinate et Venafro in loco bono parte octava corbi dividat, Cato RR. 136. ipse autem coronam habebat, unam in capite, alteram in collo, Cic. II. Verr. 5, 11, 27.

b) insbes. α) bei speciellen u. allgemeinen Ortsnamen, die in der Regel im bloßen Ablativ den Raum im Allgemeinen angeben, auf dem etw. vor sich geht, während durch Hinzutreten der Präpos. in der Raum bezeichnet wird, innerhalb dessen etw. vor sich geht, dic mihi, quid tibi in Epheso hic est negoti? Plaut. Mil. gl. 2, 5, 30. itaque omnes se ultro sectari in Epheso memorat mulieres, 3, 1, 183. ibi me interrogat, ecquem in Epidauro Luconem tarpessitam noverim, Curc. 2, 3, 62. quod Alexander Magnus Thebarum expugnatione captum in Cyme dicaverat eidem deo, Plin. 34, 3 (8), 14. crocinum in Solis Ciliciae diu maxime laudatum est, mox Rhodi, oenan-

thinum in Cypro, 13, 1 (2), 5. non illud iusiurandum per caesos in Marathone ac Salamine propugnatores rei publicae satis manifesto docet, praeceptorem eius Platonem fuisse, Quint. 12, 10, 24. Demosthenes iurando per interfectos in Marathone et Salamine id agit, ut cet., 9, 2, 62; navis et in Caieta est parata nobis et Brundusii, Cic. Att. 8, 3, 6. quum ea plaga in Asia sit accepta, in Illyrico, in Cassiano negocio, in ipsa Alexandrea, in urbe, in Italia, 11, 16, 1. ex Asia - legati redierunt, qui renunciarunt Eumenem in ea, Antiochum in Syria, Ptolemaeum in Alexandrea sese convenisse, Liv. 42, 26, 7. illi sacra quaedam in monte Albano Lavinioque nobis facienda tradiderunt, 5, 52, 8; — dagegen: Leontinis, misera in civitate atque inani, tamen istius in gymnasio statua deiecta est, Cic. II. Verr. 2, 66, 160. isti ab Rullo et Rulli similibus conquisiti atque electi coloni Capuae in domicilio superbiae atque in sedibus luxuriosis collocati non statim conquisituri sint aliquid sceleris et flagitii, Agr. 2, 35, 97. deliciarum causa et voluptatis non modo cives Romanos, sed et nobiles adolescentes et quosdam etiam senatores - non in hortis aut suburbanis suis, sed Neapoli in celeberrimo oppido cum mitella saepe videmus, RPostum. 10, 27. Albae constiterunt, in urbe opportuna, munita, propinqua, Phil. 4, 2, 6; — und: in morbum inplicitus in oppido Citio est mortuus, Nep. Cim. 3, 4. ut una nocte omnes hermae, qui in oppido erant Athenis, deiicerentur, Alc. 3, 2. mortuu'st Stymphalo, Arcadiae in oppido, Porc. b. Suet. vit. Ter. p. 292, 23. simili modo tradunt in Syene oppido - solstitii die medio nullam umbram iaci, und: constatque in Berenice urbe Trogodytarum - hoc idem - fieri, Plin. 2, 73 (75), 183. — β) bei Angabe von Schriftwerken, die im Ablativ stehen, wenn sie als Ganzes aufzufassen sind, während die Präpos. in hinzutritt, wenn nur auf einen Theil derselben hingewiesen wird, non lubet scribere, quod in tabula apud pontificem maximum est, quotiens cet., Cato frg. p. 16, 16. ubi est igitur in foedere Gaditano, ne quem populus Romanus Gaditanum recipiat civitate? Cic. Balb. 14, 32. provinciale (edictum), in quo est de rationibus civitatum, de aere alieno, de usuris cet., Fam. 6, 1, 15. quod ad te scriptum est a Cincio de Statii sermone, in quo hoc molestissimum est, Statium dicere a me quoque id consilium probari, Att. 6, 2, 1. ut in fabulis est, Off. 1, 10, 32. dixi in eo libro, quem de rebus rusticis scripsi, Sen. 15, 54. quam copiose ab eo agri cultura laudatur in eo libro, qui est de tuenda re familiari, 17, 59. Antisthenes in eo libro, qui physicus inscribitur - tollit vim et naturam deorum, ND. 1, 13, 32. hic in illo ipso Platonis libro de omni re - se copiosissime dicturum esse profitetur, dOr. 3, 32, 129. quod in illis libris feci, qui sunt de natura deorum, itemque in iis, quos de divinatione edidi, ut -, id in hac disputatione de fato casus quidam ne facerem impedivit, Fat. 1, 1. de hoc genere toto in iis libris, quos de re publica scripsi, diligenter est disputatum, Off. 2, 17, 60. in originibus dixit Cato, morem apud maiores hunc epularum fuisse, ut cet., Tusc. 4, 2, 3. quod scripsi in originibus, Sen. 20, 75. ut in Catone maiore - Catonem induxi senem disputantem, sic cet., Am. 1, 4. qui (Plato) in Timaeo patrem huius mundi nominari neget posse, in legum autem libris quid sit omnino deus anquiri oportere non censeat, und: idem et in Timaeo dicit et in legibus et mundum deum esse, et cet., ND. 1, 12, 30. nescio quo modo verum est quod in Andria familiaris meus dicit, obsequium amicos, veritas odium parit, Am. 24, 89. ut ait Statius noster in Synephebis, Sen. 7, 24. quid autem turpius quam illudi? quod ne accidat cavendum est, ut in Epiclero cet., Am. 26, 99. in illa pro Ctesiphonte oratione, Or. 8, 26. ut eam (antiquitatem) totam in eo volumine exposuerit, quo magistratus ordinavit, Nep. Att. 18, 1. — γ) bei Begriffen, welche die Stelle einer Oertlichkeit vertreten oder wenigstens auf einer räumlichen Vorstellung beruhen, post, Ephesi sum natus, non sum in Apulis, non Animulae, Plaut. Mil. gl. 3, 1, 63. Suessae et in Lucanis plostra (bona sunt), Cato RR. 135, 1. quae quidem etiam in Sabinis persequi soleo, Cic. Sen. 14, 46. dum haec in Volscis geruntur, Liv. 2, 31, 1. et in Persis augurantur et divinant magi, Liv. 1, 41, 90. magno in populo, multis hominibus - amare oportet omnes, qui quod dent habent, Plaut. Truc. 1, 1, 55. Caesaris autem erat in barbaris nomen obscurius, Caes. BC. 1, 61, 3. qualis esset natura montis et qualis in circuitu adscensus, BG. 1, 21, 1. u. so 2, 29, 3. neque per vinum umquam ex me exoritur discidium in convivio, Plaut. Mil. gl. 3, 1, 60. quo pacto Rhodium tetigerim in convivio, numquam tibi dixi? Ter. Eun. 3, 1, 30. non ad solarium, non in campo, non in conviviis versatus est, Cic. Quinct. 18, 59. u. so: in convivio, Quint. 5, 10, 42. 11, 2, 15. ita in prandio nos lepide atque nitide accepisti apud te, Plaut. Cist. 1, 1, 12. mea facta in acie obliti, Att. 12. u. vgl. Pacuv. 168. ut, ubi usus veniat, contra conserta manu praestringat oculorum aciem [acri] in acie hostibus, Plaut. Mil. gl. 1, 1, 4. quid enim, Tubero, tuus ille destrictus in acie Pharsalica gladius agebat? Cic. Lig. 3, 9. in acie versari, Off. 1, 23, 81. in acie stare ac pugnare, Liv. 22, 60, 25. in eius modi certamine ac proelio nonne - di ipsi immortales cogant ab his praeclarissimis virtutibus tot et tanta vitia superari? Cic. Cat. 2, 11, 25. pluresque in eo loco sine vulnere quam in proelio aut fuga intereunt, Caes. BC. 2, 35, 3. in eo proelio non amplius CC milites desideravit, 3, 99, 1. ille signa aënea in insidiis posuerat, Cic. Deiot. 7, 21. octo cohortes in fronte constituit, reliquarum signa in subsidio artius collocat, Sall. C. 59, 2. dum res conficeretur, procul in praesidio fuit, Nep. Timol 1, 4. nihil enim habebat quod non vel in concione recte legi posset, Cic. Fam. 7, 18, 4. eos, qui a populo donarentur, in contione donari debere, qui a senatu, in senatu, Opt. gen. or. 7, 19. u. vgl. Suet. Claud. 25. Justin. 43, 5, 10. velim recordere quae ego de te in senatu egerim, quae in contionibus dixerim, Cic. Fam. 5, 2, 4. u. vgl.:

quae cum populo quaeque in patribus agentur, modica sunto, Lex. b. Cic. Leg. 3, 18, 40. atque haec - agebantur in conventu, II. Verr. 4, 40, 86. qui tibi in consilio sunt, Quinct. 1, 4. in iudicio, Caecin. 1, 2. quandoque te in iure conspicio, 19, 54. si qui in iure manum conserunt, XII. tab. b. Gell. 20, 10, 8. si quantum in agro locisque desertis audacia potest, tantum in foro atque in iudiciis impudentia valeret, non minus nunc in causa cederet A. Caecina Sex. Aebutii impudentiae, quam cet., Cic. Caecin. 1, 1. at dioecetes fuit regius: et quidem in custodia etiam fuit regia et vita eius ablata paene est, RPostum. 8, 22. ita in custodia habitus et post victoriam demum - dimissus est, Tac. H. 1, 58. de iis, qui in custodiis tenebantur - supplicium sumundum decreverat, Sall. C. 50, 4. si vos in eo loco essetis, quid aliud fecissetis? Cato b. Quint. 9, 2, 21. cur eos habes in loco patrui, Cic. Phil. 2, 38, 98. quod ipse, si in eodem loco esset, facturus fuerit, Liv. 37, 14, 5. — δ) bei den transitiven Begriffe des Setzens, Legens, Stellens steht gegen den Deutschen Sprachgebrauch in mit Abl., indem wir die Handlung des Wohinsetzens, die Lateiner dagegen den Ort hervorheben, auf den ein Gegenstand gesetzt wird. Die einzelnen Verba wie ponere, locare, sidere, iacere u. die Composita geben die näheren Nachweise.

c) übtr. α) auf den Gegenstand, in od. an welchem das Attribut einer Person od. Sache sich zeigt od. äußert: ut hominem acutissimum Q. Scaevolam et in iure, in quo illa causa vertebatur, paratissimum obrueret argumentorum exemplorumque copia, Cic. Brut. 39, 144. Galli hominis acuti et exercitati promptam et paratam in agendo et in respondendo celeritatem subtilitate diligentiaque superavit, 42, 154. sive in amore rudis sive peritus erit, Prop. 3, 32 (2, 34), 82. in verbis quoque quis est adeo imperitus, ut cet., Quint 1, 5, 27. nec in ceteris doctrinis singulariter excellens, sed in his non imperitus, Vitr. 1, 1, 13. ne melior in equorum effigie defecisse in homine crederetur, und: ne videatur in hominum effigie inferior, Plin. 34, 8 (19), 71. sic erat in omni vel officio vel sermone sollers, Cic. Rep. 2, 21, 37. prudens esse in iure civili putabatur, Am. 2, 6. reperias quosdam in disputando mire callidos, Quint. 12, 2, 14. ad haec illa dici solent primum ab iis, qui minime sunt in disserendo mali, qui in ea causa eo plus auctoritatis habent, quia, quum de viro bono quaeritur, quem apertum et simplicem volumus esse, non sunt in disputando vafri, non veteratores, non malitiosi, Cic. Rep. 3, 16, 26. quum superiores alii fuissent in disputationibus perpoliti, quorum res gestae nullae invenirentur, alii in gerendo probabiles, in disserendo rudes, 1, 8, 13. Isocrates in diverso genere dicendi nitidus et comptus, Quint. 10, 1, 79. etiam L. Torquatus elegans in dicendo, in existimando admodum prudens, toto genere perurbanus, Brut. 68, 239. ut in primis Siculorum in dicendo copiosus est, II. Verr. 2, 36, 88. u. vgl.: in eloquendo est aliqua diversitas: densior ille, hic copiosior, Quint. 10, 1, 106. rudis esse videbar in causa, Cic. Fam. 4, 1, 1. rudem enim esse omnino in nostris poëtis aut inertissimae segnitiae est aut fastidii delicatissimi, Fin. 1, 2, 5. fateor enim callidum quemdam hunc et nulla in re tironem ac rudem nec peregrinum atque hospitem in agendo esse debere, dOr. 1, 50, 218. quid esse potest in ocio aut iucundius aut magis proprium humanitatis, quam sermo facetus ac nulla in re rudis, 1, 8, 32. comitatum Agrippinae longo maerore fessum obvii et recentes in dolore anteibant, Tac. A. 3, 1. superiore nocte cuiusdam hominis nobilis et valde in hoc largitionis quaestu noti et cogniti domum Catilinam et Antonium - convenisse, Cic. frg. or. p. 240, 1. homo in rebus iudicandis spectatus et cognitus, I. Verr. 10, 29. habetis hominem - amplissimis viris Etruriae totius in utraque fortuna cognitum multis signis et virtutis et humanitatis, Caecin. 36, 104. auctoritas clarissimi et spectatissimi viri et in rei publicae maximis gravissimisque causis cogniti atque in primis probati, Fam. 5, 12, 7. Timotheum, clarum in arte tibiarum, ferunt cet., Quint. 2, 3, 3 aquas salubritate in medendisque corporibus nobiles agrosque omnes addixit deae, Vell. 2, 25, 4. quae tam excellens in omni genere virtus in ullis fuit, ut sit cum maioribus nostris comparanda? Cic. Tusc. 1, 1, 2. non enim fere quisquam reperietur praeter hunc in utroque genere leporis excellens et illo, quod in perpetuitate sermonis, et hoc, quod in celeritate atque dicto est, dOr. 2, 54, 220. non tam in dicendo admirabiles, quam docti et Graecis litteris et Latinis, Brut. 46, 169; — cauti in periculis, non timidi in contentionibus, Agr. 1, 9, 27. ero tamen in credendo, ut mones, cautus, Att. 10, 9, 3. in obeundis expeditionibus dubium cautior an audentior, Suet. Caes. 58. permulta alia colligit Chrysippus, ut est in omni historia curiosus, Cic. Tusc. 1, 45, 108. effugiemus - hominem in quaerendo nimium diligentem, nimium servientem populi existimationi, I. Verr. 10, 29. querebatur, quod omnibus in rebus homines diligentiores essent, - amicos quot haberet (quisque) non posse dicere, et in illis quidem parandis adhibere curam, in amicis eligendis negligentes esse, Am. 17, 62. huic ego testi gratias agam, quod et in re misericordem se praebuerit et in testimonio religiosum, Caecin. 10, 26. dicit enim natio minime in testimoniis dicendis religiosa, Flacc. 10, 23. nisi forte imperatorem quis idoneum credit in proeliis quidem strenuum et fortem et omnium, quae pugna poscit artificem, Quint. 12, 3, 5. vidi in dolore podagrae nihilo ipsum vel omnium maximum Stoicorum, Posidonium, quam Nicomachum Tyrium - fortiorem, Cic. Hortens. frg. 1, 18. p. 284. si fortes fueritis in eo, quem nemo sit ausus defendere, II. Verr. 1, 1, 3. quod is in dicendo attentior acriorque esset, Brut. 22, 86. ecquem autem Caesare nostro acriorem in rebus gerendis, eodem in victoria temperatiorem aut legisti aut audisti? Cael. b. Cic. Fam. 8, 15, 1. me sibi perfacilem in audiendo, te perpugnacem in disputando esse visum, Cic. dOr. 1, 20, 93. minime

ille quidem tardus in excogitando, verumtamen in vultu et simulatione multo etiam acutior, quam erat, videbatur, Brut. 68, 239. omnium oratorum sive rabularum - solutissimum in dicendo et acutissimum iudico nostri ordinis Q. Sertorium, 48, 180. quanto constantior isdem in vitiis, tanto levius miser ac prior illo, qui cet., Hor. Sat. 2, 7, 18. a natura discedimus, populo nos damus nullius rei bono auctori et in hac re sicut in [his] omnibus inconstantissimo, Sen. Ep. 16, 4, 17 (99). Antonius - facilis in causis recipiendis erat: fastidior Crassus, sed tamen recipiebat, Cic. Brut. 57, 207. plures reperias et faciles in excogitando et ad discendum promptos, Quint. 1, 1, 1. Isocrates - in inventione facilis, honesti studiosus, in compositione adeo diligens, ut cura eius reprehendatur, Quint. 10, 1, 79. conveniet autem quum in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum in omnique re contrahenda, vendendo emendo, conducendo locando, vicinitatibus et confiniis aequum, facilem, multa multis de suo iure cedentem, Cic. Off. 2, 18, 64. Apelles et in aemulis benignus Protogeni dignationem primus Rhodi constituit, Plin. 35, 10 (36), 87. saepe suo victor lenis in hoste fuit, Ov. Trist. 5, 2, 36. sint misericordes in furibus aerari, Sall. C. 52, 12. maluisse Domitium crudelem in animadvertendo quam in praetermittendo dissolutum videri, Cic. II. Verr. 5, 3, 7. studia mihi eorum placere, quod in te bene merito grati essent, Cic. Fam. 3, 8, 3. homo quum gravitate et prudentia praestans tum vel nimium parcus in largienda civitate, Balb. 22, 50. ne continentior in vita hominum quam in pecunia fuisse videatur, Caes. BC. 1, 23, 4. in quibus (itineribus) eo usque se praebebat patientem atque impigrum, ut eum nemo umquam in equo sedentem viderit, Cic. II. Verr. 5, 10, 27. quis enim est tam cupidus in perspicienda cognoscendaque rerum natura, ut cet., Off. 1, 43, 154. quam avidum in pecuniis locupletium (fuisse censetis), qui pauperum sanguinem concupisset? Phil. 5, 8, 22; — ferner: in hac commotus sum, Ter. Eun. 3, 5, 19. in illa aestuat, Ov. M. 6, 490. arsit et Oenides in Maenalia Atalanta, Her. 4, 99. merito deus arsit in illa, M. 8, 50. ardetque in virgine virgo, 9, 725. quid in hospite, regia virgo, ureris? 7, 21. perditus in quadam tardis pallescere curis incipis, Prop. 1, 13, 7. pallidus in lince silvis errabat arion, pallidus in lenta naïde Daphnis erat, Ov. AA. 1, 731. Inachus in Melie Bithynide pallidus isse dicitur, Am. 3, 6, 25. tuus levis in mala deditus vir adultera, Catull. 61, 97. in pugnae studio quod dedita mens est, Lucr. 3, 647. quibus est in rebus deditus ipse (animus), 4, 815; — ea quidem facultas vel tui vel alterius consolandi in te summa est, si umquam in ullo fuit, Cic. Fam. 4, 13, 4. in iudice enim spectari et fortuna debet et dignitas, Phil. 1, 8, 20. cuius tam inhumani et ingrati animi (fuerit), a quo rex appellatus esset, in eo tyrannum inveniri, Deiot. 5, 15. si furiosus erit, agnatum gentiliumque in eo pecuniaque eius potestas esto, XII. tab. b. Cic. Inv. 2, 50, 148. quod tu, quod in te fuit, sacra stata, sollemnia, capite sancta deseruisti, Cato frg. p. 48, 1. frugi hominem dici non multum habet laudis in rege, Cic. Deiot. 9, 26. hoc idem in parentis, in amici re aut periculo fecerit, Off. 1, 43, 154. in quo iacturam dignitatis atque honoris ipse facturus esset, Caes. BC. 1, 32, 4. hunc etiam post mortem secuti amici et propinqui quid in P. Scipione effecerint sine lacrimis non queo dicere, Cic. Am. 12, 40. refugit animus - eaque dicere reformidat quae L. Antonius in Parmensium liberis et coniugibus effecerit, Phil. 14, 3, 9. qua ferocia animi usus erat in Liguribus, Liv. 42, 9, 1. si quid - in homine offendendum sit, habetis eum - qui se homines coëgisse fateatur, Cic. Caecin. 36, 104; — ea animi elatio, quae cernitur in periculis et laboribus, Cic. Off. 1, 19, 62. homo et in aliis causis exercitatus et in hac multum ac saepe versatus, Quinct. 1, 3. dum modo sit haec quaedam sive a viris in rerum publicarum varietate versatis inventa res sive etiam in istorum otio ac litteris tractata res, Rep. 3, 3, 4. homines asperi et montani, exercitati in armis, Caes. BC. 1, 57, 3. populus studio stupidus in funambulo animum occuparat, Ter. Hec. prol. 4. minimeque male cogitantes sunt, qui in eo studio occupati sunt, Cato RR. praef. 4. nec minus est Spartiates Agesilaus ille perhibendus, qui neque pictam neque fictam ullam imaginem suam passus est esse, quam qui in eo genere laborarunt: unus enim Xenophontis libellus in eo rege laudando facile omnes imagines omnium statuasque superavit, Cic. Fam. 5, 12, 7. in prologis scribundis operam abutitur, Ter. Andr. prol. 5. id isti vituperant factum atque in eo disputant contaminari non decere fabulas, 15 sq in D. Bruti salute certatur, Cic. Phil. 13, 7, 16. intelligetis enim, in eo ipso, si in verbis ius constituamus, omnem utilitatem nos huius interdicti - amissuros, später: quid enim facilius est quam probari iis, qui Latine sciant, in uno servulo familiae nomen non valere? Caecin. 19, 55. quod in hac re quaeri nihil attinet, 20, 58. bis ad te scripsi, me purgans diligenter, te leviter accusans in eo, quod de me cito credidisses, Fam. 3, 11, 5. in quo accusavi mecum ipse Pompeium, Att. 7, 17, 2. primum me tibi excuso in eo ipso, in quo te accuso, QFratr. 2, 2, 1. in quo quum obiurgarer, quod nimio gaudio paene desiperem, ita me defendebam, Fam. 2, 9, 2. quem qui reprehendit in eo reprehendit, quod gratum praeter modum dicat esse, Planc. 33, 82. quod in eo me reprehendisti, quod nimium multos defenderem, 34, 84. Pompeius noster in amicitia P. Lentuli vituperatur, QFratr. 2, 4, 5. sic me ipsum egisse memoria tenetis, ut in testibus interrogandis omnia crimina proponerem et explicarem, II. Verr. 1, 11, 29. omnibus in rebus coarguitur a me, convincitur a testibus, 4, 47, 104. quum crudelissimi Poeni iudicati sint in hoste, quid in cive de Dolabella iudicandum? Phil. 11, 4, 9. id ego et fateor et laetor et tibi etiam in hoc gratulor, Planc. 37, 91. quo in libro maxime admirabar Platonem, quod cet., dOr. 1, 11, 47. in quo admirari soleo non equidem

istos, qui cet., 2, 78, 316. ut illi ipsi eum in his maxime admirarentur, Nep. Alc. 11, 5. non pudet philosophum in eo gloriari, quod haec non timeat, Cic. Tusc. 1, 21, 48. quum se ille septimo die venisse a freto neque sibi ob viam quemquam prodire potuisse et noctu se introisse dixisset in eoque se in contione iactasset, Att. 2, 1, 5. qui se in insperatis ac repentinis pecuniis sumptuosius insolentiusque iactarunt, Cat. 2, 9, 20. sin autem vellent declarare in eo officium suum, laudaturum me, si qui suo sumptu functus esset officio, Fam. 3, 8, 3. si sensero hodie quicquam in his te nuptiis fallaciae conari, quo fiant minus, aut velle in ea re ostendi, quam sis callidus, cet., Ter. Andr. 1, 2, 25. nam in mala uxore atque inimico siquid sumas, sumptus est: in bono hospite atque amico quaestus est quod sumitur, ut quod in divinis rebus sumptum'st sapienti lucro'st, Plaut. Mil. gl. 3, 1, 79. ut vos in vostris voltis mercimoniis emundis vendundisque me laetum lucris adficere atque adiuvare in rebus omnibus, cet., Amph. prol. 1 sqq.

β) auf die Lage, den Zustand oder das Verhältniß, in welchem sich eine Person od. Sache befindet, fures privatorum furtorum in nervo atque in compedibus aetatem agunt, fures publici in auro atque in purpura, Cato frg. p. 69, 1. ita ut erat in veste domestica imperator est consalutatus, Suet. Vit. 8. venit in vittis castaque in veste sacerdos, VFlacc, 1, 840. sive erit in Tyriis - sive erit in Cois, Ov. AA. 2, 297. modo in crepidis vel cothurnis, modo in speculatoria caliga, nonnumquam socco muliebri, Suet. Cal. 52. trifida Neptunus in hasta caeruleum fundo caput extulit, VFlacc. 1, 641. subitis inflexit frater in armis, 1, 136. u. vgl. 133. horridus in iaculis et pelle Libystidis ursae, Virg. A. 5, 37. in Persico et vulgari habitu, Curt. 3, 6 (3), 4. praeclare hunc imitari se in persona lenonis animadvertit, Cic. QRosc. 7, 20. u. vgl. Am. 25, 93. Fam. 7, 33, 6. loquere obsecro, quo nam in loco sunt res et fortunae meae, Ter. Phorm. 3, 1, 9. u. so vgl. die Verb. in eo esse, ut cet. unter sum. ut non numquam mortem sibi ipse consciscere alius debeat, alius in eadem causa non debeat, Cic. Off. 1, 31, 112. tum, quum vigilando necabatur, erat in meliore causa quam si domi senex captivus, periurus consularis remansisset, 3, 27, 100. quae ego cuncta esse fluxa in mea re crepera comperi, Att. 601. nunc tua in re crepera tu quid capias consili, vide, 628. amicus certus in re incerta cernitur, Enn. trag. 428. in suis dubiis rebus societatem vostram appetiverunt, Sall. J. 14, 5. scio solere plerisque hominibus in rebus secundis atque prolixis atque prosperis animum excellere, Cato b. Gell. 13, 25, 14. (*Jordan* Caton. quae extant p. 22, 1. läßt in weg). aequam memento rebus in arduis servare mentem: non secus in bonis ab insolenti temperatam laetitia, Hor. Od. 2, 3, 1. ipsum enim triduum quadriduumve mecum habui turbulentis in rebus, Cic. Att. 6, 2, 7. in maximis rebus quonam modo gererem me adversus Caesarem, usus tuo consilio sum, Fam. 11, 27, 5. ad eum Pompeius misit, ut pro hospitio atque amicitia patris Alexandria reciperetur atque illius opibus in calamitate tegeretur, Caes. BC. 3, 103, 3. qui magno in periculo essem, Cic. Cat. 1, 8, 19. senex sum: utinam mortem obpetam, priusquam evenat, quod in pauperie mea senex graviter gemam! Enn. trag. 235. ego iam a principio in parsimonia atque in duritia atque industria omnem adolescentiam meam abstinui, Cato frg. p. 43, 6. qui magno in aere alieno maiores etiam possessiones habent, Cic. Cat. 2, 8, 18. ne sub solo imperio nostro in servitute nostra essent, Cato frg. p. 23, 10. in adulterio uxorem tuam si prehendisses, sine iudicio inpune necares, p. 68, 7. hoc evenit in labore, ut mors obrepat interim, Plaut. Pseud. 2, 3, 20. te in iis molestiis, in quibus es hoc tempore, non diutius futurum: in iis autem, in quibus etiam nos sumus, fortasse semper fore, Cic. Fam. 4, 13, 4. hoc aspersi, ut scires me tamen in stomacho solere ridere, 2, 16, 7. sed nescio quo modo facilius in timore benigni quam in victoria grati reperiuntur, ad Brut. 1, 15, 8. cuius rei tanto in timore fui, ut cet., Fam. 12, 14, 1. torpescentne dexterae in amentia illa? Liv. 23, 9, 7. qui autem non defendit nec obsistit, si potest, iniuriae, tam est in vitio quam si parentes - deserat, Cic. Off. 1, 7, 24. u. vgl. 1, 19, 62. quae (civitas) tibi una in amore atque in deliciis fuit, II. Verr. 4, 1, 3. qui in ea voluptate velit esse, quam nihil molestiae consequatur, Fin. 1, 10, 32. sum in exspectatione omnium rerum, quid in Gallia citeriore geratur, ut sciam, Planc. b. Cic. Fam. 10, 4, 4. magna autem in spe sum, mihi nihil temporis prorogatum iri, u. zuvor: ubi quum Iunium mensem consumpsissem, atque utinam in pace! magnum enim bellum impendet a Parthis, Quinctilem in reditu ponere (cogitabam), Cic. Att. 6, 2, 6. Bellovacos omni tempore in fide atque amicitia civitatis Haeduae fuisse, Caes. BG. 2, 14, 2. in summo apud illos honore geometria fuit, Cic. Tusc. 1, 2, 5. quod omnino nullus in imperio meo sumptus factus est, Att. 6, 2, 4. qui sunt in magistratu, Fam. 12, 14, 3. ut is hoc iudicio probatus cum populo Romano et in laude et in gratia esse possit, I. Verr. 17, 51. trans maria vero Bithynus (caseus) in gloria est, Plin. 11, 42 (97), 241. non enim poterimus ulla esse in invidia spoliati opibus et illa senatoria potentia, Cic. Att. 2, 9, 1. quod res in invidia erat, Sall. J. 25, 5; — rem esse in angusto, Caes. BG. 2, 25, 1. qui cogit mori nolentem, in aequo est, quique properantem impedit: occidere est vetare cupientem mori nec tamen in aequo est, Sen. Phoen. 98. modumque fortunae a nullis magis exigere quam quos in aequo viderunt, Tac. H. 2, 20. quod non in aequo illis stetimus, Sen. Ben. 2, 29, 2. adeo in aequo eum duarum potentissimarum gentium summis imperatoribus posuerunt, Liv. 39, 50, 11. de centurionibus tamen et de tribunorum militarium contubernalibus res est in integro, Cic. Fam. 5, 20, 7. u. vgl. 15, 16, 3. suspicor enim coheredes dubiam nostram causam putare et eo rem in integro

esse, Att. 11, 16, 4. pudicitia saltem in tuto sit, Liv. 3, 45, 9. res omnis in incerto sita'st, Plaut. Capt. 3, 4, 4. Allobroges diu in incerto habuēre, quidnam consilii caperent, Sall. C. 41, 1. u. so J. 46, 8. fugere an manere tutius foret, in incerto erat, 38, 5. u. so Liv. 5, 28, 5. Tac. H. 2, 83. ne successor in incerto foret, Tac. A. 3, 56. etsi ad modum in ambiguo etiam nunc est quid ea re fuat, Plaut. Trin. 2, 4, 193. in ambiguo verbum iaculata reliquit, Lucr. 4, 1137. tene magis salvum populus velit an populum tu, servet in ambiguo, Hor. Ep. 1, 16, 27. dum in dubio'st animus, paulo momento huc vel illuc inpellitur, Ter. Andr. 1, 5, 31. mea quidem hercle certe in dubio vita'st, 2, 2, 10. si in tanta scriptorum turba mea fama in obscuro sit, Liv. praef. 3. intus in occulto mussabant, Enn. A. 185. eam in occulto vitiaverat, Cato frg. p. 10, 1. pauca supra repetam, quo ad cognoscendum omnia illustria magis magisque in aperto sint, Sall. J. 5, 3. horum in confesso merita sunt, Sen. Ben. 3, 11, 2. u. so Plin. 35, 8 (34), 55. eo maxime, ut in obvio classi hostium essent, electus locus est, Liv. 37, 23, 1. pudicitiam in propatulo habere, Sall. C. 13, 3. quod in proximo est, Quint. 1, 3, 4. cum exitus haud in facili essent, Liv. 3, 8, 9. cui ultio in facili est, Sen. Clem. 1, 7, 3. contentum ita probavisse opes sibi in facili, cum vellet, fore, Plin. 18, 28 (68), 274. adeo moderatio tuendae libertatis, dum aequari velle simulando ita se quisque extollit, ut deprimat alium, in difficili est, Liv. 3, 65, 11. ex quo in promiscuo sacra sint, Liv. 39, 13, 10. ut ipsi in privato animadverterent in eas, 39, 18, 6.

2) in der Zeit, in, innerhalb, während, im Verlauf von u. dgl. (Begriffe, aus denen der Unterschied zwischen in u. Abl. und dem bloßen Abl. sich von selbst ergibt), a) bei Zeitbegriffen, α) mit bestimmter Begrenzung der Zeit oder des Zeitlaufes oder des Zeitpunctes durch Demonstrativa u. dgl., innerhalb od. während welcher etw. Statt findet, sequar hos: me nolo in tempore hoc videat senex, Ter. Andr. 4, 5, 24. quae res in civitate duae plurimum possunt, eae contra nos ambae faciunt in hoc tempore, summa gratia et eloquentia, Cic. Quinct. 1, 1. hoc in tempore nulla civitas Atheniensibus auxilio fuit praeter Plataeenses, Nep. Milt. 5, 1. pons Mulvius in eo tempore celebris nocturnis inlecebris erat, Tac. A. 13, 47. u. so: eo in tempore, 15, 7, 39. nec miserae (Iphianassae) prodesse in tali tempore quibat, quod patrio princeps donarat nomine regem, Lucr. 1, 93. quia in tali tempore tanta vis hominis magis leniunda quam exagitanda videbatur, Sall. C. 48, 5. quia in tali tempore nulli novus magistratus videbatur mandandus, Liv. 22, 35, 7. u. so 24, 28, 1. 25, 3, 12. quom huc advenisti hodie in ipso tempore, Plaut. Poen. 5, 3, 19. atque adeo in ipso tempore eccum ipsum obviam, Ter. Andr. 3, 2, 52. in tempore ipso mi advenis, 5, 6, 10. sollertissimus omnium in paucis tempestatibus factus est, Sall. J. 96, 1. in aetate hominum plurumae fiunt transennae, [illi] ubi decipiuntur dolis, Plaut. Rud. 4, 7, 9. artes exercitationesque virtutum, quae in omni aetate cultae, quum diu multumque vixeris, mirificos efferunt fructus, Cic. Sen. 3, 9. me quidem admodum delectabat etiam Triarii in illa aetate plena litteratae senectutis oratio, Brut. 76, 265. ego in vita mea nulla umquam voluptate tanta sum adfectus, quanta adficior hac integritate, Att. 5, 20, 6. quum vero nullum illius in vita rectius factum sit quam id, quod tu iniuriam appellas, hi cet., DiC. 18, 60. qui in omni vita nihil aliud egi, 12, 40. adfectio in tota vita inconstans et a se ipsa dissentiens, Tusc. 4, 13, 29. tu solitus es in adolescentia tua domi mulsum non bibere propter parsimoniam, Varr. RR. 3, 16, 1. ut multa omittam in hoc spatio et in his post aedilitatem annis, Cic. Brut. 93, 321. in hoc interdicto non solet addi: in hoc anno, Fam. 15, 16, 3. maior enim annis LX natus decessit florente regno neque in tam multis annis cuiusquam ex sua stirpe funus vidit, Nep. Reg. 3, 3. Bruto curata hoc anno talenta circiter C, Pompeio in sex mensibus promissa CC, Cic. Att. 6, 3, 5. si filius natus esset in decem mensibus isque mortuus prius quam in suam tutelam venisset, Top. 10, 44. in diebus X, quibus vobeis tabelai datai erunt, SC. de Bacch. p. 43, 30. ed. *Momms.* in decem diebus secundum partum cum matribus in pabulum prodigendum, Varr. RR. 2, 7, 11. illum confido domum in his diebus me reconciliassere, Plaut. Capt. 1, 2, 65. ferme in diebus paucis, quibus haec acta sunt, Chrysis vicina haec moritur, Ter. Andr. 1, 1, 77. postea milites palantes, inermos, quippe in tali die ac sine imperio, aggrediuntur, Sall. J. 66, 5. — β) ohne eine solche bestimmte Begrenzung, wenn der Zeitbegriff schon von selbst nach dem Zusammenhang begrenzt ist, secunda loquens in tempore, innerhalb der Zeit, in der es wünschenswerth ist, daß etw. Statt findet, zu rechter Zeit, im richtigen Augenblick, Enn. A. 251. in tempore advenis, Plaut. Capt. 4, 2, 56. Alcumenae in tempore auxilium feram, Amph. 3, 1, 17. sed eccum ipsum video in tempore huc se recipere, Ter. Phorm. 2, 4, 24. in tempore ad eam veni, quod rerum omnium'st primum, Heaut. 2, 3, 123. si lacrimae, neque enim veniunt in tempore semper, deficient, Ov. AA. 1, 661. pollicetur in tempore semet cum exercitu affore, Sall. J. 56, 2. adeo spreta in tempore gloria interdum cumulatior rediit, Liv. 2, 47, 11. u. so 22, 25, 15. educatus Ravennae puer quo mox ludibrio conflictatus sit, in tempore memorabo, Tac. A. 1, 58. u. so 3, 41. 4, 71. u. andw. amicum castigare ob meritam noxiam inmoene'st facinus, verum in aetate utile et conducibile, Plaut. Trin. 1, 1, 1. et stulte facere et stulte fabularier, utrumque, Lesbonice, in aetate hau bonum'st, 2, 4, 61. si posset defendere, nihil in vita se M. Antonii simile fecisse, II. Verr. 3, 91, 213. nihil in vita vidit calamitatis A. Cluentius, nullum periculum mortis adiit, nihil mali timuit, quod cet., Cluent. 6, 18. feci ego istaec itidem in adulescentia, Plaut. Bacch. 3, 3, 6. historiam in adulescentia - scribere adgressus est, Suet. Claud. 41. salis unicuique in anno

modium satis est, Cato RR. 58. quidam has (oves) in anno bis tondent, Varr. RR. 2, 11, 8. singulae non plus quam ter in anno pariunt, 3, 10, 3. unde vix ter in anno audire nuncium possunt, Cic. SRosc. 46, 132. tres in anno statos dies habuisse, quibus interdiu Bacchis initiarentur, Liv. 39, 13, 8. sol - binas in singulis annis reversiones ab extremo contrarias facit, Cic. ND. 2, 40, 102. mense quarto heminas in dies, id est in mense congios II (bibant), Cato RR. 57, 1. verno tempore et aestivo fere ter in mense mellarius inspicere debet fumigans leviter eas, Varr. RR. 3, 16, 17. qui vomere bis in mense vult, Cels. 1, 3. in triduo polypus excidet, Cato RR. 157, 15. u. so Plin. 9, 51 (75), 165. dolia cum vino bis in die face extergeantur, Cato RR. 26. u. so 64, 2. 87. 89. bis in die saturum fieri, Cic. Tusc. 5, 35, 100. deciens in die mutat locum, Plaut. Stich. 3, 2, 45. id aliquoties in die facito, Cato RR. 88, 1. haec ad te in praesenti scripsi, im Augenblick, Cic. Fam. 2, 10, 4. quod in praesenti utrum ei laboriosius an gloriosius fuerit, difficile est iudicare, Nep. Att. 12, 5. ego numquam adeo astutus fui, quin quidquid possem mallem auferre potius in praesentia, Ter. Ad. 2, 2, 13. u. so Heaut. 5, 2, 9. Hec. alt. prol. 16. Phorm. 5, 2, 14. sic enim mihi in praesentia occurrit, ut cet., Cic. Tusc. 1, 7, 14. satis habebat in praesentia hostem rapinis, pabulationibus populationibusque prohibere, Caes. BG. 1, 15, 4. id quod unum maxime in praesentia desiderabatur, Liv. 21, 57, 4.

b) bei Handlungen u. Zuständen, welche die Stelle einer Zeit vertreten oder wenigstens auf einer zeitlichen Vorstellung beruhen, fabam optime seri in vergiliarum occasu, Varr. RR. 1, 34, 2. duo sunt sinus prope in extrema Africa, impares magnitudine, pari natura, quorum proxuma terrae praealta sunt, cetera uti fors tulit alta, alia in tempestate (Witterung) vadosa, Sall. J. 78, 2. mater gravida parere se ardentem facem visa est in somnis Hecuba, Enn. Trag. 57. u. so A. 228. blitea et lutea est meretrix, nisi quae sapit in vino ad rem suam, Plaut. Truc. 4, 4, 1. heri in vino quam inmodestus fuisti, Ter. Heaut. 3, 3, 7. eum in vino atque luxu non risisse, qui cet., Cic. II. Verr. 3, 25, 62. quod si in vino et alea comissationes solum et scorta quaererent, essent illi quidem desperandi, Cat. 3, 5, 10. manu sinistra non belle uteris in ioco atque vino, Catull. 12, 1. ut in itinere copia frumenti suppeteret, Caes. BG. 1, 3, 1. u. in eo itinere, §. 4. in venatu, Naev. 34. numquam enim in civili bello supplicatio decreta est, Cic. Phil. 14, 8, 23. quorum opera in bello, in otio, in negotio suo quisque tempore usu'st sine superbia, Ter. Ad. prol. 20. in fuga, Cic. Tusc. 5, 34, 97. cum saepe Carthaginienses et in pace et per indutias multa nefaria facinora fecissent, Sall. C. 51, 6.

3) in Zahlenverhältnissen, **unter, in**, iustissimus unus qui fuit in Teucris, Virg. A. 2, 426. Thales, qui sapientissimus in septem fuit, Cic. Leg. 2, 11, 26. peto, ut eum complectare, diligas, in tuis habeas, Fam. 13, 78, 2. si quisquam'st, qui placere se studeat bonis quam plurimis et minume multos laedere, in his poëta hic nomen profitetur suom, Ter. Eun. prol. 1 sqq. nostri in primo congressu circiter LXX ceciderunt: in his Q. Fulginius, Caes. BC. 1, 46, 4. cecidēre in pugna fugaque ad duo milia et septingenti civium sociorumque: in iis quattuor Romani centuriones legantur tamen in Africam maiores natu, nobiles, amplis honoribus usi, in quis fuit M. Scaurus, Sall. J. 25, 4; — is ita sibi persuadet, quod in tua provincia negocii habeat, nisi te provinciam obtinente meis commendationibus confecerit, id se in perditis et desperatis habiturum, Cic. Fam. 13, 56, 1. omnia autem, quae secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis, Sen. 19, 71. dolor in maximis malis ducitur, Leg. 1, 11, 31. quo modo quaedam in his species plane distant, Quint. 9, 1, 3; — Drusus erat de praevaricatione a tribunis aerariis absolutus, in summa quattuor sententiis, quum senatores et equites damnassent, Cic. QFratr. 2, 15, 3. u. vgl. summa.

II) neben dem *Accus.* des Gegenstandes, in welchen hinein, in od. auf od. an welchen hin sich etw. in Bewegung setzt od. in Bewegung gesetzt wird od. überh. seine Richtung nimmt.

1) im Raume, **in - hinein, in, auf - hin, auf, an - hin, nach** (in neben Localitäten, ad neben Personen) a) im Allg.: quo te, Moeri, pedes? an quo via ducit in urbem? Virg. Ecl. 9, 1. ille, datis vadibus qui rure extractus in urbem est, solos felices viventes clamat in urbe, Hor. Sat. 1, 1, 11. credo abductum in ganeum aliquo, Ter. Ad. 3, 3, 5. hic postquam in aedes med a se adduxit domum, video illam amicam herilem, Plaut. Mil. gl. 2, 1, 43. unus erit quem tu tolles in caerula caeli templa, Enn. A. 66. hanc mi in manum dat, Ter. Andr. 1, 5, 62. arma omnia privata ac publica in domum Gallonii contulit, Caes. BC. 2, 18, 2. adlatis Geldubam in castra nuntiis, Tac. H. 4, 32; de castello descendunt: in fundum proficiscuntur, Cic. Caecin. 7, 21. u. vgl. bald darauf: qua potuit ad eum fundum profectus est, in quo ex conventu vim fieri oportebat, 8, 22. ut solet, aequoreas ibit Tiberinus in undas, Ov. Rem. an. 257. qua adiri poterat non modo in eum fundum, de quo erat controversia, sed etiam in illum proximum, de quo nihil ambigebatur, u. bald: quum in antiquum fundum ingredi vellet, Cic. Caecin. 8, 21. und: non deieci te ex eo loco, quem in locum prohibui ne venires, 23, 66. unde aut quo casu profecti domo quidve quaerentes in agrum Laurentinum exissent, Liv. 1, 1, 7. hostem ut profugiens inimici invadam in manus? Att. 192. armatos se tibi obstitisse, ne in aedes accederes, Cic. Caecin. 13, 36. sementivis feriis in aedem Telluris veneram rogatus ab aeditimo, Varr. RR. 1, 2, 1. Antemnatium exercitus - hostiliter in fines Romanos incursionem facit, Liv. 1, 11, 1. conicit in silvam sese, Enn. A. 75. is illius filiam conicit in navem miles clam matrem suam, Plaut. Mil. gl. 2, 1, 33. modo in stagna se fundens (amnis) modo in angustias resorbens aut in totum cuniculis condens et saepius nasci gaudens

in Atlanticum oceanum effunditur, Plin. 3, 1 (2), 6. influxit enim non tenuis quidam e Graecia rivulus in hanc urbem, Cic. Rep. 2, 19, 34. ita nobis datur bona pausa loquendi tempusque in castra revorti, Att. 289. ergo - Antiocho id magis licuerit -, remigrare in domum veterem e nova quam nobis in novam e vetere? Cic. Acad. 1, 4, 13. interea sol albus recessit in infera noctis, Enn. A. 92; ibi tum derepente ex alto in altum despexit mare, Enn. trag. 352. quid nunc supina sursum in caelum conspicis? Plaut. Cist. 2, 3, 78. plures inventi, qui propter ubertatem terrae in Crustuminum nomina darent, Liv. 1, 11, 4. in alqm. locum restituere, Cic. Caecin. 30, 88. quum frumentum sibi in cellam imperavisset, DiC. 10, 30. conveniebatne in vaginam tuam machaera militis? Plaut. Pseud. 4, 7, 85. eo fistulam ferream indito, quae in columellam conveniat, Cato RR. 21, 1; — ipsus se in terram saucius fligit cadens, auf, Liv. 12. derepente contulit sese in pedes, Enn. Trag. 210. ubi vidi, ego me in pedes quantum queo in angiportum quoddam desertum, Ter. Eun. 5, 2, 5. reiecit se in eum flens quam familiariter, Andr. 1, 1, 109. compluriens in imperatorem impetum facere, Cato frg. p. 17, 5. ita per se ipsum nomen Caeninum in agrum Romanum impetum facit, Liv. 1, 10, 3. ite actutum in frundiferos locos, ingenio arbusta ubi nata sunt, non obsita, Naev. 27. ubi sumus profecti in altum, Plaut. Mil. gl. 2, 1, 39. ubi te non invenio, ibi ascendo in quemdam excelsum locum, Ter. Andr. 2, 2, 19. L. Domitius ex castris in montem refugiens, Caes. BC. 3, 99, 4. Priamum -, quum in aram confugisset, hostilis manus interemit, Cic. Tusc. 1, 35, 85. tamquam in aram confugitis ad deum, ND. 3, 10, 25. arcem vero, in quam confugerant, oppugnare adortus, caduceatorem praemisit, qui cet., Curt. 3, 3 (1), 6. und: illi caduceatorem in turrem - perductum, quanta esset altitudo, intueri iubent, §. 7. ego me extollo in abietem, Pacuv. 407. sublatum esse in crucem dixerunt, Cic. II. Verr. 1, 5, 13. hinc atque hinc vastae rupes geminique minantur in caelum scopuli, Virg. A. 1, 162. e mediis hunc (Atlantem) harenis in caelum attolli prodidere, Plin. 5, 1 (1), 6; — ex Asia in Europam exercitu traiecto, nach, Nep. Milt. 3, 1. gentes feras armatus in Italiam adducere, Cic. Att. 8, 11, 2. Q. Marcius Rex Faesulas, Q. Metellus Creticus in Apuliam circumque ea loca missi, Sall. C. 30, 3. per varios casus, per tot discrimina rerum tendimus in Latium, Virg. A. 1, 204. legatus in Africam cum C. Considio profectus est, Cic. Lig. 1, 2. qui navigasset ex Hispania in Aethiopiam commercii gratia, Plin. 2, 67 (67), 169. in Macedoniam ad Cn. Pompeii castra venit, Cic. Lig. 9, 27. Antenorem cum multitudine Enetum - venisse in intimum Adriatici maris sinum, Liv. 1, 1, 2. und: Aeneam - primo in Macedoniam venisse, inde in Siciliam quaerentem sedes delatum, §. 4. magnis muneribus ab Artaxerxe donatus in Asiam rediit, Nep. Them. 10, 2. ut populus proconsuli creando in Hispaniam comitia haberet, Liv. 26, 18, 4. u. ut nemo audeat in Hispaniam imperium accipere, §. 6; ferner: modo ad urbem modo in Galliam vorsus castra movere, Sall. C. 56, 4. ab hac ambulatione in agrum versus ornithonis locus ex duabus partibus dextra et sinistra maceriis altis conclusus, Varr. RR. 3, 5, 10. necesse est ergo in magna copia corpusculorum, quae terrae eiectant et in superiorem agunt partem, aliqua in nubes pervenire alimenta ignium, Sen. NQ. 1, 1, 8. incipio saxum temptans scandere verticem summusque in omnes partes prospectum aucupo, Pacuv. 95. per eos XC dies in meridiem umbras iaci, Plin. 2, 73 (75), 183. quo longissime in meridiem ab Alpium paene lunatis iugis in maria excurrit Italia, 3, 5 (6), 38. triclinium satis pulcrum, quod in litus excurrit, Plin. Ep. 2, 17, 5. omnibus eius (terrae) partibus in medium vergentibus, Cic. ND. 2, 45, 116. id (tectum) nunc honeste vergit in tectum inferioris porticus, III. QFratr. 1, 4, 14. qui (portus) in meridiem vergit, Liv. 37, 31, 10. si poteris, sub radice montis siet (praedium), in meridiem spectet, Cato RR. 1, 3. spectant (Belgae) in septentrionem et orientem solem, Caes. BG. 1, 1, 6. Britannia - spatio ac caelo in orientem Germaniae, in occidentem Hispaniae obtenditur, Gallis in meridiem etiam inspicitur, Tac. Agr. 10. munitiones non in urbem solum, sed etiam in Etruriam spectantes, Liv. 5, 5, 6. nisi qui (ager) in ventum favonium spectet, Varr. RR. 1, 24, 1. u. hieher gehört: in partes non aequas dividit (sol) orbem, Lucr. 5, 684. Gallia est omnis divisa in partes tres, Caes. BG. 1, 1, 1. u. vgl. 1, 12, 4. Cic. Leg. 2, 3, 6. u. andw. in duas partes sese distribuunt, Caes. BC. 1, 55, 2. in tres partes distributo exercitu, BG. 7, 67, 1. u. andw.

b) insbes. α) bei Ortsnamen: fugisse cum magna pecunia dicitur ac se contulisse Tarquinios in urbem Etruriae florentissimam, Cic. Rep. 2 19, 34 Thalam pervenit in oppidum magnum atque opulentum, Sall. J. 75, 1. C. Claudius - Regillum antiquam in patriam se contulerat, Liv. 3, 58, 1; — consul haud dubie iam victor pervenit in oppidum Cirtam, Sall. J. 102, 1. pecuniam omnem - ex fano Herculis in oppidum Gades contulit, Caes. BC. 2, 18, 2. si non ante idus in urbem Romam introisset, Liv. 42, 22, 3; — eamque huc invitam mulierem in Ephesum advehit, Plaut. Mil. gl. 2, 1, 35. hac nocte in somnis mea soror gemina'st germana visa venisse Athenis in Ephesum cum suo amatore quodam, 2, 4, 30. senex in Ephesum [hinc] ibit aurum arcessere, 2, 3, 120. salvos quom advenis in Epidaurum, Curc. 4, 4, 6. qui illum quidem iam in Sicuonem abduxit modo, Pseud. 4, 6, 36. is ex Anactorio - huc in Calydonem commigravit haud diu, Poen. prol. 93. ibo in Piraeum, Bacch. 2, 3, 2. — β) bei Begriffen, welche die Stelle der Oertlichkeit vertreten oder wenigstens auf einer räumlichen Vorstellung beruhen: vide hunc, meae in quem lacrumae guttatim cadunt, Enn. Trag. 238. miraris hominem ad deos ire? deus ad homines venit, immo quod est propius in homines venit, Sen. Ep. 9, 2, 16 (73). nos quidem longinqui et a te ipso

incălesco, călui, ĕre, warm =, heiß werden, erwärmt =, erhitzt werden, erglühen, a) eig.: cum incalescente sole dispulsa nebula aperuisset diem, Liv. 22, 6, 9. iter multo pulvere et incalescente sole factum erat, 44, 36, 1. aestas suo tempore incaluit, Sen. NQ. 3, 16, 3. anni tempore iam incalescente, Col. 2, 4, 1. iners - tellus incaluit floremque dedit, Calp. 4, 109. incaluēre nives, Petron. 123, 189. denique quis nostro curvum te funere vidit, atram quis lacrimis incaluisse togam? Prop. 5 (4), 7, 27. incaluit vis illa mali (von dem mit dem Blut des Nessus gedrängtem Gewand) resolutaque flammis Herculeos abiit late diffusa per aras, Ov. M. 9, 161. u. vgl. Sen. Herc. Oet. 1278; — incaluerant vino, Liv. 1, 57, 8. vino incaluit, Tac. A. 11, 27. u. so H. 4, 29. Amm. 30, 1, 2. u. mero, Curt. 5, 22 (7), 5. 8, 3 (1), 22. ubi nocte ac laetitia incaluisse videt, Tac. H. 4, 14. — b) übtr. von der Kraft des Körpers u. Geistes, von Personen, die durch Leidenschaften erhitzt werden, vix me patiuntur (equi Solis), ubi acres incaluēre animi cervixque repugnat habenis, Ov. M. 2, 86. incaluit virtus, Lucan. 6, 240. plausibus ex ipsis populi laetoque favore ingenium quodvis incaluisse potest, Pont. 3, 4, 29. incaluitque deo quem clausum pectore habebat, M. 2, 641. tarde commovetur, raro incalescit (Cicero), Tac. Or. 22. non minore impetu incaluit C. Gracchus, Flor. 2, 3 (3, 15), 1; bes. durch Liebe: tam gelidus quod sis, non te tamen, improbe, quondam ignibus Actaeis incaluisse negas, Ov. Her. 18, 41. flore capi iuvenum primaevo lubrica mentem nympha nec Idalia lenta incaluisse sagitta, Sil. 5, 18. vidit et incaluit, Ov. M. 2, 574. 3, 371. F. 2, 307.

incalfăcio, ĕre, erwärmen, si culmos Titan incalfacit udos, Ov. F. 4, 919. ictaque coniectos incalfacit hostia cultros, M. 15, 735.

incallĭdus, a, um, unerfahren, ungeschickt, servus non incallidus, Cic. Cluent. 16, 47. arbitror alios fuisse non incallidos homines, qui ad parvas controversias privatorum accederent, Inv. 1, 3, 4. cum incallidus alioqui et facilis iuventa senilibus tum artibus uteretur, Tac. A. 3, 8. atque utinam formae iudex incallidus essem creditus, Sabin. Ep. 3, 55; fuit *in* iure non incallidus, Capit. Macrin. 13. — *Adv.*: atque in his tamen tribus generibus quoquo modo possunt non **incallide** tergiversantur, Cic. Off. 3, 33, 118. ea non inc. conquisivit, quae cet., Gell. 6 (7), 3, 45.

incallo, āre, mit einer harten Haut überziehen, carnem indurat et incallat, Veg. 3, 27, 1.

incandesco, candui, ĕre, sich weiß überziehen, eine weiße Farbe annehmen, a) eig.: tortaque remigio spumis incanduit unda, Catull. 64, 13. pars magna terrarum mergi repararique amne consueta alto pulvere incanduit, Plin. Pan. 30, 3. — b) übtr., glühend weiß werden, erglühen, incanduit aether, Claud. Rapt. Pros. 1, 250. volat illud (plumbum) et incandescit eundo, Ov. M. 2, 728. ut vetus accensis incanduit ignibus ara, 12, 12. quoties incanduit ore confessus secreta rubor, Claud. Nupt. Hon. et M. 8; u. davon übtr.: hic quondam morbo caeli miseranda coorta'st tempestas totoque autumni incanduit aestu, Virg. G. 3, 479. invidiae quondam stimulis incanduit atrox Alecto, Claud. in Rufin 1, 25. studii mei ardor incanduit, Sym. Ep. 1, 90.

incandĭdo, āre, weiß machen, reinigen, maculas Christi sanguis incandidat, Firmic. err. rel. 28.

incānesco, cānui, ĕre, sich weißgrau überziehen, ornusque incanuit albo flore piri, Virg. G. 2, 71. ubi ipse gelu magnoque incanuit imbre Caucasus, VFlacc. 6, 610. quum pigra incanuit aetas, Sil. 3, 328.

incantāmentum, i, *n.*, die Zauberformel, ex homine remediorum primum maxumae quae-

stionis et semper incertae est, polleantne aliquid verba et incantamenta carminum, Plin. 28, 2 (3), 10. si quis super occentu soricis vel occursu mustelae vel similis signi gratia consuluisset quemquam peritum, aut anile incantamentum ad leniendum adhibuisset dolorem cet., Amm. 16, 8, 2. immittebantur confestim, qui signatis domibus inter scrutinia suppellectilis poenis addicti incantamenta quaedam anilia vel ludibriosa subderent amatoria ad insontium perniciem concinnata, 29, 2, 3.

incantātio, ōnis, *f.*, die **Zauberei**, magicas insequentur incantationes, Firmic. math. 5, 5. incantationum vires provulgaverant, Tert. cult. fem. 1, 2.

incantātor, ōris, *m.*, der **Zauberer**, post evangelium nusquam invenias aut sophistas aut Chaldaeos aut incantatores aut coniectores aut magos, nisi plane punitos, Tert. Idololatr. 9. u. b. Isid. Or. 8, 9.

incanto, āvi, ātum, āre, 1) **in etw. singen**, mit *Dat.*: dum forte passerem incantantem sepiculae consectatur arripere, Apul. M. 8, 20. — 2) etw. **bersingen, hersagen**, um Jmdn. od. etw. zu bezaubern, non et legum ipsarum in duodecim tabulis verba sunt: qui fruges excantassit, et alibi: qui malum carmen incantassit? Plin. 28, 2 (4), 17. carmina profana incantaverunt, Spart. Did. Jul. 7; dah. **bezaubern**, Canidiae dentes, altum Saganae caliendrum excidere atque herbas atque incantata lacertis vincula - videres, Hor. Sat. 1, 8, 48. familiarem suum cum pileo, quo caput operiebat, incantato vetitis artibus ad templum misisse fatidicum, Amm. 14, 7, 7. quaesisti tu nimis quam prudenter, quod mihi emolumentum fuerit incantandi: responderunt, ut mulier rueret, u. später: neque incantatam neque prostratam mulierem probaverunt, Apul. Mag. 48.

incānus, a, um, **in Grau übergehend**, von den Haaren u. den Theilen des Körpers, deren Haare grau zu werden anfangen, paleae ex rutilo albicantes, quae velut incanae barbae dependent, Col. 8, 2, 9. herba impia vocatur incana, Plin. 24, 19 (113), 173. nec minus interea barbas incanaque menta Cinyphii tondent hirqui saetasque comantes, Virg. G. 3, 311. nosco crines incanaque menta regis Romani, 6, 809. labra incana situ, scabrae rubigine fauces, Ov. M. 8, 802. cuiusdam caput varietate capilli subrutilum et incanum perfusam nivem mulso dixit, Suet. Dom. 20. ecquem tu hic hominem crispum, incanum videris, Plaut. Rud. 1, 2, 37.

incăpābĭlis, e, **ungreifbar**, deus, Augustin. Ep. 174.

incăpax, ācis, **unfähig**, scio incapacem te esse sacramenti, Prud. Perist. 10, 588. aedem sibi ipse mente in hominis condidit - solvi incapacem posse, 346.

incăpistro, āvi, āre, **behalftern**, übtr.: cum me Fotis malis incapistrasset erroribus, als Fotis durch zufällige Zauberformeln mich zum Langohr gemacht hatte, Apul. M. 11, 20.

incarcero, āre, **einsperren**, Sarisb. 6, 18.

incarno, āvi, ātum, āre, **zu Fleisch machen**, im *Pass.* zu Fleisch werden, u. **incarnatio**, ōnis, *f.*, die **Fleischwerdung**, bei Spät.

incassum od. in cassum, s. cassus.

incastīgātus, a, um, **ungezüchtigt, straflos**, nec me dimittes incastigatum, Hor. Ep. 1, 10, 45.

incăthŏlĭcus, a, um, **nichtkatholisch**, ecclesiae, im Ggstz. zu catholica eccl., Cassiod. de an. 12.

incaute, *Adv.*, s. incautus.

incautēla, ae, *f.*, die **Unvorsichtigkeit**, Salv. Gub. dei 6. p. 219.

incautus, a, um, I) *act.*, **unbehutsam, unvorsichtig, unbedachtsam, bedachtlos, sorglos**, v. Lebenden und dem was ihnen zugehörig ist, perfacile hunc hominem incautum et rusticum et Romae ignotum de medio tolli posse, Cic. SRosc. 7, 20. hoc illum onerabat, quod homo simplex et incautus quaedam a provincialibus ut amicus acceperat, Plin. Ep. 4, 9, 6. iuvenis incautus, Liv. 40, 5, 8. ab incauto nimium petit ille marito, se quoque uti servet, peccet ut illa minus, Ov. Trist. 2, 457. cum subita incautum dementia cepit amantem, Virg. G. 4, 490. saepe incautis pastoribus excidit ignis, 2, 303. furtis incautum decipit hostem, Ov. M. 13, 104. ad Mutinam agmine incauto, ut inter pacatos, ducebat, Liv. 35, 4, 3. barbari autem speraverant, incautum et temerarium regem excipi posse, Curt. 9, 33 (8), 21. prudens, acutus, minime incautus patronus, in causis cognoscendis componendisque diligens, Cic. Brut 70, 246. continuo culpam ferro compesce prius quam dira per incautum serpant contagia volgus (ovium), Virg. G. 3, 469; — puer incautis nimium temerarius annis, Ov. AA. 2, 83. hic numinis ingens horror et incautis decreta piacula linguis, VFlacc. 2, 432. ergo ego cessabo numquam per carmina laedi, plectar et incauto semper ab ingenio? Ov. Pont. 4, 14, 17. Virrius incauto fervore eruperat amens reclusa in campum porta, Sil. 13, 215. incautum ardorem atque avidas ad futile votum spes iuvenis frenare parat, 10, 339; — *absol.*: ne ego, inquit, incautus, qui cum Academico et eodem rhetore congredi conatus sim, Cic. ND. 2, 1, 1. oppressus Trebonius, si ut ab eo, qui aperte hostis esset, incautus, si ut ab eo, qui civis etiam tum speciem haberet, miser, Phil. 11, 2, 5. qui te incautum fortasse nunc tuo loco demovere potuerunt, providentem autem et praecaventem numquam certe movebunt, Planc. 22, 53. fallit te incautum pietas tua? Virg. A. 10, 812. magno accidit casu, ut in ipsum incautum etiam atque imparatum incideret, Caes. BG. 6, 30, 2; quam (cervam) procul incautam nemora inter Cresia fixit pastor agens telis, Virg. A. 4, 70. Tiberium variis artibus devinxit (Seianus), adeo ut obscurum adversus alios, sibi uni incautum intectumque efficeret, Tac. A. 4, 1. quum retrocedendo posset perducere incautos in loca naturae situ invia, Curt. 7, 15 (4), 4; — persequitur Telamon studioque incautus eundi pronus ab arborea cecidit radice retentus, Ov. M. 8, 378. incautus ab ingratis occupatus est, Vell. 2, 57, 1. caeca sequebatur totumque incauta per agmen femineo praedae et spoliorum

ardebat amore (virgo), Virg. A. 11, 781. agitant pueri incautique sequuntur, Hor. AP. 456; — clam ferro incautum superat, Virg. A. 1, 351. Orestes excipit incautum patriasque obtruncat ad aras, 3, 332. adfuit incautis insidiosus Amor, Ov. Rem. am. 148. pro bene sano ac non incauto fictum astutumque vocamus, Hor. Sat. 1, 3, 61; — neben dem *Abl.* (in verschiedenen Beziehungen): Pallas ante ruentem dum furit, incautum crudeli morte sodalis excipit, Virg. A. 10, 386. cadebantque ut rebus secundis avidi, ita adversis incauti, Tac. A. 1, 68. Claudium ut insidiis incautum, ita irae properum, 11, 26. palantes et victoriae fiducia incautos ostentans perpulit, Curt. 4, 5 (1), 32; — mit *Genit.*: ut ille nocendi prodigus incautusque sui ruit omnes, Stat. Theb. 6, 766. formica - addit acervo, quem struit, haud ignara ac non incauta futuri, Hor Sat. 1, 1, 35; — mit *a* u. *Abl.*: prospicientes animo exitum incauti a fraude fraterna iuvenis, Liv. 40, 5, 5 passim ferarum ritu sternuntur, nunc a secundis rebus magis etiam solito incauti, 5, 44, 6; — tutiorque eis audacia fuit quam incautus *ad* credendum ceteris pavor, Liv. 9, 12, 8; — incautum est mit *Inf.*: vereor ne sit incautum, rem tam magnam isdem tempestatibus, isdem casibus subdere, Plin. Ep. 3, 19, 4; — im *Compar.*: quod ego non suspicans incautior fuissem, nisi a te admonitus essem, Cic. Fam. 9, 24, 1. neque prudentiorem neque constantiorem Masinissam quam Syphacem esse, etiam iuventa incautiorem, Liv. 30, 13, 14. secretis eum criminationibus infamaverat Fabius ignarum, quo incautior deciperetur, palam laudatum, Tac. H. 1, 64; — im *Superl.*: incautissimus, quia credulus, Sidon. Ep. 8, 11. — *Adv.*: cum vero **incaute** atque insolenter eos succedere videret, eruptione undique facta magnum numerum eorum interfecit, Auct. BAl. 27, 6. primo proelio, quod ab Sempronio incaute inconsulteque commissum est, Liv. 4, 37, 8. interim me quidam ex consularibus amicis secreto curatoque sermone, quasi nimis fortiter incauteque progressum corripit, Plin. Ep. 9, 13, 10. cavendum, ne incaute respondeas, Quint. 5, 11, 27. adhuc certe, nisi ego insanio, stulte omnia et incaute, Cic. Att. 7, 10; im *Compar.*: potes apparatius cenare apud multos, nusquam hilarius simplicius incautius, Plin. Ep. 1, 15, 4. illi studio incitati incautius sequebantur, Caes. BC. 3, 24, 2. dum incautius subit, saxo crus eius affligitur, Curt. 4, 28 (6), 23. dum murum incautius subit, Liv. 21, 7, 10. praefectum equitatus avidum certaminis et ob id ipsum incautius in se ruentem, hasta transfixit, Curt. 4, 62 (16), 23. ipse, dum incautius ante signa obversatur, missili traiectus cecidit, Liv. 41, 18, 11. quod paulo incautius custodias in muro dispositas videbat, Caes. BG. 7, 27, 1. potero fortasse scripta tua magis probare laudare, quanto illa tardius cautiusque, sed ipsum te magis amabo magisque laudabo, quanto celerius et incautius miseris, Plin. Ep. 8, 4, 8; im *Superl.*: ut se ipsos incautissime proderent, Augustin. mor. Manich. extr. — 2) *pass.*, a) **unvorhergesehen, unverhofft,** rueretque inopina sub ictu ante fera incauto, quam sibila poneret arcus, Sil. 2, 98. sic est incautum, quicquid habetur amor, Prop. 2, 4 (14), 24. — b) **nicht verhütet,** cur, quibus incautum scelus aversabile cumque'st, non faciunt icti flammas ut fulguris halent pectore perfixo -? Lucr. 6, 390. — c) **nicht behütet, nicht beschützt, nicht bewacht,** repente incautos agros invasit, Sall. H. inc. 46. ne quid inopinum ex incauto latere oriretur, Amm. 23, 3, 5. consultatque ex duobus itineribus breve et solitum sequatur an impeditius et intemptatum eoque hostibus incautum, Tac. A. 1, 50. sponte per incautas audet tentare tenebras, unsicher, Lucan. 5, 500.

incăvillātio per despectum irrisio, PDiac. p. 107, 16.

incăvillor, ātus sum, āri, **verhöhnen,** cuiusmodi ioco incavillatus sit Antiochum regem Poenus Hannibal, Gell. 5, 5. Ueberschr.

incăvo, āre, **aushöhlen,** quum incavare (quid debet vinitor), rostro (utitur), Col. 4, 25, 2.

incēdo, cessi, cedĕre, I) *intrans.*, **einherschreiten, daher-, dahinschreiten,** 1) v. Leb. a) im Allg., α) eig. (vgl.: tenero et molli incessu suspendimus gradum: non ambulamus, sed incedimus, Sen. NQ. 7, 31, 2), zunächst ganz absolut: ubi ille meus est hospes qui me perdidit? atque eccum incedit, Plaut. Rud. 2, 6, 7. incedunt incedunt, adsunt adsunt, me expetunt, und: caeruleo incinctae angui incedunt, Enn. Trag. 49. u. 51. nec non et Phrygii comites et laetus Iulus incedunt, Virg. A. 4, 141. incedunt pueri pariterque ante ora parentum frenatis lucent in equis, quos omnis euntes Trinacriae mirata fremit Troiaeque iuventus, 5, 553. filias - habeo temulentas, sed eccas video incedere, Nov. 84. nymphas incedere vidit, Ov. M. 2, 445. nimia est stultitia sessum inpransum incedere, Poen. prol. 9. pudeat te ausum illum umquam esse incedere tamquam tuum competitorem, Cic. Fam. 8, 9, 1. incedenti passim victimae caesae, Suet. Ner. 25. ut ultra ne visum quidem incedentium admittant (nives), Mel. 2, 1, 1. u. vgl. Amm. 26, 10, 10; — mit Angabe der Art u. Weise, wie man einherschreitet, durch Ablative: hoc denique discrimen inter servos liberosque est, quod servi pedibus, liberi non nisi equis incedunt, Justin. 41, 3, 4. Amor - gressu gaudens incedit Iuli, Virg. A. 1, 690. passuque incedit inerti, Ov. M. 2, 771. incessit passu de vulnere tardo, 10, 49. incedunt victae longo ordine gentes, Virg. A. 8, 722. quae quo vestitu incederet, Lamprid. Heliog. 4. ornamento incedunt nobiles ignobiles, Liv. 4. una ministrarum fusis utrimque capillis incessit, Ov. M. 9, 90. illum aspectari, claro qui incedit honore, Lucr. 3, 76. repente vero incessi omnibus laetitiis, Cic. Fam. 2, 9, 2; — durch Adverbia: at enim tu nimis spisse atque tarde incedis, Naev. 59. durius incedit? fac inambulet, Ov. Rem. am. 337. ipse en ille nostris decoratus insignibus magnifice incedit, Liv. 2, 6, 7. grandiaque incedens, Amm. 22, 14, 3. illa, quam videtis turpe incedere, mimice ac moleste ridentem catuli ore Gallicani, Catull. 42, 8. cum Piso gener eius mollius in-

cederet, Macrob. Sat. 2, 3, 16; — durch Attributiva: resoluta catenis incedit virgo, Ov. M. 4, 738. matrona incedit census induta nepotum, Prop. 4, 12 (3, 13), 11. illam Cois fulgentem incedere coccis, 2, 1, 9. incedebat etiam Zenobia ornata gemmis catenis aureis, quas alii sustentabant, Vopisc. Aurel. 34. alter, o dii boni! quam taeter incedebat! quam truculentus! quam terribilis aspectu! Cic. Sest. 8, 19. protinus armati incedunt, Virg. A. 9, 308. qui viribus audax aut iaculo incedit melior levibusque sagittis, 5, 68. ut-conscendenti Capitolium laevus incederet, Eutr. 7, 13. ego, quae divom incedo regina, Virg. A. 1, 46. incedit vel Iove digna soror, Prop. 2, 2, 6. mihi ut ovans praeda onustus incedam evenit, Plaut. Bacch. 4, 9, 145. quem modo decoratum ovantemque victoria incedentem vidistis, Liv. 1, 26, 10. si pedes incedat, 28, 9, 15. cum praesente populo incesserunt et cothurnati, Sen. Ep. 9, 5, 31 (76). qui in scena latus incedit, 11, 1, 7 (80). recedo itaque non peior, sed tristior, nec inter illa frivola mea tam altus incedo, Tranqu. an. 1, 9. omnium istorum, quos incedere altos vides, bracteata felicitas est, Ep. 19, 6, 9 (115). ille superbus incedet victis rivalibus, Juv. 12, 125. meo nunc superbus incedis malo, Hor. Epod. 15, 17. ipso iam principe maior incedit, Claud. BGet. 194. neque eos, qui ea fecēre, pudet aut poenitet, sed incedunt per ora vestra magnifici, Sall. J. 31, 10. nec defuit Polyclitus, quo minus - militibus quoque nostris terribilis incederet, Tac. A. 14, 39. omnibus laetitiis laetus incedo, Caecil. 252. si quassante capite tristes incedunt, 271. qui ita toga praecingebatur ut trahendo laciniam velut mollis incederet, Macrob. Sat. 2, 3, 9. cum incederet elaboratus ad speciem, 3, 13, 5. — Mit localen Bestimmungen: liberi, *quacumque* incedunt, omnes arvas opterunt, Naev. 23. quacumque libido est incedo, Hor. Sat. 1, 6, 111. tum visam beluam vastam et immanem circumplicatam serpentibus quacumque incederet omnia arbusta, virgulta, tecta pervertere, Cic. Div. 1, 24, 49. sic palliolatim amictus *hac* incessi ludibundus, Plaut. Pseud. 5, 1, 30. u. mit *Abl.*: caute ut incedas viā, Curc. 1, 1, 32. quales audire solemus naïdas et dryadas mediis incedere silvis, Ov. M. 6, 452. at media socios incedens nave per ipsos hortatur Mnestheus, Virg. A. 5, 188. set estne hic meus sodalis, qui *huc* incedit cum amica sua? Plaut. Most. 1, 3, 152. huc incede gradu marcidus ebrio, Sen. Med. 69. Vologaeses - *propius* incedens, quam mos Parthis, Tac. A. 15, 13. quidam singuli propius incedentes feriret hortabantur, 1, 35. u. so 1, 61; — cur vagus incedit tota tibicen *in* urbe? Ov. F. 6, 653. dum in hoc dictorum aestu in hortis incedo, Petron. 6, 1; — *a* foro incedo *domum*, Plaut. Most. 4, 3, 6; regina *ad* templum-incessit magna iuvenum stipante caterva, Virg. A. 1, 497. ego ad urbem accessi pridie Nonas Ian., Cic. Fam. 16, 11, 2; incessitque fretum rapidi super Hellesponti, Lucan. 2, 675; filius *in* med incedit sat hilara schema, Caecil. 76; sublimis *inter* civium laeta omnia incessit-princeps, Sen. Oct. 705; *per* meos fines - lenis incedas, Hor. Od. 3, 18, 2. quasi non fundis exornatae multae incedant per vias, Plaut. Epid. 2, 2, 41. pedibus fere - per publicum incessit, Suet. Aug. 53. per moenia - urbis incedens, VFlacc. 7, 381. utque per urbem incedat donis conspicienda meis, Tibull. 1, 3, 51. quantus incedit populus per urbes, Sen. Herc. fur. 838. tales hortos extruit et per haec suburbana incedit, Tac. A. 14, 53. incedunt arbusta per alta, Enn. A. 193. hiberna sub nocte leo tacitusque per altas incedit furiale nives, Claud. BGet. 325. Orion cum pedes incedit medii per maxima Nerei stagna viam scindens, Virg. A. 10, 764; — selten mit *Dat.*, zur Angabe des Zwecks: incessitque (dux) itineri et proelio: par equitum et auxiliariae cohortes ducebant, mox prima legio cet., Tac. A. 1, 51. — β) übtr.: incedis *per* ignes suppositos cineri doloso, Hor. Od. 2, 1, 7. Augustus altius iam *contra* difficultates omnes incedens, Amm. 24, 6, 4. facilius autem *ad* inventionem animus incedet, si gesti negocii et suam et adversarii narrationem saepe et diligenter pertractabit, Cic. dInv. 2, 14, 45. — b) insbes. militär., einhermarschiren, daher -, dahin -, hinmarschiren, vorrücken, zunächst ganz absol.: prima deinde luce castra mota et agmen relicum incedere coepit, Liv. 21, 33, 1; dann mit Angabe der Art u. Weise: citis passibus incedebat, Amm. 21, 10, 1. rex cum ambitiosis copiis passibus citis incedens, 24, 5, 7. incedit veles vulgo sicilibus latis, Enn. A. 499. non ut cum exercitu incederet, sed mistis levibus copiis, Tac. A. 4, 23. maius spatium aperire coeperunt, ita ut non pedes solum pluribus ordinibus incedere, sed etiam lateribus circumfundi posset equitatus, Curt. 3, 24 (9), 12. munito agmine incedere, Sall. J. 46, 6. u. quadrato agmine, 100, 1. Curt. 5, 36 (13), 10. quare igitur tanto agmine aut animis incedit? Sall. H. 1, 41, 24. longe alius Italiae quam Indiae, per quam temulento agmine comisabundus incessit, visus illi habitus esset, Liv. 9, 17, 17; — cohortes paulatim incedere iubet, Sall. C. 60, 1. sensim incedentes et caute, Amm. 21, 12, 6. quum lentius agmen incederet, Curt. 4, 30 (7), 15; uti cum signis frequentes incederent, Sall. J. 45, 2. agmen obliquum incedere iubet, Curt. 4, 56 (15), 1; — mit localen Bestimmungen: sinus in medio erat, *qua* segnius Hispanorum signa incedebant, Liv. 28, 14, 18. u. vgl.: incessit deinde, qua duxit praedae spes, victor exercitus, 8, 36, 9; agitedum, ut me videritis, *qua*cumque incessero *in* aciem hostium ferro viam facientem, sic pro se quisque obvios sternite, 7, 33, 10. infestior tamen in erumpentes incessit nec magno certamine intra moenia compulit, 9, 21, 5. simulque barbari animos tollere et in perculsos Romanos acrius incedere, Sall. J. 101, 7; dum Aequi Vulscique Romanos exercitus tenent, Sabini *usque ad* portas urbis populantes incessēre, Liv. 2, 63, 7; numquam exercitus neque minor numero neque clarior fama et admiratione hominum per urbem incessit, 2, 49, 3.

2) v. Lebl., einherschreiten -, wandeln, eintreten, sich verbreiten, meist ganz absol.: incedere noctis, quae tardent cursum, tenebras dolet, Sil. 8, 337. postquam tenebrae incedebant, Tac. A. 15, 37. ubi crepusculum incesserit, Col. 11, 1, 18. certaminibus finem vespera dedit incedens, Amm. 20, 11, 24. Iunio Silano et Silio Nerva consulibus foedum anni principium incessit, Tac. A. 4, 68. cum maiora frigora incesserunt, Col. 12, 52, 12. u. vgl.: ubi vero apricis regionibus post pluvias noxia incesserunt animalia, cet., 11, 3, 63. ubi senectus aut morbus incessit, Mel. 3, 7, 3; — tanta commutatio incessit, ut ex maxuma invidia in gratiam et favorem nobilitatis Iugurtha veniret, Sall. J. 13, 7. incesserat cunctatio, ni duces fesso militi - Cremonam monstrassent, Tac. H. 3, 28. de praetore in locum Vipstani Galli - subrogando certamen incessit, A. 2, 51. non rumor interea, sed undique nuntii incedunt, qui cet., 11, 32. si vanitatis aut fraudum suspicio incesserat, 6, 21. cum incessit libido vescendi, Mel. 3, 9, 4. sed lubido stupri, ganeae ceterique cultus non minor incesserat, Sall. C. 13, 3. tanta cupido gloriae incesserat, 7, 3. postquam exsui aequalitas et pro modestia ac pudore ambitio et vis incedebat, Tac. A. 3, 26. lascivia atque superbia incessēre, Sall. J. 41, 3. in castris Curionis magnus omnium incessit timor, Caes. BC. 2, 29, 1. magnusque incesserat timor sagittarum, 3, 44, 7. u. vgl. 3, 101, 3. Auct. BAl. 7, 1. timor incessit Sabini belli, Liv. 2, 27, 10. Sabinus suopte ingenio mitis, ubi formido incessisset, facilis mutatu, Tac. H. 2, 63. desperatio igitur ingens - incesserat, Curt. 5, 15 (4), 24. exercitu quidem omni (im g. H.) tantus incessit ex incommodo dolor tantumque studium infamiae sarciendae, ut cet., Caes. BC. 3, 74, 2. tantus gemitus omnium subito exortus est tantaque maestitia incessit, ut cet., Liv. 9, 4, 6; und mit folg. Subjectssätzen: rumor incesserat, paucos ante menses Augustum - Planasiam vectum, Tac. A. 1, 5. u. so 2, 55. 6, 23. 15, 15. continuo exercituum otio fama incessit, ereptum ius legatis ducendi in hostem, 13, 54. u. so H. 4, 54. religio incessit, ab eis, quorum imminutum imperium esset, comitia haberi, Liv. 8, 3, 4. u. so 8, 17, 4. incessit dein religio, quonam in templo locandum foret donum, Tac. A. 3, 71. cupido - incesserat, non interiora modo Aegypti, sed etiam Aethiopiam invisere, Curt. 4, 33 (8), 3. spes incesserat dissidere hostem in Arminium ac Segestem, Tac. A. 1, 55. incedebat enim deterrimo cuique licentia, impune probra et invidiam in bonos excitandi arrepta imagine Caesaris, 3, 36; — cum - tanta incesserit *in* ea castra vis morbi, ut cet., Liv. 29, 10, 3. pestilentia incesserat pari clade in Romanos Poenosque, 28, 46, 15.

2) *trans.*, hinein -, hinschreiten, -treten, 1) v. Leb. a) eig. mit *Acc.*: postremo ipse scenam incedit, Tac. A. 14, 15. incedunt maestos locos, 1, 61; u. absol.: mittitur itaque legatus Popilius ad Antiochum, qui abstinere illum Aegypto aut, si iam incessisset, excedere iuberet, Justin. 34, 3, 1. — b) übtr. mit *Dat.*: praesidio Veneris malitiae lenonis contra incedam, Plaut. Rud. 3, 3, 31. — 2) v. Lebl., anwandeln, anfallen, befallen, überkommen, mit *Acc.*: quotiens valetudo adversa flaminem Dialem incessisset, Tac. A. 3, 71. inopia rursus ambos incessit, Sall. H. 4, 61, 15. cupido incessit animos iuvenum sciscitandi, ad quem eorum regnum R. esset venturum, Liv. 1, 56, 10. ipsum ingens cupido incesserat Tarenti potiundi, 24, 13, 5. Civilem cupido incessit navalem aciem ostentandi, Tac. H. 5, 23. aura incesserat patres, ne cet., Liv. 4. 50, 7. indignatio Aequos et Vulscos incessit, si victores exercitus vallum potius quam virtus et arma tegerent, 3, 60, 8. stupor itaque omnes et admiratio incessit, unde cet., Justin. 22, 6, 11. non mediocris omnium animos formido incesserat, Curt 3, 22 (8), 25. timor deinde patres incessit, ne cet., Liv. 1, 17, 4. tantus terror Tarquinium atque Etruscos incessit, ut cet., 2, 7, 1. tanta simul admiratio miseratioque viri incessit omnes, ut cet., 9, 8, 11. ingens ergo animos militum desperatio incessit, Curt. 4, 10 (2), 16. Pannonias legiones seditio incessit, Tac. A. 1, 16; — mit *Dat.*: si sterilitas annorum incessit hominibus, Col. 2, 10, 1. cupido incessit animo sortis eius implendae, Curt. 3, 2 (1), 16. cupido deinde incessit animo, naturam quoque fatigandi, 7, 41 (11), 4. tum vero gravior cura patribus incessit, quippe cum prodi causam ab suis cernerent, Liv. 4, 57, 10. mulieres, quibus rei publicae magnitudine belli timor insolitus incesserat, Sall. C. 31, 3. terror hostibus ex fiducia sui incessit, H. 2, 60. nam saepe duobus regibus incessit magno discordia motu, Virg. G. 4, 68.

incĕlĕber od. **incelebris**, bris, bre, unbekannt, unberühmt, quos - incelebri miserunt valle Velitrae, Sil. 8, 375; — memini ego praetoris - tribunali me forte assistere atque ibi advocatum non incelebrem sic postulare, ut cet., Gell. 1, 22, 6. inter Cynicos non incelebris habebatur, Macrob. Sat. 1, 7, 3.

incĕlebrātus, a, um, der Oeffentlichkeit nicht übergeben, unveröffentlicht (als zu geringfügig), nobis pleraque digna cognitu obvenēre, quamquam ab aliis incelebrata, Tac. A. 6, 7.

incendĕfăcio, fēci, ĕre, in Brand setzen, qui (Claudius) carraginem tantam - nunc incendefecit nunc cet., Treb. Poll. Claud. 8.

incendiālis, e, zur Feuersbrunst gehörig, ex quo (igne) se quidam proxime vestiendum incendiali tunica ad certum usquequaque locum auctoravit, Tert. adv. nat. 1, 18.

incendiārius, a, um, zur Feuersbrunst gehörig, Brand -, adsidue malleolos atque incendiaria tela torquentes, Amm. 20, 11, 13. oleum inc., Veg. r. mil. 4, 8. u. 18. inauspicata est et incendiaria avis, und: quae sit avis ea nec reperitur nec traditur: quidam ita interpretantur, incendiariam esse quaecumque adparuerit carbonem ferens ex aris vel altaribus, Plin. 10, 13 (17), 36. incendiariae aves ac dirae, Vulc. Gall. Comm. 16; — subst. incendiarius, ii, *m.*, ein Brandstifter, postquam parricida matris et uxoris, auriga et histrio et incendiarius extitisti

Tac. A. 15, 67. u. so Suet. Vit. 17. Quint. decl. 9, 21.

incendiōsus, a, um, brennend, folia gustu remordentia et incendiosa, Apul. Herb. 58; im *Comp.*: solis fervor incendiosior, Fulg. Myth. 1, 15.

incendium, ii, *n.* (incendo), I) die Feuersbrunst, der Brand (entweder durch unbekannte Ursachen hervorgerufen oder absichtlich angelegt u. in letzterer Beziehung besond. militär., auch als Titel eines Stückes des Afranius, Suet. Ner. 11. vgl. Poët. com. rel. p. 160), 1) eig., im log. *Subi.*: incendium vero crudele, immoderatum ac sibi maxume calamitosum putabat, Sall. C. 48, 2; si incendium in arce fuerit, Quint. 7, 7, 4. vivendum est illic, ubi nulla incendia, nulli nocte metus, Juv. 3, 197. pluribus simul locis circa forum incendium ortum, Liv. 26, 27, 1. incendium Romae per triduum totidemque noctes (accidit), Suet. Tit. 8. segetes stipulamque videmus accidere ex una scintilla incendia passim, Lucr. 5, 608. videmus certe apud nos late incendio pervagante quasdam insulas, quae diu concaluerunt, ex se concipere flammam, Sen. NQ. 2, 14, 2. per innocuas errent incendia turres, Claud. Mall. Th. cons. 328. u. vgl. BGet. 240 sqq. etiamsi circa me flagrarent incendia, Sen. Ep. 18, 6; 18 (109). clarior ignis auditur propiusque aestus incendia volvont, Virg. A. 2, 706. incendia fumant, Claud. in Eutr. 1, 243. esse mihi lucent Rutulis incendia castris, Tibull. 2, 5, 47. Nicomediae vastissimum incendium multas privatorum domos et duo publica opera –, Gerusian et Iseon, absumpsit, Plin. Ep. 10, 42, 1. horaeque momento simul aggerem ac vineas, tam longi temporis opus, incendium hausit, Liv. 5, 7, 3. neglecta solent incendia sumere vires, Hor. Ep. 1, 18, 65. non idcirco flamma atque incendia vires indomitas posuēre, Virg. A. 5, 680; — im log. *Obi.*: incendia optabat, Suet. Cal. 31. eructant sermonibus suis caedem bonorum atque urbis incendia, Cic. Cat. 2, 5, 10. caedem, incendia aliaque belli facinora parare, Sall. C. 32, 2. confiteri caedem, incendia aliaque se foeda atque crudelia facinora in cives patriamque paravisse, 52, 36. u. so inc. parare, 27, 2. 48, 4. ut - tantum in agris vastandis incendiisque faciendis hostibus noceretur, quantum cet., Caes. BG. 5, 19, 3. cum caedes et incendia circa Anienem flumen fecissent, Liv. 2, 64, 3. qui incendium fecerit? Cic. Parad. 4, 2, 31. u. so Liv. 26, 27, 7. u. incendia fieri, Sall. C. 51, 9. Sinon incendia miscet, Virg. A. 2, 329. tacita spargit celata incendia nocte, Sil. 17, 91. domus ardebat in Palatio non fortuito, sed oblato incendio, Cic. Fam. 9, 3, 1. parva saepe scintilla contempta magnum excitavit incendium, Curt. 6, 8 (3), 11. quorum opera id conflatum incendium profiteretur, praemium fore libero pecuniam, servo libertatem, Liv. 26, 27, 6. semina sunt ardoris multa, terendo quae cum confluxēre, creant incendia silvis, Lucr. 1, 902. immittit silvis incendia pastor, Virg. A. 10, 407. navis autem igne concepto latius fundere incendium coepit, Curt. 4, 12 (3), 3. u. so 5, 22 (7), 5. glomeratque ferens incendia ventus, Virg. G. 2, 311. praenuntiat fumus incendium, Sen. Ep. 17, 3, 2 (103). saepe rixam conclamatum in vicino incendium solvit, dIra 3, 43, 3. damnisque suis incendia nutrit (Aetna), Claud. Rapt. Pros. 1, 163. u. vgl.: Aetnae montis per tot saecula durat incendium, Justin 4, 1, 5. und: mons Aetna nocturnis mirus incendiis, Plin. 3, 8 (14), 88. nocte ac die continuatum incendium fuit, Liv. 26, 27, 4. nullus usquam in publico sipho, nulla hama, nullum denique instrumentum ad incendia compescenda, Plin. Ep. 10, 42, 2. ad inhibendum incendium cum expedita manu - urbem - intrat, Curt. 3, 11 (4), 15. porticus, de quarum solariis incendia arcerentur, Suet. Ner. 16. quis deus - tam saeva incendia Teucris avertit? Virg. A. 9, 77. Rufus - collecto in aedilitate favore populi, quem exstinguendis privata familia incendiis in dies auxerat - interimere Caesarem statuit, Vell. 2, 91, 3. auxilia velut ad commune extinguendum commune incendium confluebant, Justin. 1, 7, 9. u. so 5, 1, 5. 43, 5, 4. extincta parum fideliter incendia maiore flamma reviviscunt, Flor. 1, 40 (3, 5), 14. incendium vastum et multas domos iam depastum parte urbis obruitur, Sen. Clem. 1, 25, 5. qui rapinas et incendia instaurare cupiunt, Sall. H. 1, 48, 20; quin tua tum iuvenes spectent incendia laeti nec quisquam flammae sedulus addat aquam, Tibull. 2, 4, 41. hoc incendium e turre Maecenatis prospectans, Suet. Ner. 38. nihil timetis, non incendia, non graves ruinas, Catull. 23, 9. horrere incendia, lapsus tectorum adsiduos ac mille pericula saevae urbis, Juv. 3, 7. noctesque diesque formidare malos fures, incendia, servos cet., Hor. Sat. 1, 1, 76. quod rogum bustumve novum vetat propius sexaginta pedes adiici aedes alienas invito domino, incendium veretur acerbum, Cic. Leg. 2, 24, 61. detrimenta, fugas servorum, incendia ridet, Hor. Ep. 2, 1, 121. quem - incendium effugisse, Nep. Alc. 10, 6. viso repetunt incendia ferro, VFlacc. 2, 238; — im *Dat.*: urbem - inundationibus incendiisque obnoxiam, Suet. Aug. 29. incendio iuxta aedem Vestae et ipsam intervenisse, Tib. 50. hic - mediocris labefactatio caedi et incendiis et vastationi - comparatur, Quint. 8, 4, 14; — im *Gen.*: magnorum enim saepe incendiorum causa fulmen fuit, Sen. NQ. 2, 21, 2. libertino milite incendiorum causa usus est, Suet. Aug. 25. multos quidem occidere et indiscretos incendii ac ruinae potentia est, Sen. Clem. 1, 26, 5. urbs incensa, cuius initium incendi princeps eius loci fecit Macedonicus, Vell. 2, 74, 4. cuius (coeli) nonnumquam tam humilis (ardor est), ut speciem longinqui incendii praebeat, Sen. NQ. 1, 15, 5. ut omnia incendiorum vestigia Gallici sanguinis inundatione deleret, Flor. 1, 7 (13), 17. nimis est ingens incendi turbidus ardor, Lucr. 6, 673. aquisque conspersa (sagitta) acriores excitat aestus incendiorum, Amm. 23, 4, 15. cohortes ad arcendos incendiorum casus, Suet. Claud. 25. multis incendiorum damna supplevit, Cal. 16; — im *Abl.*: stultum est vicinum

velle ulcisci incendio, Syr. 478. quotiens incendio laborat pars civitatis, Sen NQ. 6, 9, 3. distringere incendiis urbem, Flor. 2, 12 (4, 1), 2. haud secus quam continenti incendio cuncta terrentur, Curt. 7, 20 (5), 3. velut vicino incendio territi, Justin. 14, 5, 6. si ianua tenebitur incendio, Quint. 2, 13, 16. continenti incendio ardere crederes saltum, Curt. 8, 15 (4), 12. relucente amplitudine camporum incendiis, Amm. 31, 12, 13. propinqua iam omnia flagrare vasto incendio, Gell. 15, 1, 2. tota regio ultra amnem recenti fumabat incendio, Curt. 4, 37 (9), 14. sonabant incendio silvae, 6, 23 (6), 31. simul caede et incendio perculsis omnibus, Sall. C. 43, 2. cum - omnia caedibus, incendiis, rapinis vastasset, Hirt. BG. 8, 25, 1. idque (astu) incendio delevit, Nep. Them. 4, 1. quam (Spartam) captam incendio delessent, Iphicr. 2, 5. ignibusque in proxima tecta coniectis effusa flamma primo velut sparsa pluribus locis reluxit, dein per continua serpens uno repente omnia incendio hausit, Liv. 30, 6, 5. quum hi, qui in turribus erant, - haurirentur incendio, Curt. 4, 12 (3), 4. incendio absumptae domus, aedes u. dgl., Suet. Aug. 30. 57. Ner. 31. Dom. 5. 20. incendio consumpta ea est (navis), Plin. 36, 9 (14), 70. ut incendio conficerent (eum), Nep. Alc. 10, 4. spolia - cremabant incendio, Curt. 9, 40 (10), 12. oppidani - ignem subiecēre tectis, se quoque ac liberos coniugesque incendio cremant, 9, 14 (4), 6. aedificii incendio mortuum cremavit, Nep. Alc. 10, 7. reliquum (frumentum) flumine atque incendio corruperunt, Caes. BG. 7, 55, 8. domus, quam incendio amiserat, Suet. Claud. 6. qui incendio aut latrocinio aut aliquo casu tristiore aliena cum suis perdidit, Sen. Ben. 7, 16, 3. urbis incendio nihil publice perisse testatus, Suet. Tit. 8. deformis urbs veteribus incendiis ac ruinis erat, Suet. Vesp. 8. cum initium a tempestate sumpserunt, incendio aut ruina finiunt, Quint. 8, 6, 50; — *ab* incendio intellegebat urbem vigiliis munitam, Sall. C. 32, 1; impendentia *ex* minis incendiisque urbis et commutatione status publici pericula exposuit, Vell. 2, 35, 4; extructa incensaque pyra et se et divitias suas in incendium mittit, Justin. 1, 3, 5. qui *ad* incendium domus suae currit, Sen. Ep. 19, 8, 30 (117). u. so Tranqu. an. 12, 4. *adversus* incendia excubias nocturnas vigilesque commentus est, Suet. Aug. 30.

2) meton. a) als Mittel, der **Feuerbrand**, irrita sacrilega iactas incendia dextra, Ov. M. 14, 539. Pindo Rhodopeve incendia pastor quum iacit, Sil. 9, 605. classem - invadit sociosque incendia poscit ovantes, Virg. A. 9, 71. — b) als Folge α) das **Feuer**, die **Gluth**, die **Hitze**, immani proflavit (taurus) turbine flammas arduus atque atro volvens incendia fluctu, VFlacc. 7, 572. Cacum in tenebris incendia vana vomentem corripit, Virg. A. 8, 259. assurgit Phlegethon: flagrantibus hispida rivis barba madet totoque fluunt incendia vultu, Claud. Rapt. Pros. 2, 315. u. so vom Phlegethon: saxosa incendia torquet, Sil. 13, 563. u. vom Phönix: supplice cantu praestatura novas vires incendia poscit (a Sole), Claud. Idyll. 1, 47; — eaeque ipsae (terrae) inter se non perviae propter incendium sideris, Plin. 2, 68 (68), 172. frigus tepore suo mulceat, aestatis incendia frigore moderetur (aqua), Pallad. 1, 4, 1. umidus aut aestuosus Italiae est (auster), Africae quidem incendia cum serenitate adfert, Plin. 18, 33 (76), 329; — palla, tabo munus imbutum, novam incendio nuptam abstulit, Hor. Epod. 5, 65; — multa vaporis corpora, quae stomacho praebent incendia nostro, Lucr. 4, 872. ubi ferventi concepta incendia pastu gurgite mulcebat rapido et spumantibus undis, Sil. 6, 162; — von einer Statue: nonne vides, ut saeva senex incendia monstret? Claud. Idyll. 7, 9. — β) der **Glanz**, at Mavors - Aetnea Cyclopum munere fundentem loricam incendia gestat, Sil. 9, 447.

3) übtr., der **Brand**, das **Feuer**, die **Gluth**, zunächst des Aufruhrs, des Krieges u. dgl., quo nisi paene in ipso urbis incendio atque in desperatione omnium salutis - numquam ante descensum est, Caes. BC. 1, 5, 3. vide, quaeso, satisne rectum sit, nos hoc tanto incendio civitatis in istis locis esse, Cic. Fam. 9, 3, 1. quum pauci homines et insulani totius incendium continentis adolerent, Pacat. 23, 3; — Drusus, qui a patre in id ipsum plurimo quidem igne emicans incendium militaris tumultus missus erat, prisca antiquaque severitate - obsidentes coërcuit, Vell. 2, 125, 4. quis - nesciat - tanti incendia belli? Virg. A. 1, 566. ibat et in medii praeceps incendia belli, VFlacc. 6, 739. Libyae clades et primi incendia belli aggerat, Sil. 2, 358. metuentes, ne victis Atheniensibus veluti vicinum incendium belli ad se transiret, Justin. 9, 3, 5. nisi belli civilis incendium salute patriae restinxeris, Cic. Marcell. 9, 29; serius ei triumphandi causa fuit, ne Q. Terentio Culleone praetore causam lege Petillia diceret et incendio alieni iudicii, quo L. Scipio damnatus erat, conflagraret, Liv. 39, 6, 4. hic amor Medeae quanta miseriarum excitavit incendia! Cic. Tusc. 4, 32, 69; — ohne nähere Bestimmung: haec tanta brevi miscentem incendia Pyrrhum sustinuit tota moerens Oenotria lustro, Claud. BGet. 145. sed quae provincia est, ex qua illa fax excitare non possit incendium? Cic. Phil. 7, 1, 3. caetera quae in Libyam portari incendia suades, expediet tempus, Sil. 16, 160. cum videremus finitimum populum nefario latrocinio Samnitium peti, et ubi conflagrassent Sidicini, ad nos traiecturum illud incendium esse, Liv. 7, 30, 12. aluistis ergo hoc incendium, quo nunc ardetis, 21, 10, 4. ut in seros irent magis ista nepotes atque alius lueret tam dira incendia raptor, Sil. 8, 399. quasi ignis incendio Lepidus accessit, Flor. 2, 16 (4, 6), 1. res enim cogit huic tanto incendio succurrere omnes, qui aut imperium aut nomen denique populi Romani salvum volunt esse, Cic. Fam. 10, 33, 5. eorum fortunas dissipari, quibus nos olim adiutoribus illud incendium exstinximus, d. Catil. Verschwörung, 4, 13, 2. nova perditorum hominum manus quasi ex obruto incendio subita de cineribus flamma prodibat, Flor. 1, 31 (2, 15), 15. male obrutum

resurrexit incendium, 2, 9 (3, 21), 9; quum idem ille (Catilina) - paucis diebus ante Catoni - iudicium minitanti ac denuncianti respondisset, si quod esset in suas fortunas incendium excitatum, id se non aqua sed ruina restincturum, Cic. Mur. 25, 51. u. vgl. Sall. C. 31, 9. VMax. 9, 11, 3. Flor. 2, 12 (4, 1), 7; — ferner der Leidenschaften: quem enim deditum voluptatibus, quem cupiditatum incendiis inflammatum in iis potiendis, quae acerrime concupivisset, tanta laetitia perfundi arbitramur, quanta cet.? Cic. Fin. 5, 24, 70. quum bello vastabitur Italia, vexabuntur urbes, tecta ardebunt, tum te non existimas invidiae incendio conflagraturum? Cat. 1, 11, 29. tantum ut procul abesset curabat, interim velut ab incendio flagrantis irae, dum Philippus viveret, se defensurus, Liv. 40, 56, 2; se populare incendium priore consulatu semustum effugisse: optare, ut omnia prospere venirent, 22, 40, 3. facile est enim verbum aliquod ardens, ut ita dicam, notare idque restinctis iam animorum incendiis irridere, Cic. Or. 8, 27. qui in accusando sodali meo tantum incendium non oratione solum, sed etiam multo magis vi et dolore et ardore animi concitaras, ut ego ad id restinguendum vix conarer accedere, dOr. 2, 47, 197. nostros ut luctus nostraeque incendia mentis carbasus obscurata decet ferrugine Hibera, Catull. 64, 226; — bes. der Liebe: serventur vultus ad nostra incendia nati, quique subest niveo lenis in orbe rubor, Ov. Her. 19 (20), 119. adstiterit tunicata, „moves incendia" clama, sed timida, caveat frigora, voce roga, AA. 2, 301. aliae (nymphae) satyris incendia mitia praebent, F. 1, 411 ita mi in pectore atque in corde facit amor incendium, Plaut. Merc. 3, 4, 3. crescente - amoris in Cleopatram incendio - bellum patriae inferre constituit, Vell. 2, 82, 4. quaeque aspera, mater, perpetior durae iandudum incendia mentis, VFlacc. 7, 242. nova, si possis, sedare incendia temptes, Ov. Rem. am. 117.

II) das Inbrandsetzen, die Verbrennung, 1) eig.: ut, cum oppidum id oppugnaret Cambyses rex ventumque esset incendiis ad crepidines obelisci, exstingui iuberet -, Plin. 36, 9 (14), 66. quid profectum caede et incendiis legionum nisi ut plures validioresque accirentur? Tac. H. 5, 25. illa (loca pinguia) naturali ubertate respondent, haec (l. sterilia) beneficio laetantur incendii, Pallad. 1, 6, 13. — 2) übtr., die Steigerung, Erhöhung, gravia annonae - incendia, Manil. 4, 168. u. so Quint. decl. 12, 4; clamoris ululabilis incendio tela summa peritia dispergebant, Amm. 19, 5, 5.

Incendo, cendi, censum, ĕre, in Brand setzen, anbrennen, anzünden, anstecken, u. mit Rücksicht auf den Zweck: verbrennen, abbrennen, zunächst überh. als Mittel zu Erreichung eines Zweckes, meist aber um Schaden anzurichten, u. so bes. militär., auch vom Verbrennen der Menschen, 1) eig.: dependent lychni laquearibus aureis incensi, Virg. A. 1, 727. saxa et incensas faces iaculetur orbis, Sen. Herc. Oet. 872. incenduntque cavas fumante bitumine venas, Ov. M. 14, 792. cupas taeda ac pice refertas incendunt, Caes. BC. 2, 11, 2. sarmenta in cornibus iuvencorum deligata incendit, Nep. Hann. 5, 2. pulchre hoc incendi rogum: ardet, tenetur, Afran. 114. u. vgl. Plaut. Men. 1, 2, 44. fas et iura sinunt - incendere vepres, Virg. G. 1, 271. nunc urenda sunt pascua, ut - incensis aridis nova laetius herba succedat, Pallad. 9, 4. saepe etiam steriles incendere profuit agros, Virg. G 1, 84. sic urenda distingues (loca), ut ad incensum agrum post quinquennium revertaris, Pallad. 1, 6, 13; aber selten: pestifera arma iacit (Delius) camposque et celsa Cyclopum tecta superiecto nebularum incendit amictu, Stat. Theb. 1, 630; absol.: nec incendit nisi ignis, nec madescimus nisi humore, Quint. 6, 2, 28; — fragiles incende bitumine laurus: Daphnis me malus urit, ego hanc in Daphnide laurum, Virg. E. 8, 82. u. so vgl. Calp. 11, 25. sternite lectos, incendite odores, Plaut Men. 2, 3, 3. hic iam galbaneos suadebo incendere odores, Virg. G. 4, 264. incendes odores? Cic. Tusc. 3, 18, 43. ture, odoribus incensis, II. Verr. 4, 35, 77. narcissum casiamque, herbas incendit olentes, Auct. Cir. 370; daher auch: tum Salii ad cantus incensa altaria circum - adsunt, Virg. A. 8, 285. lustramurque Iovi votisque incendimus aras, 3, 279. hedychri incendamus scutellam, Cic. Tusc. 3, 19, 45; auch: lenique primum igne et tenuibus admodum lignis - fornacem incendemus, Col. 12, 19, 3; dah. incensum dictum, quia igne consumitur, dum offertur, vom Weihrauch, Isid. Orig. 4, 12. = θυμίαμα, Gloss. Philox. u. vom Opfer: incensum abominatio est mihi, Tert. adv. Iud. 5; — videt omnia late-incensa, Claud. in Rufin. 2, 70. qua fugit incendit vestitos messibus agros, Ov. F. 4, 707. incenso monte Coelio, näml. die Gebäude daselbst, Vell. 2, 130, 2. ab incenso Capitolio illum esse vigesimum annum, Sall. C. 47, 2. quem cum Capitolio incendit, Eutr. 7, 18. num incensa cremavit Troia viros? Virg. A. 7, 295. fatorum hic exitus illum sorte tulit Troiam incensam et prolapsa videntem Pergama, 2, 555. alii rapiunt incensa feruntque Pergama, 2, 374. nos te Dardania incensa tuaque arma secuti, 3, 156. nos patria incensa diversa per aequora vectae, 3, 325. urbem Romam incendit, Eutr. 7, 14. quod re integra primo incendendum Avaricum, post deserendum censuerat, Caes. BG. 7, 30, 2. urbem incendere, Sall. C. 24, 4. Suet. Ner. 43. surgunt - ad incendendam urbem, Curt. 5, 22 (7), 5. quid tandem, si spopondissemus urbem hanc relicturum populum Romanum? si incensurum? Liv. 9, 9, 6. quod Lentulo et aliis caedem Saturnalibus fieri atque urbem incendi placeret, Cic. Cat. 3, 4, 10. urbs incensa, Vell. 2, 74, 4. succurritis urbi incensae, Virg. A. 2, 353. incensa Danai dominantur in urbe, 2, 327. oppidum incensum, Numidae puberes interfecti, cet., Sall. J. 91, 6. ipsos oppida vicosque, quos incenderant, restitui iussit, Caes. BG. 1, 28, 3. vicos castellaque incendere, Sall. H. 1, 86. multa castella et oppida - capit inceditque, 54, 6. oppida sua omnia - vicos - reliqua privata aedificia incendunt, frumentum omne - comburunt,

Caes. BG. 1, 5, 2. opportuna loca urbis incendere, Sall. C. 43, 2. lucus - nocturno tempore incensus est, Nep. Milt. 7, 3. si regiam Persarum iussisset incendi, Curt. 5, 22 (7), 3. eduxit copias, ut Archelai turrim - ligneam incenderet, und: numquam quiverunt incendere, Gell. 15, 1, 7. incensis moenibus suis, Flor. 1, 45 (3, 10), 2. aedificia incendere, Sall. J. 20, 3. quid? me, volturi, tuan' causa aedes incensurum censes? Plaut. Capt. 4, 2, 64. u. vgl.: si istuc conare ut [nunc] facis indicium, tuum incendes genus (Haus u. Hof): tum igitur aquae erit tibi cupido, genus qui restinguas tuum, Trin. 3, 2, 49. domum mei fratris incenderat, Cic. Mil. 32, 87. merito iam suspectus, tamquam ipse suas incenderit aedes, Juv. 3, 222. huc undique Troia gaza incensis erepta adytis - congeritur, Virg. A. 2, 764. classem pulcherrimam populi Romani in littus expulsam et eiectam, quum primum advesperasceret, inflammari incendique iussit, Cic II. Verr. 5, 35, 91. tua luxurie atque avaritia classis populi R. a praedonibus capta et incensa est, 7, 52, 137. incendat navem Iuppiter ipse licet, Prop. 3 (2), 22, 22. nuntius - incensas perfert naves, Virg. A. 5, 665. naves, quibus usus non est, omnes aut praecidisse aut incendisse dicunt, Cic. Att. 9, 6, 3. praecipit, ne cui parceretur munimentis urbis, quam obsidebat, incensis, Curt. 8, 34 (10), 5. incensis operibus, Nep. Milt. 7, 4. cum oppidum captum non esset aut castra hostium non incensa essent, Cato frg. p. 46, 1. saepe antea vineis Romanorum subversis, item incensis, Sall. J. 94, 4. suis primum sarcinis face subdita ceteras incendi praecepit, Curt. 6, 21 (6), 15. qui tabularium incenderit, Cic. ND. 3, 30, 74. curruque paterno intextus Phaethon glaucos incendit amictus, Claud. VI. Cons. Hon. 166; auch: Aiax fulmine incensus, Plin. 35, 9 (36), 60; — vom Verbrennen der Todten u. Leb.: nec tamen eorum ante sepulcrum est, quam iusta facta et corpus incensum est, Cic. Leg. 2, 22, 57. cum Septimius illic, ubi vita functus est, esset incensus, Spart. Sever. 24. ut vivus incendi iuberetur, Amm. 29, 3, 5. adulterii reos semper vivos simul incendit iunctis corporibus, Capitol. Macrin. 12. u. so Vulcat. Gall. Avid. Cass. 13.

2) als Folge a) **in Gluth versetzen, erhitzen**, ad hoc sol omnia incenderat, Curt. 4, 30 (7), 13. te vel ad incensas Libyae comitabor arenas, Claud. in Rufin. 2, 241. flagrat incensum siti cor et perustis flamma visceribus micat, Sen. Thyest. 98. eo tempore aptissima sunt et caro et olus: potio quam dilutissima, ut et sitim tollat nec corpus incendat, Cels. 1, 3. principio caput incensum fervore gerebant, Lucr. 6, 1145. si caput in sole protegit, ne incendatur, neve subitum ex repentino nubilo frigus id moveat, Cels. 1, 5. rabie iecur incendente feruntur praecipites, Juv. 6, 648. ima dolor balantum lapsus ad ossa cum furit - profuit incensos aestus avertere, Virg. G. 3, 459. — b) **in Glanz versetzen, erleuchten, erhellen**, huius (solis) hanc lustrationem eiusdem incensa radiis menstruo spatio luna complet, Cic. ND. 1, 31, 87. incendĕre diem nubes oriente remotae, Lucan. 4, 68. luminibus fulmineum iubar incendit aequor sibilisque undae tremunt, Petron. 89, 2, 40. deque tropaeorum, quod sol incenderit, auro Romani tecta fuisse fori, Ov. Pont. 2, 1, 41. anguis - caeruleae cui terga notae maculosus et auro squamam incendebat fulgor, Virg. A. 5, 88. nunc vivis digitos incendere gemmis gaudebat, Stat. Silv. 2, 1, 134.

est, Pers. 5, 153. — Insbes. in der Grammatik von der Ableitung: mores (ἤθος) appellantur, atque inde pars quoque illa philosophiae ἠθική moralis est dicta, Quint. 6, 2, 8. hi diversas opiniones tradiderunt appellatique inde Apollodorei ac Theodorei ad morem certas in philosophia sectas sequendi, 3, 1, 18. latae deinde leges, non solum quae regni suspicione consulem absolverent, sed quae adeo in contrarium verterunt, ut popularem etiam facerent: inde cognomen factum Publicolae est, Liv. 2, 8, 1. a lavando lotus et inde rursus illotus, Quint. 1, 4, 13. u. so vgl. 1, 5, 69. 9, 4, 39; — u. in der Gerichtssprache von der gegnerischen Partei vgl.: Saepe inter se collidi solent inde testatio hinc testes: locus utrinque: haec enim se pars iureiurando, illa consensu signantium tuetur. Saepe inter testes et argumenta quaesitum est: inde scientiam in testibus et religionem, ingenia esse in argumentis dicitur, hinc testem gratia, metu, pecunia, ira, odio, amicitia, ambitu fieri: argumenta ex natura duci, in his iudicem sibi, in illis alii credere, Quint. 5, 7, 32. u. vgl. im Ggstz. zu hinc, 5, 13, 2. u. ohne Ggstz., 3, 6, 9. 6, 1, 6. 7, 1, 6.

2) in der Zeit, a) im Allg., von dem Zeitpunct (Moment) an, von da an, seitdem, nam simul ac species patefacta'st verna diei et reserata viget genitabilis aura favoni, aëriae primum volucres —: inde ferae pecudes persultant pabula laeta cet., Lucr. 1, 10 sqq. hic finis Appio alienae personae ferendae fuit: suo iam inde vivere ingenio coepit, Liv. 3, 36, 1. duplex inde fama est, 1, 1, 6. paucorum inde dierum quiete sumpta et vixdum satis percurato vulnere ad Victumvias oppugnandas ire pergit, 21, 57, 9. haud longi inde temporis, dum intolerabilia frigora erant, quies milita data est, 21, 58, 1; — an inde vetus Thebis extenditur omen, *ex quo* - Cadmus exul hyanteos invenit regna per agros? Stat. Theb. 1, 180. quamquam haec inter nos nuper notitia admodum'st, *inde* adeo *quom* agrum in proximo hic mercatus es, nec rei fere sane amplius quicquam fuit, tamen cet., Ter. Heaut. 1, 1, 1 sqq. amoenitate et salubritate insulae iam inde captus, cum ad eam ab Armenia rediens appulisset, Suet. Tib. 11. Galbam, Africanum, Laelium doctos fuisse traditum est (oratores), - post vero Lepidum, Carbonem, Gracchos, inde ita magnos nostram *ad* aetatem, ut non multum aut nihil omnino - Graecis cederetur, Cic. Tusc. 1, 3, 5. inde durat ad nos usque „vehementer" et „comprehendere" et „mihi", Quint. 1, 5, 21. u. vgl.: nam quoad longissime potest mens mea respicere spatium praeteriti temporis et pueritiae memoriam recordari ultimam, *inde usque* repetens, hunc video mihi principem - exstitisse, Cic. Arch. 1, 1; — qui homo cum animo *inde ab* ineunti aetate depugnat suo, Plaut. Trin. 2, 2, 24; in quo admirandum est, congressune aliquo inter se an *iam inde ab* ortu natura ipsa congregatae sint (bestiolae), Cic. ND. 2, 48, 124. Ap. Claudium - praefectum urbis relinquunt inpigrum iuvenem et iam inde ab incunabulis inbutum odio tribunorum plebisque, Liv. 4, 36, 5. praecipuum iam inde a teneris impende laborem, Virg. G. 3, 74. nam mihi magna cum eo iam inde a pueritia fuit semper familiaritas, Ter. Heaut. 1, 2, 9. hi senes nisi fuissent nihili iam inde ab adulescentia, non hodie hoc tantum flagitium facerent canis capitibus, Plaut. Bacch. 5, 2, 89. ut vos mihi aequos iam inde a principio sciam, Cas. prol. 4. nemo sapienter de re publica nostra cogitavit iam inde a principio huius imperii, quin cet., Cic. prov. cons. 13, 33. iam inde ab initio minime laetus novae origine urbis, Liv. 1, 2, 3. Claudiae genti iam inde ab initio nihil antiquius in re publica patrum maiestate fuisse, 6, 40, 3; seque ad ludos *iam inde abhinc* exerceant, Pacuv. 21; convenit *iam inde* per consules reliqua belli perfecta, Liv. 9, 16, 1. incolunt prope Allobroges, gens iam inde nulla Gallica gente opibus aut fama inferior: tum discors erat, 21, 31, 5. arma manipli pone ferunt volucres portis auriga sub ipsis comit equos et iam inde iugo luctatur Arion, Stat. Theb. 4, 42.

b) insbes. von der Reihenfolge in der Zeit, von da an, darauf, Agrippa inde Tiberini filius, post Agrippam Romulus Silvius a patre accepto imperio regnat, Liv. 1, 3, 9. his expugnatis eodem impetu altera (castra) sunt adorti, inde tertia et quarta et deinceps reliqua, Caes. BC. 3, 9, 7. exin Rhaeticum Vindelicumque bellum, inde Pannonicum, inde Germanicum gessit, Suet. Tib. 9. inde apud senatum non comptior Galbae, non longior quam apud militem oratio, Tac. H. 1, 19. u. so vgl. A. 1, 29, 41; — Circeios profectus primum colonos inde Romanos expulit —: inde in Latinam viam transversis tramitibus transgressus Satricum - haec Romanis oppida ademit: inde Lavinium recipit, tum deinceps Corbionem - cepit: postremum cet., Liv. 2, 39, 4. interim ii, qui ad alteram partem oppidi - munitionis causa convenerant, primo exaudito clamore, inde etiam crebris nuntiis incitati, oppidum a Romanis teneri, praemissis equitibus magno concursu eo contenderunt, Caes. BG. 7, 48, 1. primo stupor omnes admiratione rei tam atrocis defixit: silentium inde aliquamdiu tenuit, Liv. 3, 47, 6. flore aetatis, uti ferunt, primo Hamilcari conciliatus, gener inde ob altam indolem profecto animi adscitus, 21, 2, 4. castellum inde, quod caput eius regionis erat, viculosque circumiectos capit, Liv. 21, 33, 11. iumenta inde et homines contracti et opus inpigre coeptum, 25, 11, 19. vixdum clamore sublato iaculatores fugerunt inter subsidia ad secundam aciem: inde equitum certamen erat aliquamdiu anceps: dein cet., 21, 46, 6. id satis consuli visum, cur pro victo relinqueret hostem, integro inde decedens bello, 2, 62, 5. u. vgl. 1, 2, 6; — talibus inde modis ora indignantia solvit, Ov. M. 1, 181. audimur: vocat ipse ratem nautasque morantes increpat: inde meum timido iam frigore pectus labitur, Stat. Silv. 3, 2, 50. u. vgl. 4, 4, 26. Theb. 1, 303. VFlacc. 5, 225; — mit *Genit.*: inde loci lituus sonitus effudit acutos, Enn. A. 522. u. vgl.

22. Sat. 3. sic nova tum tellus herbas virgultaque primum sustulit, inde loci mortalia saecla creavit, Lucr. 5, 789. u. vgl. 5, 438. 740; — *inde ubi* venēre ad fauces grave olentis Averni, tollunt se celeres, Virg. A. 6, 201. inde ubi prima fides pelago - deducunt socii naves, 3, 69; — addit duos colles, Quirinalem Viminalemque: *inde deinceps* auget Esquilias, Liv. 1, 44, 3; prima causa publica pro Sex. Roscio dicta tantum commendationis habuit ut non ulla esset, quae non digna nostro patrocinio videretur: *deinceps inde* multae, quas non minus diligenter elaboratas et tamquam elucubratas afferebamus, Cic. Brut. 90, 312. sed antecedente fama nuntiisque Clusinorum, deinceps inde aliorum populorum, plurimum terroris Romam celeritas hostium tulit, Liv. 5, 37, 6. u. vgl.: ad alia deinceps atque inde alia non minus communia ac nota devertunt, Quint. 2, 11, 5; hic prius ad Amphipolim cum Chimaro quodam populari suo militante apud Persea, *inde postea* ad Demetriadem semel cum Menecrate quodam, iterum cum Antimacho, regiis ducibus, sub ipsis moenibus urbis collocutus fuerat, Liv. 44, 24, 9. ova parire solet genus pinnis condecoratum non animam: et *post inde* venit divinitus pullis ipsa anima, Enn. A. 10 sqq.

indēbĭtus, a, um (in u. debeo), **nicht schuldig, nicht gebührend**, praemia magna quidem, sed non indebita posco, Ov. Her. 15 (16), 19. non indebita posco regna meis fatis, Virg A. 6, 66. usurpator indebitae potestatis, Amm. 26, 7, 12; — quamvis est igitur meritis indebita nostris, magna tamen spes est in bonitate dei, Ov. Pont. 1, 6, 45. non aliena peto terrisque indebita nostris, VFlacc. 5, 509; — bes. in Geldangelegenheiten u. dgl. bei den ICt. u. so subst. indebitum, das, was man nicht schuldet, vgl.: indebitum est non tantum quod omnino non debetur, sed et quod alii debetur, si alii solvatur, aut si id, quod alius debebat, aliis, quasi ipse debeat, solvat, Paul. Dig. 42, 6, 65. §. 9; cum de indebito quaeritur, quis probare debet, non fuisse debitum? und: is, qui accepisse dicitur rem vel pecuniam indebitam, und: summa ind., pecuniae ind. u. öft., 22, 3, 25. si non sortem quis, sed usuras indebitas solvit, dann: sortem quasi indebitam repeti posse, Ulp. 12, 6, 26. quod indebitum per errorem solvitur, aut ipsum aut tantundem repetitur, Pompon. 12, 6. 7. u. *Adv.*, ohne daß man etw. schuldig ist, sed haec ubi de solutione indebiti quaestio est: sin autem cautio **indebite** exposita esse dicatur cet., und: nisi evidentissimis probationibus in scriptis habitis ostendere paratus sit, sese haec indebite promisisse, Paul. 22, 3, 25. §. 3. tria **indebito** soluta sunt, Ulp. 12, 6, 25.

indĕcens, entis, **unschicklich, unanständig, häßlich, ekelhaft**, v. Lebl.: illis asper atque indecens corporum habitus est, Mel. 2, 2, 1. paene terram nasus indecens tangit, Mart. 2, 11, 4. indecens inter locorum proprietates status signorum, Vitr. 7, 5. risus ind., Suet. Claud. 30. Petr. 20, 7. ind. morbus, Mart. 11, 61, 13. in hac cunctatione sunt quaedam non indecentes, ut appellant scenici, morae, Quint. 11, 3, 158. sunt enim causae quaedam, quae hoc natura ipsa rei non indecens faciant, ut cum pater ex meretrice natum - abdicat, 11, 1, 82. nihil est tam indecens, quam cum mollia dure fiunt, 10, 2, 19; — v. Leb.: nunquid indecens sum? nunquid incompta? Petr. 128, 3. illinc cucullo prospicit caput tectus oculoque ludos spectat indecens uno, Mart. 5, 14, 6; — im *comp.*: nihil est indecentius, quam ubi scolasticus forum, quod non novit, imitatur, Sen. Contr. 10. praef. 12; — im *superl.*: indecentissimam rubore faciem sudario abscondit, Petr. 67, 13 — *Adv.*: quam sit lusca Philaenis **indecenter**, vis dicam breviter tibi, Fabulle? esset caeca decentior Philaenis, Mart. 12, 22. puer - catellam nigram atque ind. pinguem prasina involvebat fascia, Petr. 64, 6. quae poterunt utroque modo non ind. efferri, Quint. 1, 5, 64; — im *comp.*: numquam vidi hominem beatum indecentius, Sen. Ep. 3, 6, 5 (27); — im *superl.*: quia ultima prioris syllabae littera, quae exprimi nisi labris coëuntibus non posset, aut intersistere nos indecentissime cogit, aut cet , Quint. 8, 3, 45.

indĕcentia, ae, *f.*, das **unschickliche**, **häßliche Ansehen**, non magnum indecentiae vitium, Vitr. 7, 5, 6. et difficultatem et indecentiam et periculum infert aegrotanti (hydrops), CAur. Chron. 3, 8, 107.

indĕceo, ēre, **nicht ziemen, übel anstehen**, nam iuvenes confusa adhuc quaedam et quasi turbata non indecent, Plin. Ep. 3, 1, 2.

indĕceptĭbĭlis, e, **nicht fähig zu täuschen**, Boëth. Arist. top. 5. p. 698.

indĕcĭduus, a, um, **nicht abfallend**, Boëth. Arist. top. 6. p. 706.

indĕclīnābĭlis, e, **unbeugsam, unabänderlich**, a) im Allg.: iudex, Amm. 25, 4, 7. iustorum iniustorumque distinctor, 18, 1, 2. magni spiritus (virtus) et erecti, exactae prudentiae, indeclinabilis iustitiae, Sen. Ep. 9, 3, 29 (74). u. vgl.: omnibus enim istis una virtus subest, quae animum rectum et indeclinabilem praestat, 7, 4, 13 (66). fatum, Amm. 29, 1, 34. fatum est - sempiterna quaedam et indeclinabilis series rerum et catena, Gell. 6, 2, 1. cum sors partium eventu regeretur indeclinabili, Amm. 19, 8, 2. — b) grammat., **nicht beugungsfähig**, Gramm.

indĕclīnātus, a, um, **unverändert, fest, beständig**, haec tibi, qui perstas indeclinatus amico, Ov. Pont. 4, 10, 83. teque, quod est rarum, praesta constanter ad omne indeclinatae munus amicitiae, Trist. 4, 5, 23.

indĕcor (angenommene Form v. Prisc. I. p. 235, 15. Charis. p. 85, 27) od. **indĕcŏris**, e, **nicht geziemend, unrühmlich**, nur b. Dicht., meist v. Pers., nicht vom Aeußern: cur indecores in limine primo deficimus? Virg. A. 11, 423. ibimus indecores frustraque tot aequora vectae, VFlacc. 5, 670 nos indecores longo torpebimus aevo omnibus eiectae regnis? Claud. in Rufin. 1, 58. u. mit Negationen: non tamen indecorem tua te regina reliquit extrema iam in morte, Virg. A. 11, 845. stat quidquid acerbi'st morte pati neque me indecorem, germana, vi-

debis, 12, 679. sunt aliae innuptae Latio - nec genus indecores, 12, 25. non erimus regno indecores, 7, 231; — cuius sit vita indecoris, mortem fugere turpem haut convenit, Att. 193. date fallaci pudibunda senectae exitia indecoresque obitus, VFlacc. 1, 810. iam tum indecores iustaeque dolorum primitiae, ut tenero superati protinus angues, 3, 515. non indecores aeraria lassant expensae, Claud. Laud. Stil. 2, 145.

indĕcŏrābĭlĭter, *Adv.*, unschicklicher Weise, ind. alienos alunt, Att. 258.

indĕcōre, *Adv.*, s. indecorus.

indĕcŏris, e, s. indecor.

indĕcŏro, āre, entehren, entstellen, qui erit, qui non me spernens, incilans probris, sermone indecorans turpi fama differet? Att. 458. utcumque defecēre mores, indecorant bene nata culpae, Hor. Od. 4, 4, 35.

indĕcōrus, a, um, nicht ziemend, nicht geziemend, im Gegensatz zu indecor überall in Poesie u. Prosa, selten v. Pers. (nur Tac. Agr. 16., wo And. indecoris schreiben), von Aeußerem sowohl als im ethischen Sinne, a) vom Aeußeren, unziemlich, unschön, häßlich, uva eius indecora visu, sapore iucunda, Plin. 12, 2 (4), 28. eoque et brevius membrum et indecorum fit, Cels. 8, 10, 7. u. vgl. 7, 9, 1. soror Germanici, formae initio aetatis indecorae, mox pulchritudine praecellebat, Tac. A. 4, 3. patrem eius tonsorem, vix diurno quaestu propulsantem famem, propter habitum haud indecorum cordi fuisse reginae, Curt. 9, 7 (2), 6. ne status indecorus, Quint. 1, 11, 16. ludiones ex Etruria acciti ad tibicinis modos saltantes haud indecoros motus more Tusco dabant, Liv. 7, 2, 4. si digitorum saltem incerto aut indecoro gestu a computatione dissentit, Quint. 1, 10, 35. impudens, tumultuosa, iracunda actio omnibus indecora, 11, 1, 29. est et illa indecora in dextrum ac laevum latus vacillatio, 11, 3, 128. non exurgunt modo verum etiam excurrunt et cum indecora exultatione conclamant, 2, 2, 12. auch: pecora exsultantia et indecora lascivia ludentia, Plin. 18, 35 (88), 364. indecoro visu pertralucida (charta), 13, 12 (24), 79; indecora vel voce vel gestu pronuntiatio, Quint. 3, 3, 3. pater consularis, avus praetorius, maternum genus inpar nec tamen indecorum, Tac. H. 2, 50. nec vim afferam nominibus his indecora in Latinum mutatione, Quint. 2, 14, 4. — b) ethisch, nicht geziemend, unziemlich, unschicklich, unanständig, unrühmlich, vgl.: ut enim in vita, sic in oratione nihil est difficilius quam quid deceat videre: πρέπον appellant hoc Graeci, non dicamus sane decorum, Cic. Or. 21, 70. u. weiter: quam enim indecorum est, de stillicidiis quum apud unum iudicem dicas, amplissimis verbis et locis uti communibus, de maiestate populi Romani summisse et subtiliter, §. 72. u. vgl. 25, 82; — ἐντεροκήλην et ἐπιπλοκήλην Graeci vocant, apud nos indecorum, sed commune his, herniae nomen est, Cels, 7, 18. idem ergo populus ille aliquando scaenici imperatoris spectator et plausor nunc in pantomimis quoque aversatur et damnat effeminatas artes et indecora saeculo studia, Plin. Pan. 46, 4. illa vero vitiosissima, quae iam humanitas vocatur, invicem qualiacumque laudandi, cum est indecora et theatralis et severe institutis scholis aliena, Quint. 2, 2, 10. eloquentiae ut indecora iactatio, ita nonnunquam concedenda fiducia est, 11, 1, 25. quod enim viriliter animoque magno fit, id dignum viro et decorum videtur: quod contra, id ut turpe sic indecorum, Cic. Off. 1, 27, 94. si nihil malum nisi quod turpe, inhonestum, indecorum, pravum, flagitiosum, foedum - quid praeterea dices esse fugiendum? Fin. 3, 4, 14. considerare debeant, liceatne tum pacem agere, dein quod quaesitur satisne pium tutum, gloriosum an indecorum sit, Sall. H. 4, 61, 1. esse in verbis quod deceat aut turpe sit, nemini dubium est: unum iam igitur huic loco - adiiciendum videtur, quibus modis ea, quae sunt natura parum speciosa quaeque non dicere, si utrumlibet esset liberum, maluissemus, non tamen sint indecora dicentibus, Quint. 11, 1, 60. indecorum est - omne nimium ideoque etiam quod natura rei satis aptum est, nisi modo quoque temperatur, gratiam perdit: cuius rei observatio iudicio magis quodam sentiri quam praeceptis tradi potest, quantum satis sit et quantum recipiant aures, Quint. 11, 1, 91; — von Personen: Trebellius fuga ac latebris vitata exercitus ira indecorus atque humilis, Tac. Agr. 16; — indecorum est mit *Inf.*: nec Macedonibus Persas imitari indecorum (esse), Curt. 9, 12 (3), 14. et corrugare nares, ut Horatius dicit, et inflare et movere et digito inquietare et pulso subito spiritu excutere et diducere saepius et plana manu resupinare indecorum est, Quint. 11, 3, 80. — *Adv.*: commune omnibus est, umbilicum **indecōre** prominere, Cels. 7, 14. insignibus quoque imperii, ne fugam proderent, indecore abiectis, Curt. 3, 27 (11), 11. simul captae lintres sagulis versicoloribus haud indecore pro velis iuvabantur, Tac. H. 5, 23. pulcritudinem, constantiam, ordinem in consiliis factisque conservandam putat (natura ratioque) cavetque, ne quid indecore effeminateve faciat, Cic. Off. 1, 4, 14. sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit, quae nostri ingenii non erunt, omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, ut ea si non decore, at quam minime indecore facere possimus, 1, 31, 114. illa nimia quorundam fuit observatio, ut vocabula verbis, verba rursus adverbiis, nomina appositis et pronominibus essent priora: nam fit contra quoque frequenter non indecore, 9, 4, 24; — im *comp.*: nec mediocriter laborandum est, ne procerae illae sententiae male sint amictae, neve indecorius cinctae neve sint seminudae, Front. ad Ant. imp. ep. 1, 2.

indēfătīgābĭlis, e, unermüdbar, alius contentus brevi somno vigiliam indefatigabilem extendit, Sen. dIra 2, 12, 4.

indēfătīgātus, a, um, unermüdet, intraturus es urbem dis hominibusque communem, omnia conplexam certis legibus aeternisque devinctam,

indefatigata coelestium officia volventem, Sen. cons. ad Marc. 18, 1.

indēfectus, a, um (in u. deficio), unvermindert, ungeschwächt (chamaeleon) ieiunus scilicet semper et ind., Tert. pall. 3. manet integra et indefecta materiae matrix, Apolog. 21. cum-vivacitas illic aeterna et indefecta sit, Apul. de deo Socr. 4.

indēfensus, a, um, unvertheidigt, militärisch: hic praebituri, inquit, vos telis hostium estis indefensi, inulti? Liv. 4, 28, 3. et indicare clades suas et petere praesidium et queri indefensos neglectosque (Hirpinos Samnitesque), 23, 43, 1; — bellumque sinu indefensa recepit (Campania), Sil. 6, 652. ut Capuam - desertam indefensamque populo Romano tradat, Liv. 25, 15, 2. committendam rerum summam in discrimen utcumque ratus, ne partis indefensae iactura fieret, 33, 7, 10. sic Capitolium clausis foribus indefensum et indireptum conflagravit, Tac. H. 3, 71; — juristisch: propria vi Crispus incubuerat delatorem fratris sui pervertere, traxeratque magnam senatus partem, ut indefensum et inauditum ad exitium postularent, Tac. H. 2, 10. an festinamus cum Germanici cineribus adpellere, ut te inauditum et indefensum planctus Agrippinae ac vulgus imperitum primo rumore rapiant? A. 2, 77. inauditi atque indefensi tamquam innocentes perierant, H. 1, 6. non-inauditum et indefensum saeculum nostrum patiar hac vestra conspiratione damnari, Or. 16. u. ohne inauditus: ne indefensa coniux exitio daretur, A. 13, 34. — *Adv.*: quae argenti distractores et alii negotiatores **indefense** constituerint, Justinian. Cod. 4, 18, 2. § 2.

indēfessus, a, um, unermüdet, defessa iubendo est saeva Iovis coniunx: ego sum indefessus agendo, Ov. M. 9, 198. nunc validam dextra rapit indefessa bipennem, Virg. A. 11, 651. Germani ob prospera indefessi ne tum quidem sumpta quiete, quantum aquarum circum surgentibus iugis oritur, vertere in subiecta, Tac. A. 1, 64. adsiduum olim et indefessum-triennio non introisse curiam, A. 16, 22. nec dubito, quin ille - iners ipse alienisque virtutibus tunc quoque invidus imperator, cum ope earum indigeret, tantam admirationem tui non sine quodam timore conceperit, quantam ille genitus Iove post saevos labores duraque imperia regi suo indomitus semper indefessusque referebat, Plin. Pan. 14, 5; — castrorumque eadem comes indefessa tuorum, Claud. VI. Cons. Hon. 600. semper vigens (animus) motibus indefessis, Amm. 14, 11, 18. ab his Aegyptia pervicacia et indefessa pugnandi continuatione vincuntur, Treb. Poll. Claud. 11. — *Adv.*: **indefesse** atque inhumaniter faciens cursitare, Spart. Ver. 5. omnia agere ind. et benigne, Auson. grat. act. 35. und: bonorum amicitias **indefessim** expetere, Sidon. Ep. 3, 2. u. b. Claud. Mam. stat. an. 1, 7.

indēfĭciens, entis, nicht abnehmend, sich nicht vermindernd, wie: lumen, Lact. 4, 8. u. b. and. KS. — *Adv.*: **indēfĭcienter**, Augustin. Conf. 12, 11.

indēfīnītus, a, um, unbestimmt, in Bezug auf die Worte Cicero's: hanc sibi rem praesidio sperant futurum sagt Gellius: futurum - non refertur ad rem, sicut legentibus temere et incuriose videtur, neque pro participio positum est, sed verbum est indefinitum, quod Graeci dicunt ἀπαρέμφατον, neque numeris neque generibus praeserviens, sed liberum undique et inpromissum, 1, 7, 6. proloquiorum partes indefinitae, MCap. 4, 399. u. indefinitum, im Ggsz. zu universale u. particulare, 4, 396. u. vgl. §. 312. — *Adv.*: cum et carnis autem et salsamenti certa pondera in singulos dies constituisset, quidquid esset tamen e terra, vite, arbore, promisce atque indefinite largita est, Gell 2, 24, 7. im Ggsz. zu particulariter u. universaliter, MCap. 4, 396.

indēflētus, a, um, unbeweint, qui lacriment desunt indefletaeque vagantur natarum matrumque animae iuvenumque senumque, Ov. M. 7, 611.

indēflexus, a, um (in u. deflecto), ungebeugt, unverändert, übtr. ungeschwächt, quae (stellae) tamen indeflexo et certo et stato cursu meatus longe ordinatissimos - efficiunt, Apul. de deo Socr. 2, 2; — iam firmitas, iam proceritas corporis, iam honor capitis et dignitas oris, ad hoc aetatis indeflexa maturitas - nonne longe lateque principem ostentant? Plin. Pan. 4, 7. cupiditatem vero semper indeflexam fusiusque vagantem vehementer insimulo, Amm. 17, 5, 11. indeflexa saevitia punientem gregariorum errata cet., 27, 9, 4.

indēiectus, a, um (in u. deiicio), nicht herabgeworfen, - herabgestürzt, si qua domus mansit potuitque resistere tanto indeiecta malo, ohne den Einsturz zu erleiben, Ov. M. 1, 288.

indēlassātus, a, um, unermüdet, curasque per omnes indelassato properantia corda vigore, Manil. 5, 62.

indēlēbĭlis, e, unvertilgbar, unvergänglich, nomenque erit indelebile nostrum, Ov. M. 15, 876 parce, precor, saecli decus indelebile nostri, Pont. 2, 8, 25.

indēlectatus, a, um, unergötzt, at ille non indelectatus nequitiā mea, Petr. 87, 4.

indēlībātus, a, um, unberührt, unversehrt, ungeschmälert, hanc notam formae concessit laetus ovansque indelibata gaudenti virgine donum, Sil. 15, 270. dum iuvat et vultu ridet Fortuna sereno, indelibatas cuncta sequuntur opes, Ov. Tr. 1, 5, 27.

indēlīberātus, a, um, unüberlegt, nil subitum aut indeliberatum iubemus assumi, Cassiod. Var. 7, 8. qui est indeliberata dicturus, 12, 22.

indēlictus, a, um (in u. delinquo), schuldlos, makellos, qui nisi probrum omnia alia indelicta aestimant, Att. 384.

indemnātus, a, um (in u. damno), nicht verurtheilt, ohne verurtheilt worden zu sein, ut quam damnatis crucem servis fixeras, hanc indemnatis videlicet civibus Romanis reservares, Cic. II. Verr. 5, 6, 12. L. Sulla quum bona indemnatorum civium funesta illa sua auctione venderet et se praedam suam diceret vendere, tamen cet., Agr. 2, 21, 56. u. so: civis ind., Pis. 13, 30. Dom. 16, 43. Vell. 2, 45, 1; — pro deûm atque

hominum fidem! hocin' pacto [hinc] indemnatum atque intestatum me abripi? Plaut. Curc. 5, 3, 26. ne absens et indemnatus perageretur reus, Amm. 15, 5, 15. eos igitur ego potissimum damnare debui, quorum lege perfectum est, ne ego indemnatus atque optime de re publica meritus damnatorum poenam sustinerem? Cic. Dom. 4, 9. hi primo coepēre pessumum quemque et omnibus invisum indemnatum necare, Sall. C. 51, 29. u. vgl. Pacat. 12, 4, a fratre indemnatam necari non oportuit, Cic. Inv. 2, 26, 79. an indemnatum, an tribunum a milite occidi oportuerit, Quint. 3, 11, 14. non abs te occidi neque indemnatam poenas pendere oportuit, AHer. 1, 16, 26. indemnatus, innocens in exsilium eiectus a consule vi et minis esse dicetur, Cic. Cat. 2, 7, 14. multi etiam superiore memoria cives Romani sua voluntate indemnati et incolumes - alias se in civitates contulerunt, CBalb. 11, 28. quem enim provocaturum, si hoc indemnato indicta causa non licet? Liv. 3, 56, 13. nemo grammaticus genium indemnatus habebit, Juv. 6, 562; — übtr.: si antequam fata poscant, indemnatum spiritum effuderis, Petr. 111, 11. u. im Scherz: nunc ibo [in meam] praefecturam, ut ius dicam larido et quae pendent indemnatae pernae, eis auxilium ut feram, Plaut. Curc. 4, 3, 8.

indemnis, e (in u. damnum), **schadlos, ohne Schaden, ohne Verlust**, quanto hic mirabilior vir, qui per ferrum et ruinas et ignes illaesus et indemnis evasit! Sen. Ep. 1, 9, 19 (9). at ille victoriam illi excussit, et se urbe capta non invictum tantum, sed indemnem esse testatus est, Const. sap. 5, 7. indemnesque et innoxii earum incolae partium - viverent, ni cet., Amm. 19, 11, 3 dubitat, utrum actionem eum mandare sociis sufficiat, - an vero indemnes eos praestare debeat, Ulp. Dig. 17, 2, 23. si quemquam absolvisset indemnem, Amm. 26, 6, 7. quarum (provinciarum) singulas ut domum propriam custodiebat indemnes, 31, 14, 2.

indemnĭtas, ātis, *f.*, **die Schadloshaltung**, existimans indemnitati suae consuli posse, Papin. Dig. 3, 5, 32. u. ei cautionem indemnitatis officio iudicis praeberi, 3, 5, 31. §. 1. ut indemnitas tibi praestetur eius, quod expendisti, Ulp. 12, 4, 5. nec causam aliquando audivit nec provinciarum indemnitati prospexit, Amm. 21, 16, 17.

indēmonstrābĭlis, e, **unbeweisbar**, fit ind. quartus (modus), Apul. dogm. Plat. 3. p. 274.

indēmonstrātus, a, um, **unbewiesen**, propositio, Boëth. Arist. anal. prior. 2. p. 503.

indēmūtābĭlis, e, **unveränderlich, unabänderlich**, deus inconvertibilis et ind., dann: ind. et incorruptibilis natura, Tert. adv. Hermog. 12. novissimi testamenti semper ind. status est, Pudic. 12. u. andw., auch im *Adv.* **indemutabiliter**, Ennod. ep. 5, 11.

indēnuntiātus od. -nunciatus, a, um, **unangekündigt**, arma indenuntiata moveret, Sen. Suas. 5, 2. indenuntiata sorte rapimur, 2, 2.

indepisci assequi, adipisci, PDiac. p. 106, 14; vgl. indeptare.

indēplōrātus, a, um, **unbeweint**, surge, age, da lacrimas lugubriaque indue nec me indeploratum sub inania Tartara mitte, Ov. M. 11, 669. sed sine funeribus caput hoc, sine honore sepulcri indeploratum barbara terra teget? Tr. 3, 3, 46.

indēprāvātus, a, um, **nicht dem Verderben ausgesetzt**, si una indepravata virtus est et sola permanet tenoris sui, Sen. Ep. 9, 5, 19 (76).

indēprĕcābĭlis, e, **durch Bitten unabwendbar**, ne, si spes fefellisset, culpa inpatientiae et poena ind. subeunda esset, Gell. 1, 13, 3.

indēprĕhensĭbĭlis, e, **unbegreiflich, unbemerkbar**, error, Quint. decl. 4, 15. u. vgl. 8, 11.

indēprensus (d. i. indeprehensus), a, um, **unerspäht, unbemerkt**, also auch: **unerspähbar, unbemerkbar**, ut quondam Creta fertur labyrinthus in alta parietibus textum caecis iter ancipitemque mille viis habuisse dolum, qua signa sequendi frangeret indeprensus et inremeabilis error, Virg. A. 5, 588. retinacula - caecis indeprensa locis erranti opponere praedae, Prud. Hamart. 139. quis Maenaliae Atalantes nesciat egregium decus et vestigia cunctis indeprensa procis? Stat. Theb. 6, 563.

indeptare consequi, PDiac. p. 106, 11; vgl. indepisci.

indeptus, a, um, s. indipiscor.

indēscriptus, a, um, **unabgetheilt**, halant rura rosis indescriptosque per agros fragrat odor, Sidon. carm. 2, 412. sed omitto illud, quod indescriptis etiam vitibus contingere potest, nachher: qui separata generibus vineta non habet, Col. 3, 21, 4., wo *Ponted.* indiscretis schreibt.

indēsertus, a, um, **nicht im Stich gelassen**, also: **unvergänglich, ewig**, indeserta meo pectore regna gere, Ov. Am. 2, 9, 52.

indēses, ĭdis, **unträg**, non omnino inculpatum neque indesidem visum esse (equitem), cuius corpus in tam inmodicum modum luxuriasset, Gell. 6 (7), 22, 4.

indēsĭnens, entis, **nicht aufhörend, unaufhörlich**, Ennod. ep. 6, 10. u. Spät.; *adv.* **indesinenter** bei den KS.

indespectus, a, um, von einem Ort, **in den man noch nie hinabgesehen hat**, also: **in den man nicht hinabsehen kann**, indespecta tenet vobis qui Tartara: cuius vos estis superi, Lucan. 6, 748.

indestrictus, a, um, **unverwundet, unverletzt**, removebitur huius tegminis (der cassis u. parma) officium: tamen indestrictus abibo, Ov. M. 12, 91.

indētermĭnābĭlis, e, **unbestimmbar**, quaestiones, Tert. adv. Marc. 1, 9.

indētermĭnātus, a, um, **unbegrenzt, unbestimmt**, ut indeterminatos agros ratione certa distingueret, Cassiod. Var. 3, 52. genealogiae, Tert. de praescr. haeret. 33. u. im *adv.* **indeterminate**, Boëth. Arist. elench. soph. 3. p. 726.

indētonsus, a, um, **ungeschoren, bartlos**, additur his Nyseus indetonsusque Thyoneus, Ov. M. 4, 13.

indētrībĭlis, e, **unabreibbar, unabnutzbar**, soliditas, Paul. Nol. ep. 16.

indētrītus, a, um, **unabgerieben, nicht abgenutzt od. abgetragen**, vestimenta, Tert. resurr. carn. 58.

indēvītātus, a, um, von dem, **dem man nie ausgewichen**, **nie entgangen ist**, also: **dem man nicht entgehen kann**, illa suo totiens cum pectore iuncta indevitato traiecit pectora telo (des Apollo), Ov. M. 2, 604.

indēvōtio, ōnis, *f.*, der **Mangel an Achtung od. Ehrerbietung** (im religiösen u. weltlichen Sinn) **Gewissenlosigkeit, Mangel an Gehorsam**, bei den KS. u. lCt., von **indēvōtus**, a, um, **gewissenlos**, Cassiod. Var. 2, 16. u. spät. lCt., u. davon *Adv.* **indevote**, Justin. Nov. 1, 3.

index, ĭcis, *c.*, der, **der etw. an das Licht bringt**, etw. **verkündigt**, der **Verkündiger, der von etw. Anzeige macht, der etw. angibt, verräth**, od. im schlimmen Sinne der **Angeber, Verräther, Denunciant** (theils von dem, der einmal eine Anzeige macht, theils von dem, der ein Gewerbe daraus macht), 1) v. Leb., a) v. Menschen (Göttern), im Allg.: partus index Lucina resolvit, Stat. Achill. 1, 674. mendax fama noces: alius mihi nominis index: de se narranti tu modo crede deo, Prop. 5 (4), 2, 19. quod (venenum) acceptum a quadam Locusta, venenariorum indice, cum opinione tardius cederet, - accersitam mulierem sua manu verberavit, Suet. Ner. 33. interim venit index ad Dinaeam neque obscurus neque incertus, qui nunciaret cet., Cic. Cluent. 7, 21; — im Kriege: ecce autem ex improviso index quidam regionum gnarus advenit et mercede accepta vadosum locum nocte monstravit, unde cet., Amm. 14, 10, 7. u. praecursorius index Mediolanum advenit, 15, 1, 2. Caesar per indicem certior factus, Auct. BAfr. 65, 2. protinus regi -, quid ei index detulisset, ostendit, Curt. 6, 26 (7), 23. iste - indicem tantae rei sollicitus audiret! 6, 33 (9), 10. indicem persequi, Sall. J. 71, 5. u. vgl. Vell. 2, 118, 4. Curt. 6, 30 (8), 11; — vor Gericht: Catilinam - stipatum choro iuventutis, vallatum indicibus et sicariis, Cic. Mur. 24, 49. qui stipatus semper sicariis, saeptus armatis, munitus indicibus fuit, Sest. 44, 95. quum L. Vettium - in contionem produxeris, indicem in rostris, in illo, inquam, augurato templo ac loco collocaris, quo auctoritatis exquirendae causa caeteri tribuni plebi principes civitatis producere consuerunt, ibi tu indicem Vettium linguam et vocem suam sceleri et menti tuae praebere voluisti, cet., Vatin. 10, 24. indici praemium decrevit, u. zuvor: indices hesterno die maximis praemiis adfecit, Cat. 4, 5, 10. ut - Anicetum paedagogum suum indicem subiecerit, qui cet., Suet. Ner. 35. ad cuius rei probationem inmittit indices, testes subornat et facinus, quod obicit, admittit, Justin. 32, 2, 9. prolato indice eam arguit solam defensionem sceleris superesse adfirmans, 39, 2, 8. Vitellius ac Veranius ceterique Germanicum comitati tendebant, nullas esse partes Trioni, neque se accussatores, sed rerum indices et testes Germanici perlaturos, Tac. A. 3, 10. idem enim paulo ante Lyncesten Alexandrum delatum a duobus indicibus damnare non sustinuerat, Curt. 10, 5 (1), 40. quosdam per indicem delatos ad senatum, Suet. Ner. 39. a. d. IIII. id. februar. Sestius ab indice Cn. Nerio Pupinia de ambitu est postulatus, Cic. QFr. 2, 3, 5. missos in Galliam concitores belli index et testis dicebat, Tac. A. 4, 28. haec omnia indices detulerunt, rei confessi sunt, Cic. Cat. 4, 3, 5. nos iam ab indicibus nominamur: in nos crimina finguntur, Flacc. 38, 96. Q. Catulus et C. Piso neque precibus neque gratia neque pretio Ciceronem impellere potuēre, uti per Allobroges aut per alium indicem L. Caesar falso nominaretur, Sall. C. 49, 1. u. so vgl. Suet. Caes. 17. Tib. 73. adulterium obicis: quis testis? quis index? quod pretium? quis conscius? Quint. 7, 2, 54. id iam indicis est, non actoris, 11, 1, 81. quisnam delator? quibus indicibus, quo teste probavit? Juv. 10, 69. conclamant indicem falsum esse, Sall. C. 48, 5. Lyncisten vero Alexandrum bis insidiatum capiti meo a duobus indicibus liberavi, Curt. 8, 26 (8), 6. — b) von Thieren (gew. mythisch): seu fuit occultis felix in amoribus index (delphinus), Lesbida cum domino seu tulit ille lyram, Ov. F. 2, 81. tuta diu volucrum proles tum denique caesa est iuveruntque deos indicis exta sui, 1, 450. apta asini flammis indicis exta damus, 6, 346. quisquis hunc indicem attulerit (den Hahn), corollarium accipiet, Petr. 74, 3. — 2) v. Lebl. a) im Allg.: ante auroram, radiorum ardentum indicem, Att. 493. mitigandum ferocem populum armorum desuetudine ratus Ianum ad infimum Argiletum indicem pacis bellique fecit, Liv. 1, 19, 2. dedi tibi herbas horarum indices et, ut ne sole quidem oculos tuos a terra avoces, heliotropium ac lupinum circumaguntur cum illo, Plin. 18, 27 (67), 252. altera corona, eiusdem honoris index, a praesidio suo inposita est, Liv. 7, 37, 2. auctorisque sui si non est anulus index cognitane est nostra littera facta manu? Ov. Pont. 2, 10, 3. miretur nunc aliquis Ulixis nutricem post vicesimum annum cicatricem invenisse originis indicem, Petr. 105, 10. quorumdam (vulnerum) ipsae sedes indices sunt, Cels. 5, 26, 7. u. vgl.: diutius durans (haec species) mortis index est, 2, 6. vultus haud sane securi animi index, Curt. 8, 23 (6), 22. ut imago est animi vultus, sic indices oculi, Cic. Or. 18, 60. lacrimas his (oculis) natura mentis indices dedit, Quint. 11, 3, 75. lacrimas etiam poenitentiae indices profuderunt, Curt. 5, 29 (10), 13. quum orationis indicem vocem habeamus cet., Cic. Off 1, 37, 133. quin continetis vocem, indicem stultitiae vestrae, testem paucitatis, CRabir. 6, 18. quod meis comitiis non tabellam vindicem tacitae libertatis, sed vocem vivam prae vobis indicem vestrarum erga me voluntatum ac studiorum tulistis, Agr. 2, 2, 4. index laetitiae fertur in astra sonus, Ov. F. 4, 328. clamor exercitus, index alacritatis, sequutus est, Curt. 8, 39 (11), 8. u. so 9, 10 (2), 30. omniaque ea, ingenti alacritate per clamorem militarem, indicem omnium adsensus, gerebantur, Liv. 7, 37, 3. Nolanis etiam per clamorem, favoris indicem, accendentibus ardorem pugnae, 23, 46, 2. ora-

tione dictatoris, quae necessitatis ultimae index erat, milites accensi vadunt in hostem, 9, 23, 14. serenae mentis Valentis indices litteras tradens, Amm. 30, 1, 19. libellumque insidiarum indicem, ab obvio quodam porrectum libellis ceteris - commiscuit, Suet. Caes. 81. plerique (libri) liberalium disciplinarum indices variarum et iuris, Amm 29, 1, 41. clausulam peracti mei - non alienum puto indicem lecturis, Col. 12, 59, 6. secutae collocutiones familiarissimae cum Trebonio complexusque summae benevolentiae falsi indices exstiterunt, Cic. Phil. 11, 2, 5. violentiam temeritatemque verborum - nihil aliud esse, quam scelesti animi indicem ac testem, Curt. 7, 2 (1), 16. ingens sua sponte maestitia ultimae desperationis index erat, 10, 26 (8), 9; endlich als Name eines Steines (nicht des Probirsteines), vgl. Ov. M. 2, 706; — mit *Relativ.*: unde saluteris, color hic tibi protinus index et structura mei carminis esse potest, Ov. Pont. 4, 13, 3; — *Adject.*: hinc Cereris ludi: non est opus indice causa, Fast. 4, 393. — b) insbes. α) digitus index, **der Zeigefinger**, qui, si quid forte lateret, indice monstraret digito, Hor. Sat. 2, 8, 25. u. so Cels. 7, 20. öft. Plin. 28, 2 (5), 28. u. im Wortspiel: Pollex quidem, ut dixerat, ad id. sext.: ita mihi Lanuvii pridie idus praesto fuit, sed plane pollex, non index, Cic. Att. 13, 46, 1. β) **die Aufschrift, Inschrift, der Titel**, etiam velim mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus, ad caetera administris, iisque imperes, ut sumant membranulam, ex qua indices fiant, quos vos Graeci, ut opinor, σιλλύβους appellatis, 4, 4^b, 1. deceptus indicibus librorum, qui sunt fere inscripti de rebus notis et illustribus, dOr. 2, 14, 61. cum intra breve tempus liber editus sit, cui index erat μωρῶν ἐπανάστασις, Suet. Claud. 38. reperti sunt duo libelli diverso titulo: alteri gladius, alteri pugio index erat, Cal. 49. eodem anno tabula in aede matris Matutae cum indice hoc posita est: cet., Liv. 41, 28, 8. nec quaeris, quid quaque index sub imagine dicat, Tibull. 4, 1, 30. γ) **das Verzeichniß**, huius cognomen in plerisque indicibus et titulis per unam L literam scriptum animadverto, Suet. Gr. 6. quare scribam tibi tres libros indices, ad quos revertare, si qua in re quaeres, quemadmodum cet., Varr. RR. 1, 1, 4. tribus voluminibus, uno mandata de funere suo complexus est, altero indicem rerum a se gestarum, quem vellet incidi in aeneis tabulis, quae ante Mausoleum statuerentur, tertio cet., Suet. Aug. 101. sume in manus indicem philosophorum, Sen. Ep. 4, 10, 2 (39). quae series purpuratorum sit, index publicus tenet, Vopisc. Aurel 42. nec sane quisquam est tam procul a cognitione eorum remotus, ut non indicem certe ex bibliotheca sumptum transferre in libros suos possit, Quint. 10, 1, 57. quo innumerabiles libros et bibliothecas, quarum dominus vix tota vita indices perlegit? Sen. Tranqu. an. 9, 4. fungar indicis partibus atque etiam quo sint ordine scripti (libri), notum tibi faciam, Plin. Ep. 3, 5, 2.

indīcābĭlis, e, von dem, **was etw. angibt, erkennen läßt**, plurima atque sibi convenientia et concursus multorum signum faciunt indicabile lethargi, CAurel. Acut. 2, 3, 13.

indĭcātio, ōnis, *f.* (indicare), **die Angabe**, insbes. **die Preisangabe**, Sa. indica, fac pretium. Do. tua merx est, tua indicatio'st, Plaut. Pers. 4, 4, 37. mellis causas atque differentias nationesque et indicationem in apium ac deinde florum natura diximus, Plin. 22, 24 (50), 109. u. so Ulp. Dig. 19, 1, 13. §. 3.

indĭcātīvus, a, um, **die Anzeige betreffend**, grammat. indicativus (modus), der Indicativ des Zeitwortes, vgl. Prisc. I. p. 421, 18 sqq. Diom. p. 338, 24. Exc. e Charis. p. 562, 21. MCap. 3, 310.

indĭcātor, ōris, *m.*, **der Anzeiger, Verkündiger**, Anaxagoras naturae indicator, Solin. 40, 6.

indĭcātūra, ae, *f.*, **die Angabe, Ankündigung**, insbes. **die Preisangabe**, haec fiducia operis, haec est indicatura, Plin. praef. §. 19. ne avaritiam quidem arguam rapacesque nundinas pendentibus fatis et dolorum indicaturam (um ein höheres Honorar zu erzielen), 29, 1 (8), 21; neque est hodie myrrhini alterius praestantior indicatura, 37, 2 (7), 18.

indīcens, entis (in u. dico), etw. **nicht sagend, ohne daß einer etw. sagt**, non me indicente haec fiunt, Ter. Ad. 3, 4, 62. nam et duo boni consules etiam me indicente omnia e re publica fide vestra faceretis, Liv. 22, 39, 2.

indĭcīna, ae, *f.*, **die Anzeige, Angabe**, ob indicinae praemium, Apul. M. 7, 25. accepturus indicinae nomine ab ipsa Venere septem savia suavia, 6, 8.

indĭcium, ii, *n.*, **die Ankündigung, Anzeige, Angabe**, u. im schlimmen Sinne **die Anzeige, verrätherische Aussage, die Angeberei, Verrätherei**, dagegen von leblosen Dingen ausgehend = **das Kennzeichen, Merkmal, der Beweis**, u. zw. 1) von Leb. ausgehend, a) überh., theils im Allg., theils im Kriege od. vor Gericht, mit *Gen. subj.* od. *Pron. possess.*: et is reduxit captum et fugitivom semul, indicio quoius alium agnoscit filium, Plaut. Capt. arg. 8. patefacta Dolonis indicio - agmina Rhesi, Claud. VI. Cons. Hon. 471. multos in agris inopinantes deprehendit: eorum indicio ad ipsum Ambiorigem contendit, quo in loco cum paucis equitibus esse dicebatur, Caes. BG. 6, 30, 1. ne huius quidem indicio impulsi sunt, ut Pausaniam comprehenderent, Nep. Paus. 4, 3. usi eodem duce, cuius haec indicio cognoverant, Caes. BG. 6, 35, 10. indicio Minuci cognoscit, L. Racilium - in eadem fuisse coniuratione, Auct. BAl. 55, 2. legatis Allobrogum et Tito Volturcio comprobato eorum indicio praemia decernuntur, Sall. C. 50, 1. quo facilius indicio regis Scauri et reliquorum, quos pecuniae raptae arcessebant, delicta patefierent, J. 32, 1. quid igitur censes? vindicandum in eos, qui hosti prodidēre rem publicam? non manu neque vi - verum quaestionibus et indicio ipsius Iugurthae, 31, 18. cum nefario consilio sceleratorum civium res publica in maxuma pericula

venerit iique indicio T. Volturci et legatorum Allobrogum convicti confessique sint caedem, C. 52, 36. primum correpti, qui fatebantur, deinde indicio eorum multitudo ingens - convicti sunt, Tac. A. 15, 44; ex indicio equitis Romani pro comperto pollicentis, thesauros cet., Suet. Ner. 31; — egomet meo indicio miser quasi sorex hodie perii, Ter. Eun. 5, 6, 23. solito celebretur honore separat indicio qui deus (d. i. Terminus) arva suo, Ov. F. 2, 639. patrias vagitus ad aures venit et indicio proditur ille suo, Her. 11, 71. quid aperto pectore in hostem mittor et indicio prodor ab ipse meo? AA. 3, 668; — mit *Genit. obj.*: multi de magnis per somnum rebu' loquuntur indicioque sui facti persaepe fuēre, Lucr. 4, 1018. et merito! quid enim temeraria vulneris huius indicium feci! Ov. M. 9, 585. fuēre, quos - indicium tanti casus illustravit, Tac. Agr. 28. viderat ille Murenam - ad me consulem cum Allobrogibus communis exitii indicia adferre, Cic. Dom. 52, 134. professus conspirationis indicium, Suet. Dom. 17. mirabile autem illud, quod eo ipso tempore, quo fieret indicium coniurationis in senatu, signum Iovis biennio post quam erat locatum in Capitolio collocabatur, Cic. Div. 2, 20, 46. ille - Antonii Natalis et Cervarii Proculi festinata indicia inpunitate remuneratur, Tac. A. 15, 71. Tarquini indicium falsum videri, Sall. C. 48, 6. nec - dubitabant, quin coniurationis indicium suppressurus non fuisset, nisi auctor et particeps, Curt. 6, 30 (8), 10; — *absol.*: falsi testes, falsa signa testimoniaque et indicia ex eadem officina exibant, Liv. 39, 8, 7. incusat ultro intestabilem et consceleratum tanta vocis ac vultus securitate, ut labaret indicium, Tac. A. 15, 55; — erant eo tempore, qui existumarent indicium illud a P. Autronio machinatum, Sall. C. 48, 7. ipse deprehensus multis hortantibus et in primis Albino consule indicium profitetur, J. 35, 6. summum supplicium decernebatur, ni professus indicium foret, Tac. A. 6, 3. quos (philosophos) si audias in avaritiam, in libidinem, in ambitionem perorantes indicium professos putes: adeo redundant ad ipsos maledicta in publicum missa, Sen. frg. 18. nunc si indicium facio, interii: si taceo, [interii] tamen, si hoc palam fuerit, Plaut. Mil. gl. 2, 3, 35. u. vgl. Cist. 4, 2, 6 Trin. 3, 2, 49. indicium domino non faciam, Rud. 4, 3, 19. u. vgl. Most. 3, 2, 55. id anus mi indicium fecit, Ter. Ad. 4, 4, 9. quum in accusatione sua Q. Gallio crimini dedisset sibi eum venenum paravisse - seseque chirographa, testificationes, indicia, quaestiones, manifestam rem deferre diceret, cet., Cic. Brut. 80, 277. rursus institit quaerere, quotus dies esset, quo Nicomachus ad eum detulisset indicium, Curt. 6, 27 (7), 25. u. vgl. 6, 33 (9), 8. u. 39 (10), 21. contemptum magis quam celatum indicium esse videri sibi dixi, 6, 28 (7), 35. ubi de casu Bomilcaris et indicio patefacto ac profugis cognovit, Sall. J. 73, 1. avertit ab consciis in insontes indicium, Liv. 24, 5, 11. aditum ad principem postulat, demonstrato crimine et reo per Flaccum Vescularium —: Caesar indicium haud aspernatus congressus abnuit, Tac. A. 2, 28; auch: indicium glande scriptum misit, per quod certior fieret Caesar, quae in oppido ad defendendum compararentur, Auct. BHisp. 18, 4; ferner: corrupto ad indicium servo, Tac. A. 16, 18. ea res est Helvetiis per indicium enunciata, Caes. BG. 1, 4, 1; — indicio de se ipso erit, Ter. Ad. prol. 4; — nisi recenti memoria senatus auctoritatem huius indicii monumentis publicis testatus essem, Cic. Sull. 14, 41. ex personarum comparatione et indicii ordine et silentio repudiatae (novercae) argumenta ducentur, Quint. 4, 2, 99; — praemia penes unum fore, qui indicio praevenisset, Tac. A. 15, 54. tumultus posthac et rerum novarum initia coniurationesque complures, prius quam invalescerent, indicio detectos, Suet. Aug. 19. non esse imperatorium obliquis flecti indiciis, Amm. 22, 7, 5. se invitum deteriora credentem, nunc manifestis indiciis victum, iussisse vinciri, Curt. 7, 2 (1), 12. quem falsa sub proditione Pelasgi insontem infando indicio - demisere Neci, Virg. A. 2, 84. Catus Libonem inlexerat insidiis, deinde indicio perculerat, Tac. A. 4, 31; ferner: illi pericli nil ex indicio siet, Ter. Heaut. 3, 1, 6 exacerbatus indicio de morte filii sui Drusi, Suet. Tib. 62. — b) insbes. im Zusammenhang von der Erlaubniß zu einer Anzeige: nunc reus erat apud Crassum Divitem Vettius de vi, et quum esset damnatus, erat indicium postulaturus, Cic. Att. 2, 24, 4. si tibi indicium postulas dari, quod tecum una fecerit, concedo, si id lege permittitur, DiC. 11, 34; von Angeberdiensten: Titium Proculum custodem a Silio Messalinae datum et indicium offerentem - tradi ad supplicium iubet, Tac. A. 11, 35; vom Angeberlohn: promulgarisne - quaestionem de tot amplissimis et talibus viris, indicium Vettio, praemia amplissima? Cic. Vatin. 11, 26. u. vgl.: si eum, qui indicii partem acceperit, oculis cernetis, poteritisne dubitare, iudices, qui indicarit? SRosc. 37, 107. in lance argentea indicium et fidem praeferet, Petron. 97, 3. si ipse fur indicium a me accepit, Ulp Dig. 12, 6, 4. §. 4.

2) von leblosen Dingen ausgehend, a) im Allg., mit *Genit. subj.* od. *Pron. possess.*: indicia occultae divûm perquirere mentis, Lucr. 6, 382. cum - tale fati timeret indicium, Spart. Anton. Get. 3. cuius (famae) indicio haec gesta pandente, Amm. 18, 6, 3. sequitur dispersa viarum indicia, Claud. Rapt. Pros. 3, 440. versisque viarum indiciis raptor saxo occultabat opaco (tauros), Virg. A. 8, 211. uteri manifesta tumore proditur indicio ponderis ipsa sui, Ov. F. 2, 171; quis enim bene celat amorem? eminet indicio prodita flamma suo, Ov. Her. 12, 37; — mit *Gen. obj.*: cursus absconditi indicium est aquae meantis sonus, Curt. 7, 39 (10), 3. banc vero in Palatio - porticum esse patiemini, furoris tribunicii, sceleris consularis, crudelitatis coniuratorum, calamitatis rei publicae, doloris mei defixum indicium ad memoriam omnium gentium sempiternam? Cic. Dom. 39, 103. Libertatis simulacrum in ea domo collocabas, quae domus erat ipsa indicio tui crudelissimi dominatus et

remptum, maior calamitas esset accepta, Auct. BAl. 63, 6. rem sceleratissimam non malitia sed indignatione audere, Quint. 3, 8, 45. per quem (communem locum) ipsius facti atrocitas aut indignitas aut omnino culpa cum indignatione augeatur, Cic. Inv. 2, 17, 53. victi Pleminii milites cum ad Pleminium cruorem et vulnera ostentantes non sine vociferatione atque ind. concurrissent, probra cet., Liv. 29, 9, 4. circa Pharmacussam insulam a praedonibus captus est mansitque apud eos non sine summa indignatione prope quadraginta dies cum uno medico et cubiculariis duobus, Suet. Caes. 4. — 2) insbes. a) als Titel einer Schrift, libello, cui est titulus indignatio, Gramm. 11. — b) rhetor. die **Erregung des Unwillens**, indignatio est oratio, per quam conficitur, ut in aliquem hominem magnum odium aut in rem gravis offensio concitetur, u. nachher: ex iis rebus, quae personis et quae negociis attributae sunt, quaevis amplificationes et indignationes nasci possunt, Cic. Inv. 1, 53, 100. u. vgl. Quint. 4, 3, 15. — c) in der Veterinärk., die **krankhafte Anreizung, Erregung, Gereiztheit**, dum membranula, quae continet lumen, indignatione caloris disrumpitur: vel certe sollicitudo longi itineris ad indignationem iumenta compellit aut laesum oculum dominus curare neglexerit, Veg. 3, 16, 4. ne indignatio vulneris in nervos cerebrumque penetrando periculum generet, 3, 13, 3. vesicae indignatio generatur ex plurimis causis, 5, 14, 1; — ex tortura quoque, si in aspero vel lapidoso itinere iumenta coguntur ad cursum, indignationes oriuntur, 3, 55, 1. quod si ex pletura sanguinis tumor ille indignationis evenerit, ita intelliges cet., dann: de palato, si ibi indignatio non erit, sanguinem oportet auferri, 3, 29. oculus videtur incolumis, nullis lacrimis, nullo sanguine, nulla indignatione prodit iniuriam, 3, 16, 5.

indignātiuncŭla, ae, *f.* (*Demin.* v. indignatio), ein **Anflug von Unwille od. von Entrüstung**, indignatiunculam, quam in cuiusdam amici auditorio cepi, non possum mihi temperare, quo minus apud te, quia non contingit coram, per epistulam effundam, Plin. Ep. 6, 17, 1.

indignātīvus, a, um, **reizbar, zum Unwillen od. zum Zorn geneigt** (θυμικός), im Ggstz. zu concupiscentivus (ἐπιθυμητικός), Tert. de an. 16.

indigne, *Adv.*, s. indignus.

indignĭtas, ātis, *f.* (indignus), 1) abstr. a) das **Unziemende, Unangemessene, Unwürdige, Schimpfliche, Schmachvolle, Empörende** einer Sache, das **unziemende, unangemessene** u. s. w. **Wesen** od. **Benehmen** einer Person, die **Unwürdigkeit** Jmds. (sowohl der äußeren Stellung nach, als auch in ethischer Beziehung), congemuit senatus frequens neque tamen satis severe pro rei indignitate decrevit, Cic. Mur. 25, 51. ne commutato consilio iter in provinciam converteret, – cum infamia atque indignitas rei et oppositus mons Cevenna viarumque difficultas inpediebat, tum maxime cet., Caes. BG. 7, 56, 2. cuius rei deformitate atque indignitate legiones – ad eum concurrerunt, ut in aciem educerentur, Auct. BAl. 60, 1. revocatusque a bello ad iudicium sive conscientia sive indignitatem rei non ferens tacitus in exilium Elidem profectus est, Justin. 5, 1, 2. indignitate rerum cesserant in agros suarumque rerum erant amissa publica tantum ab iniuria se abesse rati cet., Liv. 3, 38, 11. adversus tam obstinatam orationem tribunorum cum prae indignitate rerum stupor silentiumque inde ceteros patrum defixisset, cet., 6, 40, 1. u. vgl. Amm. 16, 4, 3. per quem (communem locum) ipsius facti atrocitas aut indignitas aut omnino culpa cum indignatione augeatur, Cic. Inv. 2, 17, 53. sed non ita me iura privata ut publicum fas et indignitas facti et exempli ratio incitabat, Plin. Ep. 9, 13, 3. quum Heracliensem securi percussum esse dico, versatur mihi ante oculos indignitas calamitatis, Cic. II. Verr. 5, 46, 123. ultimi dedecoris indignitate commotus linquentem revocavit animum, Curt. 9, 20 (5), 11. reus de indignitate calumniae conspirationis vehementius interim queritur, Quint. 6, 1, 9. quum – omnem adeundi et conveniendi illius (Caesaris) indignitatem et molestiam pertulissem, Cic. Fam. 6, 14, 2; — si quid adfert praeterea hominis aut dignitas aut indignitas, extra quaestionem est, Cic. dOr. 2, 32, 138. accedit, ut accusatorum alterius crudelitate, alterius indignitate conturber, Deiot. 1, 2. nosti enim non modo stomachi mei, cuius tu similem quondam habebas, sed etiam oculorum in hominum insolentium indignitate fastidium, Fam. 2, 16, 2. si tua tantum modo, Vatini, quid indignitas postularet spectare voluissem, fecissem id cet., Vatin. 1, 1. ne qua ex tua summa indignitate labes illius dignitati aspersa videatur, 6, 15. fruar tamen indignitate tua, Pis. 41, 99; — tantumque Flavii comitia indignitatis habuerunt, ut plerique nobilium anulos aureos et phaleras deponerent, Liv. 9, 46, 12. quae deprecatio est igitur ei reliqua, qui indignitate servos, temeritate fugitivos, scelere barbaros, crudelitate hostes vicerit? Cic II. Verr. 4, 50, 112. itaque neque L. Philoni in C. Servilium nominis deferendi potestas est data neque – : quorum nemo propter indignitatem repudiatus est, DiC. 19, 63. — b) = indignatio (was vgl.), die **Mißbilligung einer unziemenden, unangemessenen, unwürdigen u. s. w. Sache, der Unwille, die Entrüstung**, Drappes – sive indignitate et dolore vinculorum sive timore gravioris supplicii cibo se abstinuit, Hirt. BG. 8, 44, 2. non tam indignitate contumeliarum quam periculi metu, Suet. Claud. 36. inde primum miseratio sui, deinde indignitas atque ex ea ira animos cepit, Liv. 5, 45, 6. regnare Romae advenam non modo vicinae sed ne Italicae quidem stirpis, tum impensius iis indignitas crescere, si ne ab Tarquinio quidem ad se rediret regnum, 1, 40, 2. hortante legato et plenis irae atque indignitatis militum animis eruptio est facta, 7, 7, 2. tacita esse poterit indignitas nostra? pati poterunt oculi me cum Gabinio sententiam dicere? Cic. Att. 10, 8, 3. tum demum coactus cum multa indignitate prensabat singulos, Liv. 3, 12, 1. — 2) concr., die **unziemende, unangemessene, unwürdige, schimpf-**

liche, schmachvolle, empörende Behandlung (u. so auch im Plur.), accendit praeterea et stimulat animos dolor iniuria indignitas, Liv. 21, 44, 4. cum hinc iniuria, inde indignitas animos acueret, Justin. 3, 5, 4. praetorianos etiam metu et indignitate commovit, Suet. Galb. 16. cuius indignitati haec etiam foeditas accesserat, Justin. 9, 6, 6; — inritat etiam de industria ducem, si forte accensum tot indignitatibus cladibus sociorum detrahere ad aecum certamen possit, Liv. 22, 13, 1. cohortatus est milites ad bellum, iniuriam populi Romani in patrem seque commemoravit: illum omnibus indignitatibus conpulsum ad rebellandum, inter apparatum belli fato oppressum, 42, 52, 6. impulsos a suis principibus, qui dicerent Haeduos ab Caesare in servitutem redactos omnes indignitates contumeliasque perferre, Caes. BG. 2, 14, 3. per istiusmodi indignitates et taedia causa extitit mortis, Suet. Cal. 23.

indignor, ātus sum, āri, etw. für ungeziemend, unangemessen, unwürdig, schimpflich, schändlich, schmachvoll, empörend halten, etw. als ungeziemend u. s. w. mißbilligen, über etw. unwillig sein, seine Mißbilligung, seinen Unwillen kund thun od. äußern, über etw. sich empören, entrüstet sein, 1) v. Menschen u. Thieren, mit *Accus.*: quippe qui non primus, quod quisquam indignari mirarive posset, sed tertius Romae peregrinus regnum adfectet, Liv. 1, 35, 3. dicere ea, quae indignentur adversarii, tibi quoque indigna videri, Cic. Inv. 1, 17, 24. id quum factum multi indignarentur, Nep. Dion. 4, 2. sunt quidam, nisi institeris, remissi, quidam imperia indignantur, Quint. 1, 3, 6. indignatus opem amenti socioque iuvare expulsum nodo iaculum atque arcessere vires Taurea vibrabat nudis conatibus hastam, Sil. 13, 159. sed tum sibi fecerat alas concitus (equus) atque ibat campo indignatus habenas, 16, 351. u. so vgl. Claud. IV. Cons. Hon. 558. casum insontis mecum indignabar amici, Virg. A. 2, 93. cogita conpeditos primo aegre ferre onera et inpedimenta crurum: deinde ubi non indignari illa, sed pati proposuerunt, necessitas fortiter ferre docet, consuetudo facile, Sen. Tranqu. an 10, 1; — via facta per undas perque hiemes, Bellona, tibi: nec vellera tantum indignanda manent, VFlacc. 1, 545. communes loci, qui aut calumniae accusatorum demonstrandae aut misericordiae captandae aut facti indignandi aut a misericordia deterrendi causa sumuntur, ex periculi magnitudine, non ex causae genere ducuntur, Cic. Inv. 2, 18, 56; — mit *Inf.*: tu vero dubitabis et indignabere obire? Lucr. 3, 1045. nec tamen indigner pro tanta sumere ferrum coniuge, Ov. Her. 15, 371. u. vgl.: indignata malis mens est succumbere seque praestitit invictam viribus usa suis, Trist. 4, 10, 103. indignatur veteri parere clienti, Juv. 5, 64. et timet incursus indignaturque timere, Lucan. 10, 444. indignata sequi torquentem cornua Mithram, Stat. Theb. 1, 720. paene omnium vitiorum expers, nisi numeraretur inter maxima in civitate libera dominaque gentium indignari - quemquam aequalem dignitate conspicere, Vell. 2, 29, 4. cedere praecipiendi partibus indignantur, Quint. 1, 1, 8. fere minores ex conscientia suae infirmitatis haerere singulis et officio fungi quodammodo paedagogorum non indignantur, 1, 2, 10; — certe, quod facere oporteat, non indignandum est discere, 1, 11, 17; — mit *Acc.* u. *Inf.*: hinc indignatur se mortalem esse creatum, Lucr. 3, 884. ubi se videas hominem indignarier ipsum, post mortem fore ut aut putescat corpore posto, aut cet., 3, 870. pater omnipotens aliquem indignatus ab umbris mortalem infernis ad lumina surgere vitae, Virg. A. 7, 770. u. vgl. 12, 786. seque novam subito Latiis accedere silvis indignatus avem, Ov. M. 14, 390. seu me fortuna potentem fecerit, a tanto non indignabere vinci, 10, 603. u. vgl. 11, 787. indignor quidquam reprehendi, Hor. Ep. 2, 1, 76. locus autem communis erit defensoris is, per quem indignabitur accusatorem sui periculi causa non res solum convertere, verum etiam verba commutare conari, Cic. Inv. 2, 18, 56. is primum inter suos queri atque indignari coepit regem ad causam dicendam evocari, Caes. BC. 3, 108, 1. superioribus annis taciti indignabamini aerarium expilari cet., Sall J. 31, 9. indignari inde coepit Aetolos tamquam Romanos decedi Graecia iuberi, qui, quibus finibus Graecia sit, dicere non possent, Liv. 32, 34, 4. imperiumque ibi esse, ubi non esset libertas, indignabantur, 3, 38, 2. u. vgl. 31, 31, 13. quod ipse sibi Pontum non assurrexisse adeo indignatus sit, Suet. Caes. 78. u. vgl. Aug. 51. Claud. 9. neque indignetur sibi Herodotus aequari T. Livium, Quint. 10, 1, 101. Alexander hostes vinci voluerat, Antipatrum vicisse, ne tacitus quidem indignabatur, suae demptum gloriae existimans, quicquid cessisset alienae, Curt. 6, 3 (1), 18. u. vgl. 6, 42 (11), 19. 10, 15 (5), 10; — mit *quod*: ipsa Beroën - reliqui aegram, indignantem, tali quod sola careret munere, Virg. A. 5, 651. indignantes milites Caesar, quod conspectum suum hostes perferre possent tantulo spatio interiecto, et signum proelii exposcentes edocet cet., Caes. BG. 7, 19, 4; — mit *si* u. *ni*: hem! nos homunculi indignamur, si quis nostrum interiit aut occisus est, Serv. b. Cic. Fam. 4, 5, 4. rex indignatus, si una gens posset efficere, ne invictus esset, invicta manu comitante procedit, Curt. 6, 16 (5), 11; hi proprium decus et partum indignantur honorem ni teneant vitamque volunt pro laude pacisci, Virg. A. 5, 229; — mit *quandoque*: et idem indignor quandoque bonus dormitat Homerus, Hor. AP. 358; — mit *de*, *ex* u. *Abl.* od. mit bloß. *Abl.*: nimium cito ait me indignari de tabulis, Cic. QRosc. 2, 5. transfuga nuntiavit Pompeium et Labienum de iugulatione oppidanorum indignatos esse, Auct. BHisp. 18, 8; pectus eius flagravit incendio, quod ex nuru, quod ex nepote dolere, indignari, erubescere coactus est, Vell. 2, 130, 4; classes et Pontica signa adque indignatos temerato litore reges mente agitet, VFlacc. 1, 801. quique contaminatione non indignatur, Ulp. Dig. 48, 5, 2; — *absol.*: hirci maerentes indignari coeperunt, Phaedr. 4,

16, 2. taciteque sepultos suspirant gemitus indignarique verentur, Claud. in Rufin. 1, 257. utrum ridere audientes an indignari debuerint, Quint. 6, 3, 83. cum simplicitatem iuvenis incauti et suis haud inmerito succensentis adsentando indignandoque et ipse vicem eius captaret cet., Liv. 40, 23, 1; ille indignans repudiat, Phaedr. 1, 31, 5. illum indignanti similem similemque minanti aspiceres, Virg. A. 8, 649. reddideratque animam multum indignante Diana, Ov. F. 6, 745. ille tamen fefellit et latuit, fortasse etiam inter indignantes fuit, Plin. Ep. 4, 25, 2. femur ferire - et usitatum est et indignantes decet et excitat auditorem, Quint. 11, 3, 123. laudavit pietatem tanto opere pro se indignantium, Suet. Aug. 66. veri (affectus) naturaliter erumpunt, ut dolentium, irascentium, indignantium, Quint. 11, 3, 61. u. vgl. §. 58. et medius iuvenum, non indignantibus ipsis, ibat et interior, si comes unus erat, Ov. F. 5, 67. novissime indignata, dum vult validius inflare sese (rana), rupto iacuit corpore, Phaedr. 1, 26, 9; — als *Ptcp. praes. superl.* mit *Gen.*: neque enim si velimus -, in vivario multitudinem mullorum pascere queamus, cum sit mollissimum genus et servitutis indignantissimum: raro itaque unus aut alter de multis millibus claustra patitur, Col. 8, 17, 2. u. als *PAdv.*: **indignanter** admodum ferre u. sustinere, Amm. 15, 1, 3. 27, 3, 5.

2) von Lebl. a) im Allg., mit *Accus.*: pontem indignatus Araxes, Virg. A. 8, 728. vgl. mit Quint. 12, 10, 61. indignantes vestigia calcat arenas, Claud. Rapt. Pros. 3, 385. Oceanus Phrygios prius indignatus Iulos, VFlacc. 1, 9; — mit *Acc.* u. *Inf.*: ac nusquam vetitis ullas obsistere cautes indignaris aquis (v. Nil), Lucan. 10, 319. plaustro iam rara intermicat arctos indignata tegi, Claud. Prob. et Ol. cons. 26. indignatur item privatis ac prope socco dignis carminibus narrari coena Thyestae, Hor. AP. 90; — *absol.*: magno indignantur murmure clausi nubibus (venti), Lucr. 6, 197. illi (venti) indignantes magno cum murmure montis circum claustra fremunt, Virg. A. 1, 55. iraque anhelatum proturbat pectore murmur, ut multo adscensis fervore exuberat undis, clausus ubi exusto liquor indignatus aëno, Sil. 5, 604. tu tantum non indignantibus undis hoc caput accipias et pressam regibus alnum, VFlacc. 1, 202. omnique e parte feroces bella gerunt venti fretaque indignantia miscent, Ov. M. 11, 490. an indignatum magnis stridoribus aequor (memorem)? Virg. G. 2, 162. vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras, Virg. A. 12, 831. u. 952; — sed et haec vilisque vetusque vestis erat, lecto non indignanda saligno, Ov. M. 8, 658; — im *Ptcp. praes. adj.*: iamque indignanti nova frena receperat ore, 3, 455. indignanti pectore plangit humum, 4, 896. dolor ora repressit verbaque quaerenti satis indignantia linguae, M. 6, 583. — b) spät. medicin. krankhaft gereizt -, erregt werden, ne transvoratione gravi ac percussu tumentia indignentur, CAur. Acut. 3, 3, 13.

indignus, a, um (vgl. *Curtius* Grundzüge I. p. 105), 1) *absol.*, von Dingen, welche sich nicht ziemen, unziemend, unangemessen, unwürdig, entehrend, schimpflich, schändlich, schmachvoll, abscheulich, empörend, zunächst neben *Subst.*: haec est illa, quae δείνωσις vocatur, rebus indignis, asperis, invidiosis addens vim oratio, Quint. 6, 2, 24. o diem scelerosum, indignum! Afran. 66. indigno teneras imbre rigante genas, Ov. AA. 1, 532. semina vitium statuentes vel sterilia vel saporis indigni, Pallad. 2, 7, 2. indignos edidit ore sonos, Ov. Her. 11, 94. spissis indigna theatris scripta pudet recitare, Hor. Ep. 1, 19, 41. quae futura exempla dicunt in eum indigna, Ter. Eun. 5, 4, 21; facinus indignum, pater, Ad. 4, 5, 35. venit Chremes postridie ad me clamitans: indignum facinus: comperisse Pamphilum pro uxore habere hanc peregrinam, Andr. 1, 1, 118. pro di immortales, facinus indignum, Geta, quod narras, Ad. 3, 4, 1. et facinus indignum, aliquis ovillam est et tunicam habet, Petr. 56, 5. o ind. facinus, Ter. 1, 1, 25. Ad. 2, 1, 19. Hec. 3, 3, 16. nate, indignos aditure labores, VFlacc. 1, 320. u. vgl.: omnia me potius digna atque indigna laborum millia visuram, Auct. Cir. 247; infit „o cives, quae me fortuna ferocem contudit, indigno bello confecit acerbo, Enn. A. 386; quae causa indigna serenos foedavit voltus? Virg. A. 2, 288. o decus in nostros magnum ventura penates solaque tantarum virgo haut indigna viarum causa reperta mihi, VFlacc. 8, 37. non quivis videt immodulata poëmata iudex, et data Romanis venia est indigna poëtis, Hor. AP. 264. coniugis indigno Nysae deceptus amore dum queror, Virg. Ecl. 8, 18. indigno cum Gallus amore peribat, 10, 10. heu furit et captae indigno famulatur amore, VFlacc. 2, 146. deludificatu'st me hodie indignis modis, Plaut. Most. 4, 3, 39. non credas indignis nos esse inrisas modis? Ter. Eun. 4, 4, 42. indignis quom egomet sim acceptus modis, Ad. 2, 1, 13. in legatum impetum lictoribus primum indignum in modum mulcatis faciunt, Liv. 29, 9, 6. iniuria abs te adficior indigna, pater, Enn. trag. 155. vereor, era, ne ob meum suasum indigna iniuria adficiatur, Ter. Phorm. 5, 1, 3. aequum animum indigna iniquat contumelia, Laber. 65. nec ille diutius falsum accusatorem, indignas sordes perpessus, vim vitae suae attulit, Tac. A. 12, 59. altera curarum Libycis demittitur oris heu! Decius, reduci lentas servatus ad iras, ni poenae iuvenem indignae miseratus ab alto Jupiter antiquam Batti vertisset ad urbem, Sil. 11, 377; quaenam vos tanto fortuna indigna, Latini, inplicuit bello? Virg. A. 11, 108. tam iniquam et tam indignam sortem populi Romani palam et clare detestata est, Suet. Claud. 3. Venus indigno nati concussa dolore, Virg. A. 12, 411. ut venēre, vident indigna morte peremptum, 6, 163. atque ille suorum tam indigna morte commotus urbem obsidere statuit, Curt. 4, 9 (2), 15. indignamque necem pretium patietur amoris? Ov. M. 10, 627. venturos, qui ipsum quoque vincirent, postremo indigna nece afficerent, Tac. A. 15, 59. videatque indigna suorum funera, Virg. A. 4, 617; — im *Superl.*:

illic indignissimum casum sapienter tolerans a centurione ad caedem misso corripitur (Silanus), Tac. A. 16, 9; — als *Prädicat*: hanc boni beatique omnes amatis, et quidem, quod indignum est, omnes pusilli cet., Catull. 37, 14. quod Amerinis usque eo visum est indignum, ut urbe tota fletus gemitusque fieret, Cic. SRosc. 9, 24. quod non minus quam de Alexandrinis indignum dis immortalibus esse visum certo scio, Har. resp. 16, 34. dicere ea, quae indignentur adversarii, tibi quoque indigna videri, Inv. 1, 17, 24. adeon' indignum hoc tibi videatur - si cet., Ter. Phorm. 5, 9, 51. indigna res omnibus visa, Justin. 27, 1, 8. et, indignum! scelerato profuit ara, Ov. M. 5, 37. ianitor, indignum! dura religate catena difficilem mota cardine pande forem! Am. 1, 6, 1; im *Compar.*: quid hoc iniquius aut indignius - dici aut commemorari potest, quam cet., Cic. Quinct. 2, 8. an quicquam hodie'st factum indignius? Ter. Phorm. 5, 9, 20. Perdiccae hoc indignior caedes videbatur, quod cet., Justin. 7, 5, 8; im *Superl.*: adiectum etiam, ut bona proscriptorum venirent - simulque, quod indignissimum est, senatorum filii et onera ordinis sustinerent et iura perderent, Vell. 2, 28, 4. quidam vehementer in eam (rhetoricen) invehi solent et, quod sit indignissimum, in accusationem orationis utuntur orandi viribus, Quint. 2, 16, 1; — ferner *indignum* (indigna res, indignum facinus) *est* mit folg. *quod*: indignum, quod sit peioribus ortus, Hor. Ep. 1, 6, 22. nihil tam indignum illo tempore fuit, quam quod - Caesar aliquem proscribere coactus est, Vell. 2, 66, 2. forsitan indignum ducis, quod rusticus Alcon te peream, qui mane boves in pascua ducam, Calp. 9, 70; od. mit *Inf.* od. *Acc.* u. *Inf.*: indignum est Italos Troiam circumdare flammis, Virg. A. 10, 74. nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro Emathiam et latos Haemi pinguescere campos, G. 1, 491. sat fuit indignum, Caesar, mundoque tibique, Pompeium facinus meritumque fuisse Pothini, Lucan. 10, 102. non indignum videtur egregium atque mirabile facinus duorum Carthaginiensium commemorare, Sall. J. 79, 1. quod magis vos fecisse quam illis accidisse indignum est, 31, 18. eiusmodi sunt iniuriae, ut de iis indignum sit non primo quoque tempore iudicari, Cic. Inv. 2, 20, 60. indignum est a pari vinci aut superiore, indignius ab inferiore atque humiliore, Quinct. 31, 95. indignum prorsus, libidinis causa liberos a matre vita privatos, Justin. 7, 5, 7; indigna res Macedonibus videbatur, Perdiccam ad mortis periculum adductum, Curt. 10, 25 (8), 5. res indigna atque intoleranda videbatur omnibus, non solum religiones esse violatas, verum etiam cet., Cic. II. Verr. 4, 35, 78; quam indignum facinus, ancillam aere emptam meo! Ter. Phorm 3, 2, 26. facinus indignum, Chremes, sic circumiri! 4, 3, 8; im *Compar.*: multa praeterea commemorarem nefaria in socios, si hoc uno quidquam sol vidisset indignius, Cic. Off. 2, 8, 28. nec quicquam indignius est, quam consumi eam (gloriam), ubi non possit ostendi, Curt. 9, 24 (6), 14. u. im *Superl.*: nonne quum multa indigna tum vel hoc indignissimum est, vos idoneos habitos, per quos cet., Cic. SRosc. 3, 8. — *Subst.* im *neutr.*: qui me perferre patique indignum coges? Hor. Ep. 1, 16, 74; nec tu me aëria solam nunc sede videres digna indigna pati, Virg. A. 12, 811. non illi simus, quos gravia, indigna, tristia passos queremur, Quint. 6, 2, 32. quam indigna perpeteris, Nep. Phoc. 4, 3. famamque vagam vestigat (dea) in umbra, quam pater omnipotens digna atque indigna canentem spargentemque metus placidis regionibus arcet aetheris, VFlacc. 2, 117. is primam ad aciem digna atque indigna relatu vociferans cet., sata exuri, dirui tecta, praedas hominum pecorumque agi misera magis quam indigna patienti esse, Liv. 31, 30, 3; im *Superl.*: antea semper pro indignissimo habuerant se patrio regno tutoris fraude pulsos, 1, 40, 2. — *Adv.* a) **indigne, auf unziemende, unangemessene, unwürdige, entehrende, schimpfliche, schmachvolle, empörende Weise**, i. exigor patria innocens, Naev. 11. heu miser ind. frater adempte mihi, Catull. 101, 6. meretricem ind. deperit, Plaut. Bacch. 3, 3, 66. quoi miserae ind. per vim vitium obtulerat, Ter. Ad. 3, 2, 10. adeo simul fortuna civitatis virtute vera eguit, nihil censoria animadversio effecit, quo minus regimen rerum ex notata ind. domo peteretur, Liv. 4, 31, 5. facis adeo ind. iniuriam illi, Ter. Heaut. 3, 3, 4. u. vgl. Hec. 3, 3, 41; im *Superl.*: clamaret omnes indignissume factum esse, Ad. 1, 2, 11. propter peccatum pausillum ind. patria protelatum esse saevitia patris, Turpil. 90. ille vir - (quum) eriperetur ind. bonis omnibus atque universae civitati, Cic. Cael. 24, 59. cervices in carcere frangebantur ind. civium Romanorum, II. Verr. 5, 57, 147. doleo enim et illum immatura morte ind. raptum et hunc optimi fratris adiumento destitutum solisque amicis relictum, Plin. Ep. 6, 6, 7. persequamur eorum mortem, qui ind. interierunt, Caes. BG. 7, 38, 8. — b) **wie etwas, das unziemend, unangemessen, unwürdig u. s. w. ist**, ind. ferre alqd. od. mit Objectsatz, Phaedr. 1, 23, 10. 3, 18, 1. Nep. Eum. 1, 3. Suet. Rhet. 3. Tib. 4 Domit. 12. Curt. 6, 43 (11), 23. ind. pati alqd. od. mit Objectsatz, Cic. Inv. 2, 26, 78. II. Verr. 5, 12, 31. Liv. 31, 12, 2

2) mit Abl. (selten Gen.), qui (selten ut) u. Conj., mit Inf. u. abs. (so daß der Zusammenhang den zu ergänzenden Begriff darbietet) von einer Person od. Sache, **der etw. nicht ziemt, nicht angemessen ist, für die sich etw. nicht schickt, die einer Sache unwürdig od. unwerth ist, die etw. nicht verdient**, u. zwar mit *Abl.* von Personen: quis enim generosum dixerit hunc, qui indignus genere et praeclaro nomine tantum insignis? Juv. 8, 31: C. Laelius quum ei quidam malo genere natus diceret, indignum esse suis maioribus, at hercule, inquit, tu tuis dignus, Cic. dOr. 2, 71, 286. nefas esse, quo nomine Caesari dignus esset visus, semet ipsum videri indignum, Vell. 2, 60, 2. indignus ille - est thalamis tuis, Sen. Oct. 251. novus nemo tam clarus neque tam egregiis factis erat, quin is indignus illo honore

et quasi pollutus haberetur, Sall. J. 63, 7. nam et quaesturam petentes, quos indignos iudicavit, profiteri vetuit, Vell. 2, 92, 3. si decem soli in civitate viri boni - qui te indignum aedilitate iudicavissent, gravius cet., Cic. Planc. 4, 9. immo despecti et indigni re publica habiti praedae loco aestumantur, Sall. H. 1, 48, 5. Strato - regno visus indignus, Curt. 4, 3 (1), 16. Rabirius ac Pedo non indigni cognitione, si vacet., Quint. 10, 1, 90; novi ego vostra haec: „nollem factum: dabitur ius iurandum, indignum te esse iniuria hac", cet., Ter. Ad. 2, 1, 12. existat ab inferis, qui illo supplicio indignus fuit, et hoc solatio dignus, Curt. 7, 24 (5), 37. si Pompeium indignum morte fateatur, Quint. 3, 8, 57; — im *Superl.*: te omni honore indignissimum iudicat, Cic. Vatin. 16, 39. mecum enim L. Flaccus, vir tua legatione indignissimus atque iis consiliis, quibus -, dignior, mecum fuit tum, quum cet., Pis. 23, 54; — von concr. od. abstr. Dingen: quae nisi respuis ex animo longeque remittis dis indigna putare alienaque pacis eorum, cet., Lucr. 6, 68. cave faxis te quidquam indignum, Hor. Sat. 2, 3, 38. nihil, quod ipsis esset indignum, committebant, Caes. BG. 5, 35, 5. ego conscia mihi sum - neque pretium neque rem ullam intercessisse illa aut me indignam, Ter. Ad. 3, 2, 51. indigna te sunt spolia, Sen. Herc. fur. 294. sin fortuna communis asperior est, qua re indigna vobis nobisque et re publica incipitis? Sall. H. 2, 41, 8. etiam si nobis indigna audiamus, tamen gravitatem retinere, iracundiam repellere (rectum est), Cic. Off. 1, 38, 137. te indignas seque dignas contumelias numquam cessavit dicere, Ter. Phorm. 2, 3, 29. nihilne est in his rebus, quod dignum libero aut indignum esse ducamus? Cic. Fin. 5, 17, 47; — pro di immortales! speciem humanam ... invisitatam egregiam, indignam clade et squalitudine, Att. 339. aure verba indigna maternā opprime! Sen. Ag. 974. quaecunque parum splendoris habebunt et sine pondere erunt et honore indigna ferentur, Hor. Ep. 2, 2, 111. nulla tamen vox est ab iis audita populi Romani maiestate et superioribus victoriis indigna, Caes. BG. 7, 17, 3. superba illa gravia indigna Romano imperio existumantes, Sall. H. 2, 23, 5 haec te admittere indigna genere nostro, Ter. Ad. 3, 3, 55. viso corpore defuncti tam indignam illo fastigio mortem lacrimis prosecutus est, Justin. 11, 15, 14. quod fide sua esset indignum, Nep. Dat. 5, 5. ne illud quidem indignum est admonitione, Quint. 6, 1, 37. qui omnes etiam indignas lectione scidas excutit, 1, 8, 19. in quo erat accusatoris interpretatio indigna responsione, Cic. CBalb. 16, 36. nemo tamen studiis indignum ferre laborem cogetur posthac, cet., Juv. 7, 17; — mit *Gen.*: descendam magnorum haut umquam indignus avorum, Virg. A. 12, 649. u. vgl. Sil. 8, 385; — mit *qui* u. *Conj.*: si ego digna hac contumelia sum maxume, at tu indignus qui faceres tamen, Ter. Eun. 5, 2, 27. u. vgl. Hec. 3, 5, 27. numen qui violarint matris - significare volunt indignos esse putandos, vivam progeniem qui in oras luminis edant, Lucr. 2, 614. segnis ego indignus, qui tantum possideam, Hor. Sat. 2, 3, 236. properabat Acilius - cum iuvene indigno, quem mors tam saeva maneret, Juv. 4, 91. quaero abs te, iine qui postulabant indigni erant, qui impetrarent? Cic. SRosc 41, 119. indignos vos esse arbitror, qui in meo exercitu ordines ducatis, missosque facio, Auct. BAfr. 54, 5. ceterum si, cui fidem daret, videretur indignus, multa exilia patere fugienti, Curt. 6, 11 (4), 13. digna res est, quam diu multumque consideres: ne ego quidem indignus, cui copiam scientiae tuae facias, Plin. Ep. 7, 27, 15. ne illud quidem, quod admoneamus, indignum est, Quint. 2, 4, 10. u. vgl. 7, 1, 78; — mit *ut* u. *Conj.*: sed si, me dius fidius, ipse in nos mitis Hannibal contra naturam suam esse velit, nihil tam vobis vita opus esse censeamus, cum indigni ut redimeremur ab vobis visi simus, Liv. 22, 59, 17; — mit *Inf.*: ubicunque locorum vivitis, indigni fraternum rumpere foedus, Hor. Ep. 1, 3, 31. effutire leves indigna tragoedia versus, AP. 231. me miserum! ne prona cadas indignave laedi crura notent sentes et sim tibi causa doloris, Ov. M. 1, 508. fabula nota quidem, sed non indigna referri, AA. 1, 681. indigna est pigro forma perire situ, Am. 2, 3, 14. u. vgl. Sil. 2, 111. 11, 11. non putant indignum - monere cet., Quint. 8, 4, 21; — *absol.*: neque malo homini, neque indigno, tuo dedi Stratippocli (argentum), Plaut. Epid. 5, 2, 43. misericordiam ad opem ferendam et calamitates hominum indignorum sublevandas (utilem esse), Cic. Tusc. 4, 20, 46. cum periura patris fides consortem socium fallat et hospitem indignoque pecuniam heredi properet, Hor. Od. 3, 24, 59. virtus indigno non committenda poëtae, Ep. 2, 1, 231; — iaces indigno, quanta res (von d. Perle), inquit, loco, Phaedr. 3, 12, 3. percutit indignos claro plangore lacertos, Ov. M. 4, 138. pulsata indignis saepe queror manibus, Prop. 1, 16, 6. comparat indigno vimque dolumque toro, Ov. F. 2, 780; — omitto divitias, quas quum quivis quamvis indignus habere possit, in bonis non numero, Cic. Tusc. 5, 16, 46. ut si detulerit fasces indigno, detrahet idem, Hor. Ep. 1, 16, 33. quae venit indigno poena, dolenda venit, Ov. Her. 5, 8. indignis si male dicitur, male dictum id esse duco: verum si dignis dicitur, bene dictum'st meo quidem animo, Plaut. Curc. 4, 2, 27. ego ab indignis praemia nulla peto, Catull. 66, 86. qui stultus honores saepe dat indignis et famae servit ineptus, Hor. Sat. 1, 6, 16. indignos adiuvat, Phaedr. 1, 8, 2. omnia mala exempla ex bonis orta sunt: sed ubi imperium ad ignaros aut minus bonos pervenit, novum illud exemplum ab dignis et idoneis ad indignos et non idoneos transfertur, Sall. C. 51, 27; — im *Superl.*: erant enim (senatores) super mille, et quidem indignissimi et post necem Caesaris per gratiam et praemium adlecti, Suet. Aug. 35.

indĭgus, a, um, bedürftig, dürftig, mit *Gen.*: divom natura - privata dolore omni, privata periclis, ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri, Lucr. 2, 646. eo properantius Alexan-

driam pergit, ut - (urbem) externae opis indigam fame urgueret, Tac. H. 3, 48. libera haec civitas (Athenae), nec indiga ullius praeconî amplius, Plin. 4, 7 (11), 24. ad sidera raptim vi propria nituntur (poma) opisque haud indiga nostra, Virg. G. 2, 428; — exercitus - indigus rectoris, inops consilii, Tac. H. 3, 22. nihil indigus ensis, Sil. 2, 155. haec (näml. canes) erant fidissima auxilia nec stipendiorum indiga, Plin. 8, 40 (61), 143. quae (roseta) si indigus plantarum volueris ex paucis virgulis habere copiosa cet., Pallad. 12, 11; auch: omnis indiga servitii fervebat litore plebes, dürftig, gierig, Lucan. 9, 253; mit *Abl.*: nudus humi iacet infans, indigus omni vitali auxilio, Lucr. 5, 223; — *absol.*: cuique viro totus terrarum paruit orbis indigus effectus omnibus ipse magis, Ov. Pont. 4, 3, 43. mihi pauper et indigus uni Pollius? Stat. Silv. 3, 1, 102.

indĭguus, a, um, bedürftig, mit *Gen.*: quos magis indiguos opis et virtute carentes affectu rimante vident, Paul. Nol 27, 4. u. vgl. 16, 196. alienae lucis indigua (luna), Apul. de deo Socr. 1, 1; — mit *Abl.*: eximie fatigatus et refectione virium vehementer indiguus, M. 9, 12., *al.*: indigus.

indīlĭgens, entis, 1) **unwirthschaftlich, unhaushälterisch**, überh. **ungenau, unsorgfältig, unachtsam, nachlässig**, ubi illo inmigrat nequam homo indiligens cum pigra familia, inmundus, instrenuus, hic iam aedibus vitium additur, bonae quom curantur male: atque illud saepe fit: tempestas venit, confringit tegulas imbricesque: ibi dominus indiligens reddere alias nevolt, Plaut. Most. 1, 2, 34. non ind. paterfamilias, Nep. Att. 4, 3. vereor ne indiligens nimium sies, Ter. Ad. 4, 5, 50. vide quaeso nequis tractet illam (Bacchidem) indiligens, Plaut. Bacch. 2, 2, 23; — mit *Gen.*: Cornelius Nepos et rerum memoriae non indiligens, et cet., Gell. 15, 28, 1; — im *Compar.*: quod si indiligentiores fuerint, milia hominum delecta LXXX una secum interitura demonstrat, Caes. BG. 7, 71, 3. — *Adv.*: **indiligenter** iceram, Plaut. Mil. gl. 1, 1, 28. vae illi, qui tam ind. opservavit ianuam, As. 2, 2, 6. mei patris bene parta ind. tutatur, Ter. Phorm. 5, 3, 5. si quis agrum suum passus fuerat sordescere eumque ind. curabat ac neque araverat neque purgaverat - non id sine poena fuit, Gell. 4, 12, 1. quo pacto tractari conveniret argumentationes, in libro primo non ind. expositum est, Cic. Inv. 2, 3, 11. u. vgl.: de Xenone coram cognoscam, quamquam nihil ab eo arbitror neque ind. neque illiberaliter, Att. 16, 3, 2; — im *compar.*: quod deditione facta nostros praesidia deducturos aut denique indiligentius servaturos crediderant, Caes. BG. 2, 33, 2. — 2) **ungenau od. unsorgfältig behandelt, vernachlässigt**, nequam esse in domo matremfamilias - ubi indiligens esset hortus, quippe e carnario aut macello vivendum esse, Plin. 19, 4 (19), 57.

indīlĭgenter, *Adv.*, s. indiligens, 1.

indīlĭgentia, ae, *f.*, **der Mangel an Wirthschaftlichkeit, an haushälterischem Wesen**, überh. **die Ungenauigkeit, der Mangel an Sorgfalt, die Unachtsamkeit, Nachlässigkeit**, od. mit obj. Genit., **die Nichtbeachtung einer Sache**, dum altera diligentiam matris familiae iactat, altera delicias et indiligentiam viri, Petron. 67, 11; summa difficultate rei frumentariae adfecto exercitu tenuitate Boiorum, indiligentia Haeduorum, incendiis aedificiorum, Caes. BG. 7, 17, 3. in eas (naves) indiligentiae suae ac doloris iracundiam erupit omnesque incendit, BC. 3, 8, 3. neglecta indiligentia praedia paraverat, Plin. 14, 4 (5), 50; — mit *Gen. obj.*: gaudio clamoribusque cuncta miscebant, indiligentia veri et adulandi libidine, Tac. H. 4, 49. intelliges esse nihil a me nisi orationis acerbitatem et iracundiam et, si forte, raro litterarum missarum indiligentiam reprehensam, Cic. I. QFr. 2, 2, 7; — personificirt b. Plaut. Pers. 4, 4, 9.

indīlūcesco, ĕre, **zu grauen anfangen**, cum iam ferme dies insequens indilucesceret, Jul. Val. r. gest. Al. M. 3, 42.

indīmensus, a, um, ungemessen, **unermeßlich, unzählig**, curantes populos tam indimensos ad orbis Romani incendium diu quaesitos in nostrorum conversos exitium, Amm. 19, 2, 4.

indīmissus, a, um, **nicht entlassen**, illicite dimissam uxorem pro indimissa ducens adulter est, Tert. adv. Marc. 4, 34.

indĭpisco (b. Plaut) u. *Dep.* **indipiscor**, indeptus sum, i (indu u. apiscor), 1) **erreichen, erlangen, einholen**, quod simul atque hominem leti secura quies est indepta atque animi natura animaeque recessit, Lucr. 3, 211. nec indipisci iam maritum volatilem quiens, Apul. M. 6, 5; — ex utraque parte signo dato cum rostris concurrissent, neque retro navem inhiberent, nec dirimi ab se hostem paterentur, quam quis indeptus navem erat ferrea iniecta manu, ita conserebant ex propinquo pugnam, ut cet., Liv. 26, 39, 12. u. so: ceterasque (triremes), quas indepta esset, mulcasset, ni cet., 28, 30, 12. in adulescentia quem apud reges memorant armis arte duellica divitias magnas indeptum? Plaut. Epid. 3, 4, 13. magna hercle praeda'st: largiter mercedis indipiscar, Rud. 5, 2, 28. cum librum veteris scriptoris legebamus, conabamur postea memoriae vegetandae gratia indipisci animo ac recensere, quae cet., Gell. 17, 2, 1. multas res simitu in meo corde vorso, multum in cogitando dolorem indipiscor, Plaut. Trin. 2, 1, 1. senex quidem voluit, si posset, indipisci de cibo, Stich. 4, 1, 57; — im *Act.*: neque partem tibi ab eo, quiqui est, indipisces, neque furem excipies? Aul. 4, 10, 45. si occasioni huic tempus sese supterduxerit, numquam edepol quadrigis albis indipiscet postea, As. 2, 2, 12; — im *Ptcp. perf.* passivisch: indeptae dignitatis honore potiantur, Cod. Theod. 12, 24, 14. lubrico volumine indepti revinciunt (dracones), Apul. Flor. 1, 6. — 2) **anknüpfen, beginnen, anfangen**, Achaeos Homerus pugnam indipisci ait non fidicularum tibiarumque, sed mentium animorumque concentu conspiratuque tacito nitibundos, Gell. 1, 11, 8.

indīreptus, a, um, **ungeplündert**, sic Capi-

tolium indefensum et indireptum conflagravit, Tac. H. 3, 71.

indisciplīna, ae, *f*, Mangel an Erziehung, Boëth. Arist. anal. prior. 1, 3. p. 470.

indisciplīnātio, ōnis, *f.*, Mangel an Zucht, Cassiod. Var. 7, 3.

indisciplīnātus, a, um, zuchtlos, Cyprian. Ep. 62. Augustin. Ep. 169. Commodian. instr. 30. *Adv.*: **indisciplīnāte** loqui, Commodian. instr. 16.

indisciplīnōsus, a, um, zuchtlos, Vulg. interpr. Siracid. 23, 7.

indiscissus, a, um', unzertrennt, domini tunica, Hieron. Ep. 15, 1.

indiscrĕpanter, *Adv.*, ohne Abweichung, Boëth. arithm. 2, 38. p. 1043.

indiscrēte u. **indiscretim**, *Adv.*, s. indiscretus.

indiscrētus, a, um (in u. discerno), ungeschieden, ungesondert, unabgesondert, u. übtr., ununterschieden, ohne Unterschied, ununterscheidbar, auch: unablässig, a) eig.: quibusdam indiscretum caput, ut cancris, Plin. 11, 37 (46), 129. cui socias vires atque indiscreta maniplis arma recensebant, Sil. 8, 575. equitum Romanorum locos sedilibus plebis anteposuit apud circum: namque ad eam diem indiscreti inibant, quia lex Roscia nihil de quattuordecim ordinibus sancxit, Tac. A. 15, 32. amicos tempore, fortuna - imminui, transferri, desinere: suum cuique sanguinem indiscretum, sed maxime principibus, H. 4, 52. convivia cum iisdem indiscreta vicissim habens, Eutr. 8, 4. haeccine vita iuvat silvestribus abdita lustris, indiscreta feris? Claud. Rapt. Pros. 3, 44. cum agriculturam primo propter paupertatem maxime indiscretam haberent, quod —: qui postea creverunt, peculia diviserunt ac factum, ut dicerentur alii agricolae alii pastores, Varr. RR. 3, 1, 7. — b) übtr.: multos quidem occidere et indiscretos incendii ac ruinae potentia est, Sen. Clem. 1, 26, 5. simillima proles (v. Zwillingen), indiscreta suis gratusque parentibus error, Virg. A. 10, 392. imagines adeo similitudinis indiscretae pinxit, ut cet., Plin. 35, 10 (36), 88. in utroque (deo et filio) operis forma indiscreta, Prud. Apoth. 256. concolor exustis atque indiscretus arenis Ammodytes (natus est), Lucan. 9, 715. indiscretis vocibus pretia vacationum, angustias stipendii - incusant, Tac. A. 1, 35. minus subtiliter quidam indiscretis his nominibus utuntur, Cels. 4, 6 (3). mea quidem sententia iuncta ista atque indiscreta sunt, Quint. 1, 2, 3. verum ita sunt inter se connexa et indiscreta omnia, ut cet., 10, 1, 2; — aderant autem illico Sarmatis periculorum Quadi participes, qui noxarum saepe socii fuerant indiscreti, Amm. 17, 12, 8. agnitus vero tandem et adscitus in amicitiam, si te salutandi adsiduitati dederis triennio indiscretus, cet., 14, 6, 13. nam fugituros procul dubio deseram: hostium terga caesuris adero indiscretus, 16, 12, 33. — *Adv.*: cum ludos circenses Julianus Romae daret et **indiscrete** subsellia circi maximi repleta essent, Spart. Pesc. Nig. 3. multis vero talis ars eius (linguae) contingit, ut avium et animalium vocis ind. edatur imitatio, Plin. 11, 37 (65), 174. in Georgii odio omnes ind. flagrabant, Amm. 22, 11, 10; locus apud eos est - opiparis epulis semper refertus, quibus **indiscretim** omnes vescuntur, Solin. 30, 10; im *comp*: Hephaestiona una cum vidissent mulieres indiscretius cultum - ipsum pro Alexandro salutasse, Auct. it. Al. M. 37. u. vgl. 116. Jul. Val. res g. Al. M. 1, 41.

indiscrīmĭnābĭlis, e, ununterscheidbar, ut sint et negotio et sensu et verbo indiscriminabilia, Cl. Mamert. stat. an. 2, 10.

indiscrīmĭnātim, *Adv.*, ohne Unterschied, quibus nos in hoc libro utemur ind. et promiscue, Varr. b. Non. p. 127, 23.

indiscussĭbĭlis, e, nicht zu erörtern od. zu bestreiten, Claud. Mam. stat. an. 2, 12. 3, 11.

indiscussus, a, um, unerörtert, Claud. Mam. stat. an. 3, 11. Cassiod. Var. 4, 50.

indisertus, a, um, unberedt, neque indisertum Academicum pertimuissem nec sine ista philosophia rhetorem quamvis eloquentem, Cic. ND. 2, 1, 1. nec tamen exprimi verbum e verbo necesse erit, ut interpretes indiserti solent, quum cet., Fin. 3, 4, 15. tres fratres, summo loco natos, promptos, non indisertos, te nolo habere iratos, Fam. 2, 18, 2. S. Annium Luscum - non indisertum dicunt fuisse, Brut. 20, 79; — malim equidem indisertam prudentiam quam stultitiam loquacem, dOr. 3, 35, 142. — *Adv.*: orationem meam collaudavit satis multis verbis, non mehercule **indiserte**. QFr. 2, 1, 3.

indisiunctim, *Adv.*, sofort, Cl. Mam. stat. an. 1, 12.

indispensātus, a, um, unvertheilt, ungeregelt, übermäßig, effusas primo certamine vires damnare et cassis longe increpitare querelis indispensato lassantem corpora (sc. equorum) nisu, Sil. 16, 340.

indispŏsĭtus, a, um, ungeordnet, ungeregelt, regellos, apud Vitellium omnia indisposita, temulenta, pervigiliis ac bacchanalibus quam disciplinae et castris propiora, Tac. H. 2, 68. — *Adv.*: „quid ergo? inquis, muta animalia perturbate et **indisposite** moventur?" dicerem illa perturbate et indisposite moveri, si natura illorum ordinem caperet: nunc moventur secundum naturam suam, Sen. Ep. 20, 7, 19 (124).

indispŭtābĭlis, e, unbestreitbar, testimonium, Cassiod. Var. 12, 21.

indissĭmŭlābĭlis, e, unverhehlbar, haec Plato sub persona quidem - non probo, set cum sensu tamen intelligentiaeque communis fide et cum quadam indissimulabili veritate disseruit, Gell. 10, 22, 24.

indissŏciābĭlis, e, unzertrennlich, Ambros. Ep. 14. Lact opif. d. 10, 11. u. *Adv.*: **indissociabiliter**, Cl. Mam. stat. an. 1, 18.

indissŏlūbĭlis, e, unauflöslich, unauflösbar, nodus, Plin. 11, 24 (28), 81; quoniam orti estis, immortales vos quidem esse et indissolubiles non potestis, neutiquam tamen dissolvemini, Cic. Univ. 11. p. 277. u. vgl. Lact. opif. d. 4, 6. u. übtr.: et Paulo quidem - Catenae inditum est cognomentum eo, quod in complicandis ca-

luminiarum nexibus erat indissolubilis, weil sich Niemand von ihm losmachen, sich ihm entwinden konnte, Amm. 15, 3, 4. — *Adv.*: **indissolubiliter** nexum, Cl. Mam. stat. an. 2, 2.

indissŏlutus, a, um, **unaufgelöst**, quorum operum ego parens effectorque sum, quae per me facta, haec sunt indissoluta me invito, Cic. Univ. 11. p. 277.

indissuāsĭbĭlis, e, **nicht zu widerrathen**, opinio, Boëth. Arist. top. 6, 4. p. 713.

indistanter, *Adv.*, **ohne ein- od. anzuhalten**, syllaba est vox literalis, quae sub uno accentu et uno spiritu ind. profertur, Prisc. I. p. 44, 4; übtr., **ohne Ausnahme**, qui - ex nutu suo ind. putant omnium pendere fortunas, Amm. 27, 9, 4.

indistinctus, a, um, 1) **ununterschieden**, **ohne einen Unterschied zu machen**, nur im *Adv.*: nummis **indistincte** legatis hoc receptum est, ut exiguiores legati videantur, Ulp. Dig. 32, 1, 73. Julianus ind. scribit, si cet., Paul. Dig. 4, 8, 32. — 2) **unordentlich**, **ungeordnet**, **ohne Ordnung**, u. übtr. **verworren**, **dunkel**, si neque pauciora quam oportet, neque plura neque inordinata aut indistincta dixerimus, Quint. 8, 2, 23; — indistincta haec defensio et promisca dabitur? immo iustis terminis dividatur, Tac. A. 6, 8. indistincta - et confusa fient, quae legero, Gell. 13, 31 (30), 5. annon in privatis et acutus et non asper et non indistinctus et non supra modum elatus M. Tullius? Quint. 12, 10, 39. — *Adv.*: quae libitum erat, cuius generis cumque erant, **indistincte** atque promisce annotabam, Gell. praef. §. 2.

indīvĭduĭtas, ātis, *f.*, **die Untheilbarkeit**, u. übtr. **die Untrennbarkeit**, **Unzertrennlichkeit**, animae, Tert. an. 51. matrimonii, monog. 5.

indīvĭduus, a, um, 1) **untheilbar**, übtr. **untrennbar**, **unzertrennlich**, abuteris ad omnia atomorum regno et licentia: — quae primum nullae sunt: nihil est enim, quod vacet corpore, corporibus autem omnis obsidetur locus: ita nullum inane, nihil esse individuum potest, Cic. ND. 1, 23, 65. si nullum corpus immortale sit, nullum esse corpus sempiternum: corpus autem immortale nullum esse, ne individuum quidem nec quod dirimi distrahive non possit, dann: si omne animal secari ac dividi potest, nullum est eorum individuum, nullum aeternum, 3, 12, 29. atomos quas appellat, id est corpora individua, Fin. 1, 6, 17. individua illa corpuscula volitantia per inane, atomos ut nos appellamus, numerari posse sperabit, Amm. 26, 1, 1; — subst.: si dicamus quidquam fieri sine causa, distinguendum est et ita dicendum, ipsius individui hanc esse naturam, ut pondere et gravitate moveatur eamque ipsam esse causam, cur ita feratur, Cic. Fat. 11, 24. individua quum dicitis et intermundia, quae nec sunt illa nec possunt esse intelligimus, Fin. 2, 23, 75; — übtr.: Vescularius Flaccus ac Julius Marinus at (= ad) mortem aguntur, e vetustissimis familiarium, Rhodum secuti et aput Capreas individui, Tac. A. 6, 10. experieris, quid miles sub conspectu bellicosi ductoris testisque individui gerendorum - efficiet, Amm. 16, 12, 18; illic est individuus ille comitatus virtutum, Sen Ep. 7, 5, 10 (67). memorabat adsidue, severitatem rectae potestatis esse individuam sociam, Amm 30, 8, 10. mecum primis ab annis nutritus et adultus individuo contubernio domusculae, Apul. M. 4, 26. — 2) **ungetheilt**, quaedam (arbores) dividuae nec ramosae, ut sabuci, quaedam individuae, ramosae, ut piceae, Plin. 16, 30 (53), 122. u. übtr.: individua pietas, die alle gleichmäßig umfaßt, Quint. decl 5, 3.

indīvīse, *Adv.*, s. indivisus.

indīvīsĭbĭlis, e, **untheilbar**, u. *adv.*: mors indivisibili animae **indivisibiliter** accidens, Tert. de an. 51.

indīvīsio, ōnis, *f.*, **die Untheilbarkeit**, Boëth. Arist. anal. post. 1, 12. p. 533.

indīvīsus, a, um, **ungetheilt**, **gemeinschaftlich**, qui (equi) ungulas indivisas habent, Varr. RR. 2, 7, 2; — o rerum media indivisaque magnis fratribus, von der dem Juppiter, Neptun u. Pluto gemeinsamen Erde, Stat. Theb. 8, 312. iam vero, concors miles signisque relatis indivisus honos, da Fabius nun allein ohne Minucius das Heer commandirte, Sil. 8, 9. iniectis ponticulis, quos ante compaginarant, transgredi festinarunt indiviso negotio, Amm. 21, 12, 9; — pro indiviso ungetheilt, gleichmäßig, ohne Ausnahme, gemeinschaftlich, vineam curandam partiario: partiario foenum et pabulum: cetera omnia pro ind., Cato RR. 137. in conchyliata veste cetera eadem sine bucino, praeterque ius temperatur aqua et pro ind humani potus excremento, Plin. 9, 39 (64), 138. pro ind. possessas (arbores) a feris, depugnante cum his homine circa caducos fructus, 17, 1 (1), 1. illud fidelissimum tibi pectus, in quod omnes curae tuae pro ind. transferuntur, Sen. Cons. ad Helv. 19, 1. — *Adv.*: particeps, qui certam habet partem, et non **indivise** agit, ut socius, Ascon. Cic. II. Verr. 1, 55.

indīvulsus, a, um, **ungetrennt**, **unzertrennlich**, C. Gracchum ex Aventino fugientem Euparus servus -, dum aliqua spes salutis erat, indivulsus comes, qua potuit ratione tutatus est, Macrob. Sat 1, 11, 25.

indo, indĭdi, indĭtum, indĕre, in etw. **hineinthun**, **-bringen**, **-fügen**, **-legen**, **einführen** u. dgl., in od. an od. auf etw. **thun**, **anbringen**, **anlegen**, einer Sache **beifügen**, zu etw. **hinzufügen**, Jmdm. **beilegen**, im Pass. auch medial, **sich einfügen**, **sich verbreiten**, **sich vertheilen**, **übergehen**, übtr. alqd. alci. od. alci. rei, Gebräuche wo **einführen**, Zustände Jmdm. **beibringen**, **einflößen**, vorzugsw. einer Person od. Sache einen Namen **beigeben**, **beilegen**, a) eig.: tibi propino: decumum *a* fonte tibi tute inde, si sapis, Plaut. Stich. 5, 4, 31. od. mit *Adv.*: inde huc aquam, 5, 5, 20. Da. age, age, absolve me atque argentum numera, ne comites morer. St. praenumeratum est. Da. tene crumenam: huc inde, Epid. 5, 1, 25; — mit *in* u. *Acc.*: edepol cor miserum meum, quod gustatim contabescit, quasi in aquam indideris salem! Merc. 1, 2, 91. oleum sic in metretam novam inditurus eris, Cato RR. 100. di me et te infelicent, si ego in os meum hodie vini guttam

informĭtas, ātis, *f.*, die **Gestaltlosigkeit, Unförmlichkeit**, Solin. ep. ad Adv. p. 233, 20. u. KS.

informo, āvi, ātum, āre, 1) **hineinbilden**, nur im philos. Sinne, im Pass. informatum esse, **als Bild im Geist gestaltet sein, in ihm ursprünglich als Bild** (Idee, Vorstellung) **liegen od. vorhanden sein, als Vorstellung** *a priori* **angeboren sein**, Cleanthes quidem noster quattuor de causis dixit *in* animis hominum informatas deorum esse notiones, Cic. ND. 2, 5, 13. quod ita sit informatum anticipatumque menti*bus* nostris, quum de deo cogitet, forma accurrat humana, 1, 27, 76. — 2) **heran-, anbilden, nach und nach bilden, bildend gestalten, bilden, anlegen, entwerfen**, im *Pass.* auch med., **sich nach und nach bilden** u. s. w., a) eig. v. Menschen u. der Natur: ingentem clipeum informant, Virg. A. 8, 447. u. so von d. Cyclopen: his informatum manibus iam parte polita fulmen erat, toto genitor quae plurima caelo deiecit in terras, pars imperfecta manebat, 8, 426. notaeque iugis illabitur Aetnae noctivago taedas informatura labori, Claud. Rapt. Pros. 3, 330. sarmentis conexus velut funis informabitur in eam crassitudinem cet., Col. 2, 2, 10. effigiem informat Latiam (Iuno), Sil. 17, 524. et nunc informet Martem castamve Minervam, nunc Venerem effingat, nunc Veneris puerum, Plin. Ep. 7, 9, 11. als Dicht. quae (areae) tamen sic informandae sunt cet., Col. 11, 3, 13; — quarta hebdomate – caput et spina, quae est in dorso informatur, Varr. b. Gell. 3, 10, 7. — b) übtr., durch d. Natur: ut nemini parere animus bene informatus a natura velit nisi praecipienti aut docenti aut utilitatis causa iuste et legitime imperanti, Cic. Off. 1, 4, 13; — in der Seele bilden, im Pass. a posteriori sich bilden, sich vorstellen, omnium deinde inanium visorum una depulsio est sive illa cogitatione informantur – sive in quiete sive per vinum sive per insaniam, Acad. 2, 16, 51. petitorum haec est adhuc informata cogitatio, Att. 1, 1, 2. quodque dicitis informari non posse virtutem, si quidquam nisi quod honestum sit numeretur,

lorque fores infecit acernas, Ov. M. 4, 487. u. vgl.: rursusque alius (color), cum praevia lucis tradendum Phoebo Pallantias inficit orbem, zu erhellen beginnt, 15, 190. — b) mit einer Flüssigkeit (Gift, Blut) **versetzen, schwängern, tränken, besudeln,** mit *Abl.*: mea mortiferis infecit pocula succis, Tibull. 3, 5, 9. ut poculis veneno infectis secretius senatum et sine arbitris interficeret, Justin. 21, 4, 3. inventa est arca ingens variorum venenorum plena, quibus mox a Claudio demersis infecta maria traduntur non sine piscium exitio, Suet. Cal. 49. Gorgoneis Allecto infecta venenis, Virg. A. 7, 341. infice tabe tua natarum Cecropis unam, sagt Minerva zur Göttin des Neides, Ov. M. 2, 784; — gelidos inficiet tibi rubro sanguine rivos lascivi suboles gregis, Hor. Od. 3, 13, 6. propter me vagas Achelous undas sanguine infecit suo, Sen. Herc. Oet. 300. percussaque sanguine cultros inficit (d. Opferthier), Ov. M. 15, 134. quem locum Galba moriens sanguine infecerat, Tac. H. 2, 55. humus infecta sanguine, Sall. J. 101, 11. sepulcra infecta sanguine civili, H. 1, 41, 14. infectas sanguine habere manus, Prop. 3, 9 (2, 17), 2. u. so Sen. Herc. fur. 499. infectaque sanguine tela coniugibus servant parvisque ostendere natis, Stat. Theb. 9, 187. hastam infectam sanguine ritu patrio nostrique more coniecerat fecialis, Amm. 19, 2, 6, dicht.: longos infectum sanguine villos, Ov. M. 11, 396. u. vgl. VFlacc. 7, 551. und: mons erat infectus variarum caede ferarum, Ov. M. 3, 143., dagegen: hic caede patris Peliadum infecit manus, Phaedr. 4, 7, 16. infectae caede manus, Suet. Tib. 59; — *absol.*, zunächst im Allgem.: super omnia est quod esse auditum et odoratum piscibus non erit dubium, ex aëris utrumque materia: odorem quidem non aliud quam infectum aëra intellegi possit, Plin. 9, 7 (6), 18. hinc terras cruor infecit omnes fusus et rubuit mare, Sen. Hipp. 552. u. so: gramine pasta Falisco victima Tarpeios inficit icta focos, Ov. Pont. 4, 8, 41. und: quae seges infectā surget non decolor herba? Lucan. 7, 851; bes. mit Gift versetzen, **vergiften,** pocula si quando saevae infecēre novercae, Virg. G. 2, 128. letalesque dapes infectaque pocula cerno, VFlacc. 2, 155. nos et sagittas unguimus ac ferro ipsi nocentius aliquid damus, nos et flumina inficimus et rerum naturae elementa, Plin. 18, 1 (1), 3. quale laborantis Nemees iter aut Erymanthi vidit et infectae miseratus flumina Lernae, VFl. 2, 495. — c) mit einem anderen Gegenstand anmachen, u. zw. a) im guten Sinne mit etw. **versetzen, mischen,** einer Sache **eine Mischung,** einen **Beigeschmack geben** (im Pass. e. B. haben) u. dgl., auch: **schmücken,** mit *Abl.*: hoc (dictamno) fusum labris splendentibus amnem inficit occulte medicans, Virg. A. 12, 418. inficit aequora limo (Ufens), Sil. 8, 382. hic non nisi unguento nobili aut croco piscinis infectis natavit, Lamprid. Heliog. 19. omne quidem signum sub qualicunque figura partibus inficitur mundi, Manil. 2, 856. u. vgl. 357. sorbetur optumum (mel) et minume fronde infectum, e quercus, tiliae, harundinum foliis, Plin. 11, 13 (13), 32. vgl. mit: mirumque dulcem sucum olivas bibere et alieno sapore infici, 15, 3 (4), 16. ingemuisse putes campos terramque nocentem inspirasse animas infectumque aëra totum manibus et superam Stygia formidine noctem, Lucan. 7, 768. immani oculos infecerat ira, Claud. BGet. 585; — quarum (Pieridum) castos altaria postes munere saepe meo inficiunt, Virg. Cir. 94. ostro infecta corusco humida gemmiferis illuxit regia mensis, Claud. Prob. et Ol. cons. 264. — β) im schlimmen Sinne, **besudeln, verderben, vergiften,** mit *Abl.*: corrupitque lacus, infecit pabula tabo, Virg. G. 3, 481. infecta mapalia tabo, Claud. BGild. 360. infecta tabo humus, Tac. H. 2, 70. u. bildl.: nullum sit verbum velut rubigine infectum, Or. 22; — quique halitus exit ore niger Stygio, vitiatas inficit auras, Ov. M. 3, 75.

2) übtr. a) im guten Sinne, etw. mit etw. **versetzen, ausputzen, zieren,** Imbu. in etw. **einführen, orientiren, einen Blick thun lassen, ihm einen Anflug von etw. beibringen, die erste Weihe zu etw. geben,** mit *Abl.*: vident enim R ducem unum ex illis veteribus et priscis, quibus imperatorium nomen addebant contecti caedibus campi et infecta victoriis maria, Plin. Pan. 12, 1. muliebribus blandimentis infectae ab Othone ad Vitellium epistulae, Tac. H. 1, 74; — si quis hanc humanorum divinorumque notitiam acceperit, si illa se non perfuderit, sed infecerit, si eadem, quamvis sciat, retractaverit et ad se pertulerit, Sen. Ep. 19, 1, 8 (110). iam infici debet (puer) iis artibus, quas si, dum est tener, combiberit, ad maiora veniet paratior, Cic. Fin. 3, 2, 9; — *absol.*: paupertatem, luctum, ambitionem alius aliter sentit, prout illum consuetudo infecit, Sen. Cons. ad Marc. 7, 4. quemadmodum lana quosdam colores semel ducit, quosdam nisi saepius macerata et recocta non perbibit, sic alias disciplinas ingenia, cum accepēre, protinus praestant: haec (sapientia), nisi alte descendit et diu sedit et animum non coloravit, sed infecit, nihil ex his, quae promiserat, praestat, Ep. 8, 2, 31 (72). — b) im schlimmen Sinne, **anstecken** (inficiren), **vergiften,** mit *Abl.*: plures infecti quasi valitudine et contactu, Tac. A. 6, 7. qui Germaniae populos nullis aliis aliarum nationum conubiis infectos propriam et sinceram et tantum sui similem gentem extitisse arbitrantur, G. 4. haec luxu et peregrinis infecta moribus veteres Philippi milites - aversabantur, Curt. 6, 21 (6), 9. ut enim cupiditatibus principum et vitiis infici solet tota civitas, sic emendari et corrigi continentia, Cic. Leg. 3, 13, 30. diu in istis vitiis iacuimus, elui difficile est: non enim inquinati sumus, sed infecti, Sen. Ep. 6, 7, 9 (59). u. vgl. hier: aliae (animae) panduntur inanes suspensae ad ventos, aliis sub gurgite vasto infectum eluitur scelus aut exuritur igni, d. i. quo infectae erant, Virg. A. 6, 740. petitum alio ex orbe regem, hostium artibus infectum, Tac. A. 2, 2. cuius si filius hostili in solo adultus in regnum venisset, posse extimesci, infectum alimonio, servitio, cultu, omnibus externis, 11, 16. qui hinc integri et sinceri Romam eunt Philippum regem se habere credentes, imbuti et

infecti Romanis delenimentis redeunt, Liv. 40, 11, 3. plane inficimur opinionum pravitate a naturaqué desciscimus, Cic. Tusc. 3, 2, 3. ut quattuor milia libertini generis ea superstitione infecta - in insulam Sardiniam veherentur, Tac. A. 2, 85. mulierem filii contumeliis infectam meis officiis devinctam sciebat, Apul Mag. 99. sed non ignoras quam sint incerti et animi hominum infecti partibus et exitus proeliorum, Cic. ad Brut. 1, 14, 2; ut Libycas metuat fraudes infectaque semper Punica bella dolis, Lucan. 4, 736; nos umbris, deliciis, otio, languore, desidia animum infecimus, opinionibus maloque more delenitum mollivimus, Cic Tusc. 5, 27, 78; — *absol.*: quae (vitia) mentem inficiunt, Quint. 1, 11, 2. qui teneros et rudes quum acceperunt, inficiunt et flectunt ut volunt, Cic. Leg. 1, 17, 47. tempora illa adeo infecta et adulatione sordida fuēre, ut cet., Tac. A. 3, 65. velut semina artis (magicae) portentosae sparsit obiter infecto quacumque commeaverat mundo, Plin. 30, 1 (2), 8.

inficior, s. infitior.

infĭdēlis, e, **untreu, treulos, unzuverlässig**, a) im Allg., eig.: neque dedi neque do infideli cuiquam (fidem), Att. 228. nullam esse fidem, quae infideli data sit, Cic. Off. 3, 29, 106. multi iniqui atque infideles regno, pauci benivoli, Att. 651. quam (Romam) neque finitimi valuerunt perdere Marsi minacis aut Etrusca Porsenae manus, aemula nec virtus Capuae nec Spartacus acer novisque rebus infidelis Allobrox, Hor. Epod. 16, 3. nam quid sperem potentissimo inimico, dominatione obtrectatorum, infidelibus amicis, plurimis invidis? Cic. QFratr. 1, 4, 2. Haedui, qui ante erant per se infideles, manus cogere et aperte bellum parare coeperunt, Caes. BG. 7, 59, 2. non provinciae facultatibus sublevabatur, quae partim erat exinanita partim infidelis, Auct. BAl. 43, 1; — mit *Dat.*: ubi fidentem fraudaveris, ubi ero infidelis fueris, Plaut. As. 3, 2, 15. o rebus meis non infideles arbitrae Nox et Diana, quae silentium regis arcana cum fiunt sacra, Hor. Epod. 5, 49; — übtr.: e reliquis (silicibus) - globosus contra iniurias fortis, sed structurae infidelis, nisi multa suffrenatione devinctus, Plin. 36, 22 (49), 169; infidelis recti magister est metus, Plin. Pan. 45, 6; — im *compar.*: infidelior mi ne fuas, quam ego sum tibi, Plaut. Capt. 2, 3, 83. u. *superl.*: ut ex alienissimis sociis amicissimos, ex infidelissimis firmissimos redderem, Cic. Fam. 15, 4, 14; — *adv.*: minus putarim reprehendendum, si inutiliter aliquid senatui suaserim, quam si **infideliter**, Cic. ad Brut. 2, 1, 2. u. im *superl.*: infidelissime quaerere, Salvian. c. avar. 3. — b) insbesond. **ungläubig**, Christiani, Salvian. GD. 5. *in.*

infĭdēlĭtas, ātis, *f.*, **die Untreue, Treulosigkeit, Unzuverlässigkeit**, mit *subj. Genit.*: infidelitatem eius sine ulla perfidia iudicavit comprimi posse, Hirt. BG. 8, 23, 3. non ullam rem aliam extimescens, quam eamdem, quae mihi quoque facit timorem, varietatem atque infidelitatem exercitus eius, Cic. Fam. 10, 18, 2. quarum (amicitiarum) infidelitatem extimescebat, Tusc. 5, 22, 63; — mit *in* u. im *Plur.*: vide quam sit varia vitae commutabilisque ratio, quam vaga volubilisque fortuna, quantae infidelitates in amicitiis cet., Mil. 26, 69; — *absol.*: ut magno cum dolore infidelitatis suspicionem sustinere viderentur, Caes. BC. 2, 33, 1. quibus neque propter iracundiam fidem neque propter infidelitatem honorem habere debetis, Cic. Font. 7, 15 (3, 5).

infĭdēlĭter, *Adv.*, s. infidelis.

infidibulum, i, *n.*, s. infundibulum.

infĭdus, a, um, **unzuverlässig, unsicher**, a) v. Leb., *neben Subst.*: caeterae partes a gentibus aut inimicis huic imperio aut infidis aut incognitis aut certe immanibus et barbaris et bellicosis tenebantur, Cic. Prov. cons. 13, 33. Seres infidive Persae, Hor. Od. 4, 15, 24. vulgus infidum, Od. 1, 35, 25. nihil infido durius esse viro, Prop. 1, 6, 18. vir ad omnem asperitatem saevitiamque proclivis, infidus, incommodus, Eutr. 10, 3. Pelopis infidi pater, Hor. Epod. 17, 65. Lycambae spretus infido gener, 6, 13. ante dolos, ante infidi tamen exsequar astus Soligenae, VFlacc. 5, 222. infidos agitans discordia fratres, Virg. G. 2, 497. se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quos infidos, Cic. Am. 15, 53. vetat infidos sua litora tangere nautas, VFlacc. 2, 436. infide vector, Sen. Herc. Oet. 515; externam squamis vestire puellam infidosque inter teneram committere pisces non statuit: nimium est avidum pecus Amphitrites, Virg. Cir. 484; — als *Praedic.*: fidus fuisti: infidum esse iterant, Plaut. Trin. 4, 1, 13. vanum eundem et infidum - esse, Curt. 10, 28 (9), 7. genus Numidarum infidum, ingenio mobili, novarum rerum avidum esse, Sall. J. 46, 3. vacua tunc (Armenia) interque Parthorum et Romanorum opes infida ob scelus Antonii cet., Tac. A. 2, 3. u. *subst.*: infidos celas: ego sum tibi firme fidus, Plaut. Mil. gl. 4, 2, 24. infidis quam sit acerba (Venus) monet, Tibull. 1, 6, 84; — mit *Dat.*: si fidem modo des mihi te non fore infidum, Plaut. Rud. 4, 3, 15. nostri proditor, istis infidus, hostis omnium bonorum, Sall. H. 1, 48, 15. Rhodiorum civitas - infida atque advorsa nobis fuit, C. 51, 5. vulgus infidum bonis, Sen. Hipp. 489; — gnarus facile mutatu gentem ut segnem ad pericula, ita infidum *ad* occasiones, Tac. A. 14, 23; — im *superl.*: sed hi cluentur hospitium infidissimi, Pacuv. 194. — b) von concr. u. abstr. Gegenst.: segetes tellus infida negabit? Lucan. 1, 647. infida cursu fugite praecipiti loca, Sen Agam. 935. haurit subsidens fugientum corpora tellus infidāque soli frustrata voragine sorbet, Sil. 4, 575. infidi maris insidias viresque dolumque ut vitare velint, Lucr. 2, 557. u. vgl.: quando infidum remis impellere marmor conveniat, Virg. G. 1, 254. Aegates infidaque litora nautis, Sil. 5, 246. infidae litora Syrtis, 2, 62, saevit hiems iactatque viros: Strophadumque receptos portubus infidis exterruit ales Aëllo, Ov. M. 13, 709. precor infidos, sancte, relinque focos, Tibull. 4, 5, 12. infida praeceps prorumpit ab aula, VFlacc. 7, 102. super omnia erit populi sedere ausi furor tam infida instabilique

sede, Plin. 36, 15 (22), 118. colla quoque, infidis quia se nectenda lacertis praebuerunt, laqueis inplicuisse lubet, Ov. Her. 2, 141; — nihil est enim stabile, quod infidum est, Cic. Am. 18, 65; nec bona censendum, quae fors infida dedisse atque eadem rapuisse valet, Sil. 15, 105. aurum, vestes, arcana tueri mens infida vetat, Claud. in Eutr. 1, 128. gentes fidei dubiae et mentis infidae, Justin. 11, 1, 6. facile Numidae persuadet. cum ingenio infido tum metuenti, ne cet., Sall. J. 61, 5. eam rem minus aegre quam dignum erat tulisse Romulum ferunt seu ob infidam societatem regni seu quia haud iniuria caesum credebat (Tatium), Liv. 1, 14, 3. ita per annos centum et viginti aut bellum inter eos populos, aut belli praeparatio, aut infida pax fuit, Vell. 1, 12, 6. ad Aequos inde veteres hostes, ceterum per multos annos sub specie infidae pacis quietos, versa arma Romana, Liv. 9, 45, 5. non frondosis Morgentia campis abstinuit marte infido, Sil. 14, 265. promissa infida tyranni, VFlacc. 2, 578. Cornelio nec causa nec tempus agendae rei placebat suspectaque ei gens erat cum ob infida multa facinora, tum, ut alia vetustate abolevissent, ob recentem Boiorum perfidiam, Liv. 21, 52, 7. et sit in infida proditione fides, Ov. AA. 3, 578; quae nota nimborum: quae fraus infida sereni, Claud. IV. Cons. Hon 425.

infīgo, fixi, fixum, fīgere, **hinein-, an-, auf-heften, -hängen, -stecken, -drücken, hineinsenken, -stechen, -stoßen,** in od. an od. auf etw. **heften, stecken, drücken,** in etw. **senken, stoßen,** im *Pass.* in od. an etw. **haften, stecken, hangen,** übtr. **hineinsenken, -graben, -ein-, versenken, eingraben, einprägen,** im *Pass.* an etw. **hangen,** in etw. **hineingesenkt werden** u. s. w., 1) eig., a) im Allg., mit *Dat.* od. *Abl.*: omnia, quae terra concipiat semina, quaeque ipsa ex se generata stirpibus infixa contineat, ea temperatione caloris et oriri et augescere, Cic. ND. 2, 10, 26. infixae cautibus ancorae, Mel. 1, 6, 2. sidera, quae infixa caelo non moventur loco, Cic. Univ. 10. p. 276. quum totius mundi motus conversionesque perspexerit sideraque viderit innumerabilia caelo inhaerentia cum eius ipsius motu congruere certis infixa sedibus, Tusc. 5, 24, 69; — dum extrema natis mater infigo oscula, Sen. Med. 289. infigunt oscula (parvis), Sil. 12, 592. oscula, qua steteras, bis terque infixit arenae, 8, 127; dicht.: hi sunt, qui vestris infixum moenibus hostem deiecēre manu, 11, 173; — vorzugsw. spitze Gegenstände, bes. Geschosse: sagittam ita excussit, ut *per* thoracem paulum *super* latus dextrum infigeret, Curt. 9, 20 (5), 9. quum in acie M. Alienum Pelignum scuto protexerit gladiumque hosti *in* pectus infixerit, Cic. Tusc. 4, 22, 50. ille (canis) *in* vulner*e* ferae dentes moribundus quoque infixerat, Curt. 9, 6 (1), 33; mit *Dat.* od. *Abl.*: omnia infixa corpori extrahunt folia tussilaginis cet., Plin. 26, 12 (79), 128. rege in tabernaculum elato medici lignum sagittae corpori infixum ita, ne spiculum moveretur, abscidunt, Curt. 9, 22 (5), 22. tela iumentorum deficientium corporibus infixa conspexit, 5, 38 (13), 24. lancea nudo corpori infixa est, 6, 2 (1), 15. utrumne pectori infigo meo telum -? Sen. Oed. 1035. volat Itala cornus aëra per tenerum stomachoque infixa sub altum pectus abit, Virg. A. 9, 699. portaeque infigitur hasta, 9, 746. adversique infigitur arbore mali (sagitta), 5, 504. laus Burri prima, infixit qui spicula metae, Sil. 16, 567; ramex - adurendus est tenuibus et acutis ferramentis, quae ipsis venis infigantur, Cels. 7, 22; — *absol.*: timide fortasse signifer evellebat, quod fidenter infixerat (signum), Cic. ND. 2, 31, 67. lancea consequitur rumpitque infixa bilicem loricam, Virg. A. 12, 375. nec valuēre manus infixum educere telum: expulit ipse cruor, Ov. M. 13, 393. in quorum tergis infixa stetēre pila, Liv. 27, 14, 9. taleae pedem longae ferreis hamis infixis totae in terram infodiebantur, Caes. BG. 7, 73, 9. idem medicus hamulum acutum paulum mucrone intus recurvato subiicere extremo ungui debet eumque infigere, Cels. 7, 7, 4. altius - cauteres infigendos, CAur. Chron. 3, 4, 57. illi (tauri) inter sese multa vi volnera miscent cornuaque obnixi infigunt, Virg. A. 12, 721. elisit hydram, dente cum infixo stetit media palude, Sen. Herc. Oet. 919; dicht.: infixum stridit sub pectore volnus, Virg. A. 4, 689. u. insanos cogens infigere morsus, Nemes. Cyn. 221; bildl.: relinquere vero aculeum in audientium animis is demum potest, qui non pungit, sed infigit, Plin. Ep. 1, 20, 19. — 2) übtr.: quomodo porro deus iste, si nihil esset nisi animus, aut infixus aut infusus esset *in* mundo? Cic. ND. 1, 11, 28. ea sunt in communibus infixa sensibus nec earum rerum quemquam funditus natura voluit esse expertem, dOr. 3, 50, 195. si hoc, quod in communibus hominum sensibus atque ipsa natura positum atque infixum est, id ego - non viderem, Cluent. 6, 17. est enim infixum in ipsa natura comprehenditur [que] suis cuiusque sensibus, Fin. 5, 10, 27. animus idem qui semper, infixus in patriae caritate, ad Brut. 1, 15, 5; — mit *Dat.* od. *Abl.*: haec mihi semper erunt imis infixa medullis, Ov. Tr. 1, 5, 9. extingue flammas pectori infixas meo! Sen. Agam. 722. infixus pectori dolor, Quint. 9, 2, 26. consumptis enim lacrimis tamen infixus haeret animo dolor, Cic. Phil. 2, 26, 64. haec cura - erit infixa animo meo sempiterna, ut cet., post red. ad Quir. 10, 25. unum est, de quo nominatim et nos queri religio infixa animo cogat, Liv. 29, 18, 1. leviora forent haec vulnera quantum, si ferre ad manes infixos mente daretur amplexus, venerande tuos, Sil. 6, 422. haerent infixi pectore voltus verbaque, Virg. A. 4, 4. in clausula positum (verbum) assignatur auditori et infigitur, quale illud est Ciceronis: „ut tibi necesse esset in conspectu populi R. vomere postridie“, Quint. 9, 4, 29. eo rem se vetustate obliteratam, ceterum suae memoriae infixam adferre, Liv. 3, 71, 6; — *absol.*: aliis locis citata aliis pressa conveniet pronuntiatio: illa transcurrimus congerimus festinamus, hac instamus inculcamus infigimus, Quint. 11, 3, 111. praevaricatio etiam (est) cursim et breviter attingere, quae sint in-

culcanda infigenda repetenda, Plin. Ep. 1, 20, 2; quam infinita simillimarum imaginum species ex innumerabilibus individuis exsistat et ad nos adfluat, tum maximis voluptatibus in eas imagines mentem intentam infixamque nostram intelligentiam capere, quae sit et beata natura et aeterna, Cic. ND. 1, 19, 49. recens imperatoris sui memoria et penitus infixus in Caesares amor, Tac. A. 2, 76. nulla enim sapientia naturalia corporis aut animi vitia ponuntur: quicquid infixum et ingenitum est, lenitur arte, non vincitur, Sen Ep. 1, 11, 1; — mit *Acc.* u. *Inf.*: quod vilis quidam plebeius infixerat, illum dixisse sine indice ullo vel teste, in den Kopf gesetzt hatte, Amm. 27, 3, 4. und infixum est mit *Inf.*: fugere infixum est, ist beschlossen, Sil. 4, 329. infixum est Aeneia regna Parcarum in leges quacunque reducere dextra proque arce et sceptris et libertatis honore vel famulas armare manus, 10, 643. u. mit *Genit. Gerund.* (nur bei Tacitus): Vologesi vetus et penitus infixum erat arma Romana vitandi, der Genit. abhängig von dem im Gedanken liegenden Substantivbegriff des Beschlusses, A. 15, 5. vgl. mit 13, 26. 15, 21.

infĭgūrābĭlis, e, unförmlich, nonnumquam compage scutorum, qua velut testudine infigurabilium fornicum operiebantur aptissime, adsiduis motibus laxius dehiscente, Amm. 24, 4, 15.

infĭgūrātus, a, um, gestaltlos, forma animae, Cassiod. anim. 4.

infĭmātis od. **infumatis**, e, einer von den Untersten, ergo oratores populi summates viri summi adcubent, ego infumatis infumus, Plaut. Stich. 3, 2, 38.

infĭmĭtas, ātis, *f.*, die Niedrigkeit, ipse sortis infimitate ad omnia praeceps, Amm. 29, 2, 1. fastu vitae prioris abolito ad infimitatem obsequiorum venere servilium, 17, 13, 12.

infĭmo, ātum, āre, machen, daß sich etw. nach unten od. abwärts bewegt, im *Pass.*, sich nach unten od. abwärts bewegen, luna nunc in aquilonem provehitur, nunc in austrum infimatur, MCap. 8, 867. umbris pro locorum aut elationibus celsis aut inclinationibus infimatis, 6, 595; übtr. erniedrigen, manes sublimare, deos infimare, Apul. M. 1, 8. hic caduca et subsiciva et ingenia illa ad beatitudinem sublimata sint, haec ad miserias infimata, de deo Socr. 4.

infĭmus, a, um, s. inferus, III.

infindo, ĕre, spaltend machen od. ziehen, telluri infindere sulcos, Virg. Ecl. 4, 33. u. übtr. v. Schiffern: infindunt pariter sulcos, A. 5, 142; daher: volat inmissis cava pinus habenis infinditque salum et spumas vomit aere bidenti, VFlacc. 1, 688.

infīnībĭlis, e, unendlich, als philos. *t. t.*: cum viduata sit fine, infinibilis recte videri potest (materia), Apul. Dogm. Plat. 5. universumque totum infinibilis patris profunditate coërcitum, MCap. 2, 203.

infīnĭtas, ātis, *f.*, die Unendlichkeit, als philos. *t. t.*: summa vero vis infinitatis et magna ac diligenti contemplatione dignissima est, Cic. ND. 1, 19, 50. pleraque dicit eadem (Epicur, wie Demokrit), atomos, inane, imagines, infinitatem locorum innumerabilitatemque mundorum cet., 1, 26, 73. u. vgl. mundorum infinitates Democriti, Amm. 15, 1, 4. is enim (Anaximander) infinitatem naturae dixit esse, e qua omnia gignerentur, Cic. Acad. 2, 37, 118. quibus (litteris) infinitatem rerum atque naturae - cognoscimus, Tusc. 5, 36, 115; — quum alii saepe quod ante pedes esset non viderent, ille in infinitatem omnem peregrinabatur, ut nulla in extremitate consisteret (Democritus), 5, 39, 114.

infīnīte, *Adv.*, s. infinitus.

infīnītio, ōnis, *f.*, die Unendlichkeit, als philos. *t. t.*: atomi, inane, imagines -, quarum incursione non solum videamus sed etiam cogitemus, infinitio ipsa, quam ἀπειρίαν vocant, tota ab illo (Democrito) est, Cic. Fin. 1, 6, 21.

infīnītīvus, a, um, zu dem Unbestimmten gehörig, als grammat. *t. t.*: modus inf. od. infinitivus, i, *m.*, der Infinitiv, als Modus, der unbestimmt in Bezug auf Personen u. Numerus ist, Gramm.

infīnītus, a, um (archaist.: infeinitus, Varr. LL. 8, 50), unbegrenzt, grenzenlos, unendlich (Ggst. finitus, definitus), I) im Allg., 1) dem Raume nach, a) eig.: undique cum vorsum spatium vacet infinitum, Lucr. 2, 1053. u. vgl. 2, 1044. quae (natura) corpus inani et quod inane autem est finiri corpore cogit, ut sic alternis infinita omnia reddat, 1, 1009. quem quisque locum possedit, in omnes tantundem partes infinitum omne relinquit, 1, 966. u. öft. videsne Epicurum - quem ad modum, quod in natura rerum omne esse dicimus, id infinitum esse concluserit? „Quod finitum esse, inquit, habet extremum: quod autem habet extremum, id cernitur ex alio extrinsecus: at quod omne est, id non cernitur ex alio extrinsecus: nihil igitur quum habeat extremum, infinitum sit necesse est“, Cic. Div. 2, 50, 103. Anaximenes infinitum aëra (dixit), sed ea, quae ex eo orirentur definita -: Anaxagoras materiam infinitam, sed ex ea particulas, similes inter se minutas, eas primum confusas, postea in ordinem adductas a mente divina -: Melissus hoc, quod esset infinitum et immutabile, et fuisse semper et fore, Acad. 2, 37, 118. u. vgl. Apul. Dogm. Plat. 8. ingens infinitumque pelagus, vom Ocean, Mel. 3, 1, 1. est spelunca quaedam, conversa ad aquilonem, infinita altitudine, qua cet., Cic. II. Verr. 4, 48, 107. — b) übtr., grenzenlos, ungeheuer (groß u. dgl.), unabsehbar, unfäglich u. dgl. (b. Spät., wie Eutrop, als hyperbol. Ausdruck, wie ingens, für d. frühere magnus u. dgl. gebraucht), infinitum auri argentique pondus, Eutr. 2, 27. cum ipsius Iovis aureum simulacrum infiniti ponderis tacite evelli iussisset, Justin. 39, 2, 6. silvam esse ibi infinita magnitudine, Caes. BG. 6, 10, 5. elephantus ferus infinitae magnitudinis ultro se obtulit, Justin. 15, 4, 19. impendent autem infiniti sumptus quum in hos exercitus - tum vero in tuum, Cic. ad Brut. 1, 18, 5. ut spe consequendi illum (Ambiorigem) illata atque infinito labore suscepto - paene naturam studio vincerent, Caes. BG. 6, 43, 5. inf. forensium rerum labor, Cic. dOr. 1, 1, 1. u. vgl. Quint. 4. prooem.

7. cum esset in urbe et propter infinitas suas occupationes minus saepe, quam vellet, Attico frueretur, Nep. Att. 20, 2. inf. curae, Quint. 10, 3, 12. infinitam faciat ipsa res tarditatem, 5, 10, 123. permittitur infinita potestas innumerabilis pecuniae conficiendae de vestris vectigalibus non fruendis, sed alienandis, Cic. Agr. 2, 13, 33. duos pro uno dominos acceptos inmoderata infinita potestate, qui cet., Liv. 3, 9, 4. Pharsalico proelio facto a Pompeio discessit: spem infinitam persequi noluit, Cic. Deiot. 5, 13. Seleuci regis filius Antiochus novercae Stratonices infinito amore correptus, VMax. 5, 7. Ext. 1. (avaritia) semper infinita, insatiabilis est, neque copia neque inopia minuitur, Sall. C. 11, 3. inf. dissensio, Quint. 3, 1, 7. velim impetratum ab aliquo vestrum, ut causas huius infinitae differentiae scrutetur ac reddat, Tac. Or 15; quod infinitum erat, Quint. 1, 10, 1. infinitum est mit *Inf.*: omnia persequi prope inf. est, 11, 3, 121. u. vgl. 5, 10, 18. verebar - eos, quos erat inf. bene de me meritos omnes nominare, Cic. Fam. 1, 9, 24; — *substant.*: immensum quiddam et infinitum est, quod vobis debemus, Cic. post red. in sen. 1, 2. ita sunt avidae et capaces (aures) et semper aliquid immensum infinitumque desiderant, Or. 29, 104. u. vgl. Sen. Ep. 20, 1, 17 (118). ut nos infinito magis eadem illa audita quam lecta delectent, unendlich mehr, Quint. 11, 3, 4. u. vgl.: infinito plus, 8, 4, 25. quidquid in Creta nascatur infinito praestare caeteris eiusdem generis alibi genitis, Plin. 25, 8 (52), 94. infinitum refert et lunaris ratio, 16, 39 (74), 190. infinitum quantum illo tempore cadentes pruinas congelat, 18, 28 (68), 277. cum ad infinitum operum pretia creverint, 34, 2 (3), 5; auch mit *Genit.*: auri atque argenti infinitum, Eutr. 6, 16. in quo (templo) infinitum auri gemmarumque constituit, 9, 15.

2) der Zeit nach, **unbegrenzt, unendlich, endlos, unaufhörlich**, an - ab eis (deis) et a principio omnia facta et constituta sint et ad infinitum tempus regantur atque moveantur, Cic. ND. 1, 1, 2. fuit quaedam ab infinito tempore aeternitas, 1, 9, 21. und: tempore infinito in tenebris - habitaverat, §. 22. nec ratione queunt alia servata per aevom ex infinito iam tempore res reparare, Lucr. 1, 549. u. so 2, 574. longa diei infinita aetas ante acti temporis omnis, 1, 557. in omni mutatione dominorum, quae innumerabiles fieri possunt in infinita posteritate, Cic. Att. 12, 19, 1. se infinitum adversus regem suscepisse bellum, Nep. Dat. 10, 3. hoc fructu tanto, tam parato desine studia tua infinita ista cunctatione fraudare, Plin. Ep. 2, 10, 8. si qui sunt, quibus infinitum sit odium in quos semel susceptum sit, Cic. Balb. 27, 62; — ne in infinitum abeamus, Plin. 17, 25 (38), 243. u. so Quint. 1, 10, 49. — *Adv.*: supellectilem et vestem **infinite** concupiscendi non modo ad sumptum ille est fructus, sed etiam ad fenus exiguus, Cic. Parad. 6, 3, 49. inf. tribuere potentibus quae cupiditatem et adrogantiam incendere possint, ad Brut. 1, 4, 2. quae intervalla item inf. dividi possint, Acad. 1, 7, 27. ne inf. feratur ut flumen oratio, Or. 68, 228. paene inf. in perorando, 36, 127.

3) der Zahl nach, **grenzenlos, unendlich viel, zahlreich, zahllos, unzählig** (b. Spät. hyperbol. gebraucht), gradus autem plures sunt societatis hominum: ut enim ab illa infinita discedatur, propior est eiusdem gentis, nationis, linguae, Off. 1, 17, 53. eorum iuventus infinita numero, immensa corporibus, Vell. 2, 106, 1. equitatus inf., BAfr. 1, 4. infinita regum habuit auxilia, Eutr. 4, 20. in conventu infinitorum populorum, 4, 7. copiae parvae singulorum sunt, eorum autem, qui his egeant, infinita est multitudo, Cic. Off. 1, 16, 52. u. so: multitudo, Eutr. 4, 22. inf. copiae hominum, 8, 6. inf. nobilitas, die Majorität, große Mehrzahl des Ad., 6, 23. 7, 3. 9, 25. infinitam partem senatus interfecit, e. große Zahl, 36; — infinita sacra ac templa constituit, 1, 3. cum infinitis spoliis, 3, 20. pecunia illa ex infinitis rapinis confecta, Auct. BAl. 64, 4. contra - singultus infinitos aut sternumenta, Plin. 25, 5 (23), 56. infinito prope et innumerabili numero annorum, Gell. 14, 1, 18. non in hominum innumerabilibus personis neque in infinita temporum varietate, sed in generum causis atque naturis omnia sita esse, quae in dubium vocarentur, Cic. dOr. 2, 34, 145. in - infinita causarum varietate, 1, 5, 16. quum infinita simillimarum imaginum species ex innumerabilibus individuis exsistat et ad nos adfluat, ND. 1, 19, 49; — si pauca primum et quae odium non afferant coeperimus ediscere, tum cotidie adiicere singulos versus - in summam ad infinitum usque perveniat, Quint. 11, 2, 41.

II) rhetor. u. grammat. *t. t.*, **unbestimmt, allgemein** (Ggsß. finitus, certus), zunächst rhetor.: non est vitiosum in re infinita praetermittere aliquid, bei Partitionen, Cic. Top. 8, 33. esse omnem orationem aut de infinitae rei quaestione sine designatione personarum et temporum aut de re certis in personis ac temporibus locata, dOr. 1, 31, 138. duo prima genera quaestionum esse, in quibus eloquentia versaretur, unum infinitum, alterum certum: infinitum mihi videbatur id dicere, in quo aliquid generatim quaereretur, hoc modo: expetendane esset eloquentia? - certum autem, in quo quid in personis et in constituta re et definita quaereretur, 2, 10, 41. non persequor quaestiones infinitas: tantum de principiis rerum - videamus, Acad. 2, 36, 117. u. so: inf. quaestio im Ggsß. zu finita, vgl. Quint. 3, 5, 5. MCap. 5, 441. si cuipiam nimis infinitum videtur, quod ita proposui: „quacumque de re", licet huic quantum cuique videbitur circumcidat atque amputet, Cic. dOr. 1, 15, 65; im *compar.*: formarum enim certus est numerus, quae cuique generi subiiciantur: partium distributio saepe est infinitior, tamquam rivorum a fonte deductio, Top. 8, 33; *adv.*: referri oportere aut **infinite** de republica, aut de singulis rebus finite, im Allgemeinen, Gell. 14, 7, 9; — grammat.: quae (nomina) differunt a vocabulis, ideo quod sunt finita ac significant res proprias, ut Paris, Helena, quom vocabula sint infinita ac res communes designent, ut vir,

mulier, Varr. LL. 8, 80. primum genus (appellandi, näml. quis, quae) est infinitum, 8, 45. in infeineitis articulis, ut est quis, quem, quoius, 8, 50. verbum est pars orationis cum temporibus et modis, sine casu, agendi vel patiendi significativum: hac enim definitione omnia tum finita quam infinita verba comprehenduntur, Prisc. I. p. 369, 2. cum infinito verbo sit usus pro appellatione (näml. vivere statt vita), Quint. 9, 3, 9. u. so v. Infinitiv: omnia, quae e et o litteris fatendi modo (Indicativ) terminantur, eadem si infinitis e litteram media syllaba acceperunt, utique productam habent: prandĕo - prandēre: at quae o solam habent, dummodo per eandem litteram in infinito exeant, brevia fiunt: lego - legĕre, 1, 6, 7. u. so: infinitus modus, Prisc I. p. 408, 21. as - habet sensum infinitum, dicimus enim asses: quos cum finimus, dicimus dupondius et tressis et sic porro, Varr. LL. 9, 84.

infio, s. infit.

infirmātio, ōnis, *f.*, die **Entkräftung**, aut conversione aut alterius partis infirmatione (reprehendetur falsa comprehensio), Cic. Inv. 1, 45, 83. iudicatio est, quae ex infirmatione et confirmatione rationis nascitur controversia, 1, 13, 18. sublata erat de foro fides, non ictu aliquo novae calamitatis, sed suspicione ac perturbatione iudiciorum, infirmatione rerum iudicatarum, Agr. 2, 3, 8. iudiciorum perturbationes, rerum iudicatarum infirmationes, restitutio damnatorum, 2, 4, 10.

infirme, *Adv.*, s. infirmus.

infirmis, e, **schwach, nachgiebig**, vicit tamen omne prohibendi commentum acumen arietis coagmenta fodiens lapidum recens structorum madoreque etiam tum infirmium, Amm. 20, 6, 6.

infirmĭtas, ātis, *f.*, der **Mangel an Festigkeit, an Dauerhaftigkeit**, die **Schwäche, Schwachheit**, I) physisch, in Bezug auf Kraft u. Stärke: si vitio aedificii et infirmitate factum esset, Alfen. Dig. 39, 2, 43. nonnullos agricolas singulis amphoris quadrantem medicaminis indidisse scio, sed hoc coactos fecisse propter nimiam infirmitatem vini eiusmodi, quod vix triginta diebus integrum manebat, Col. 12, 20, 7. contra tempestates candido (hordeo) maxuma infirmitas, Plin. 18, 7 (18), 78. — Vorzugsw. in Bezug auf leb. Wesen, 1) im Allg.: et infirmitas puerorum et ferocitas iuvenum et gravitas iam constantis aetatis et senectutis maturitas, Cic. Sen. 10, 33. Alexandrini - eludentibus militibus regis aetatem (Jugend) atque infirmitatem magnum dolorem acceperunt, Auct. BAl. 25, 1. u. dagegen: quod haud ambiguum prope diem regnaturum eum infirmitate aetateque Eumenis esset nullam stirpem liberûm habentis, Liv. 45, 19, 11. u. vgl. Col. 3, 10, 7; — petierunt ne se et communes liberos hostibus ad supplicium dederent, quos ad capiendam fugam naturae et virium infirmitas impediret, Caes. BG. 7, 26, 3. naturae infirmitas accusatur, Sall. J. 1, 4. si quae minus antea propter infirmitatem aetatis constanter ab eo fieri videbantur, Cic. Att. 16, 5, 2. erat eo tempore in nobis summa gracilitas et inf. corporis, procerum et tenue collum, Brut. 91, 313. possunt enim quaedam subesse corpori vel ex infirmitate eius vel ex aliquo affectu, quae cet., Cels. prooem. p. 10. u. so vgl. p. 12. u. 1, 3. ut ad infirmitatem laterum perscienter contentionem omnem remiserat, sic ad virium imbecillitatem dicendi accommodabat genus, Cic. Brut. 55, 202. u. concr. von Weibern: patiendum huic infirmitati est quodcumque vos censueritis, Liv. 34, 7, 15. u. von Kindern: infirmitas a robustioribus separanda est, Quint. 2, 2, 14. — 2) in Bezug auf Gesundheit, **Schwäche, Schwächlichkeit, Mattigkeit, Müdigkeit**, ignarus infirmitatis Alexandri scripserat cet., Justin. 11, 8, 5. proxima infirmitas mea - obligavit me Postumio Marino medico, Plin. Ep. 10, 11 (6), 1. quum Q. Scaevola confectus senectute, praepeditus morbo, mancus et omnibus membris captus ac debilis, hastili nixus, et animi vim et infirmitatem corporis ostenderet, Cic. Rabir. 7, 21. quum infirmitatem corporis virtute animi superaret, Sull. 12, 34. sed animi vires corporis infirmitas non retardavit, Phil. 7, 4, 12. u. so Cels. 2, 6. infirmitati oculorum, ut iubes, consulo, Plin. Ep. 7, 21, 1. dolor aliqui corporis aut inf. valetudinis tuae, Cic. Fam. 7, 1, 1. quis nunc feret oratorem de infirmitate valetudinis suae praefantem? Tac. Or. 20. u. so Curt. 7, 31 (7), 27; — infirmitate correptus in itinere decedit, Justin. 28, 3, 2. si infirmitate impeditus continuare iter non potuit, Ulp. Dig. 4, 6, 38. in itinere infirmitate simulata, Justin. 2, 15, 6. ne quam suspicionem infirmitatis daret, Suet. Tib. 72. tantam infirmitatem magna cura tuebatur, in primis lavandi raritate, Suet. Aug. 82. si vehementem infirmitatem adiuvari posse tribus guttis (vini) putavit, erravit, Cels. 4, 18 (11). omnesque acuti morbi - non infirmitate sed onere nocent, 2, 10. u. vgl. 3, 5. is contra ius gentium minimo natu ex filiis ante infirmitatem regnum tradiderat, Justin. 16, 2, 7.

II) geistig u. ethisch, die **Schwäche, Schwachheit**, u. zwar 1) der Kraft u. Macht nach, **Ohnmacht, Machtlosigkeit, Kleinlichkeit, Kleinmüthigkeit**, invidere et livere et ceteris humanae infirmitatis vitiis adfici, Tac. Or. 25. natura tamen infirmitatis humanae tardiora sunt remedia quam mala, Agr. 3. per quos (locos communes) fortunae vis in omnes et hominum infirmitas ostenditur, und dann: quum in alieno malo suam infirmitatem considerabit, Cic. Inv. 1, 55, 106. u. vgl. §. 109. non statim onerare infirmitatem discentium, sed temperare vires suas, Quint. 1, 2, 27. quantum nostra valebit infirmitas, prooem. 22. in suscipiendo onere consulat vires suas: nam quaedam sunt imitabilia, quibus aut infirmitas naturae non sufficiat aut diversitas repugnet, 10, 2, 19. u. vgl. 2, 3, 9. id quod mihi cum fide semel impositum est, aut propter perfidiam abiicere aut propter infirmitatem animi deponere, Cic. SRosc. 4, 10. non accidit hoc ab infirmitate mentis, sed a novitate rei, Sen. Ep. 1, 11, 5; — in dolore ferendo inf., Quint. 7, 3, 34. quod aliis patientia facile mendacium faciat aliis infirmitas necessarium (bei der Tortur), 5, 4, 1. impedi-

tum se ipsum laudare, ne vitium adrogantiae subsequatur, solum vero liberum alterum laudare, de quo quidquid detrahas necesse est aut infirmitati aut invidiae adsignetur, Cic. Fam. 6, 7, 3. — 2) der Wirkung nach, **Unsicherheit, Unzuverlässigkeit,** infirmitatem Gallorum veritus, Caes. BG. 4, 5, 1. u. cognita Gallorum infirmitate, 4, 13, 3. actionum accusanda negligentia aut de infirmitate personarum querendum, contra quas erit iudicatum, Quint 5, 2, 3; — quid adhuc habent infirmitatis nuptiae? Ter. Hec. 1, 2, 101. inf. memoriae, Papin. Dig. 41, 2, 44.

infirmĭter, *Adv.*, s. infirmus.

infirmo, āvi, ātum, āre, **der Festigkeit od. Dauer berauben, schwächen,** 1) **physisch,** in Bezug auf Kraft u. Stärke, Zahl: ingens terror erat, ne ex latere nova munimenta madore infirmarentur, Sall. H. 3, 26. vis, quae summas frangit infirmatque opes, Poët. b. Cic. Rab. Postum. 10, 28; — vorzugsw. in Bezug auf Lebende, auch mit Rücksicht auf die Gesundheit: infirmatus et ipse humerum telo, Amm. 25, 1, 2. membrisque omnibus infirmati, 24, 4, 25. infirmati periculoso madore, 30, 1, 10. u. in Bez. auf numerische Stärke: reliquas (legiones) promiscuis militum commeatibus infirmaverat, Tac. A. 15, 10; — alvus si vehementius fluit aut saepius ducitur, hominem infirmat, Cels. 2, 12. neque totum corpus infirmari cito per partem potest, 2, 14. nonnumquam infirmatis faucibus praeconis voce ad populum concionatus est, Suet. Aug. 84. articuli - excidunt aut vi expulsi aut aliquo casu nervis vel ruptis vel infirmatis, Cels. 8, 11. aut enim nimio timore aliquis minus, aut aviditate nimia plus, quam debet, assumit: ita vel quod deest infirmat, vel quod superest corrumpitur, 3, 22. — 2) geistig u. ethisch, a) **schwächen, entkräften, erschüttern** (schwächer als tollere), in philos. Beziehung: hoc quum infirmat tollitque Philo, iudicium tollit incogniti et cogniti, Cic. Acad. 2, 6, 18. quanta vero illa sunt, quae vos Academici infirmatis et tollitis! ND. 2, 49, 147; — in jurist. Beziehung: si nihil aliud nisi de civitate ac lege dicimus, nihil dico amplius, causa dicta est: quid enim horum infirmari - potest? Arch. 4, 8. ut unam tollendo legem ceteras infirmetis, Liv. 34, 3, 4. quaeramus ergo, num infirmari in aliquam partem lex possit, Quint. 7, 1, 9. ego res tam leves qua ratione infirmem ac diluam reperire non possum, Cic. SRosc. 15, 42. qui voluntate nitetur, scriptum, quotiens poterit, infirmare debebit, Quint. 7, 6, 9. quo illato infirmetur enumeratio, Cic. Inv. 1, 45, 85. contrariis locis, si res aut vera aut veri similis permittet, infirmari oportebit (iudicatum), 1, 44, 82. und: his rebus auctoritas iudicati maxime potest infirmari, §. 83. quumque animos prima aggressione occupaverit, infirmabit excludetque contraria, Or. 15, 50. extrema autem oratione ea, quae pro nobis essent, amplificanda et augenda, quaeque essent pro adversariis, infirmanda atque frangenda, dOr. 1, 31, 143. si ulla ex parte sententia huius interdicti deminuta aut infirmata sit, Caecin. 13, 38. quae - pacti et conventi formula non infirmari ac convelli potest, si cet., 18, 51; — quod in Gabinio fateris - id *in* me infirmas et gravius esse dices, quod uno adolescente quam quod contione tota teste fecisti, Dom. 48, 126; — esse duos duces in provinciis populi R., habere exercitus, appellari imperatores: horum alterum sic fuisse infirmatum conscientia scelerum et fraudum suarum, ut cet., Cic. Pis. 19, 44; scin' ut quem cuique tribuit fortuna ordinem, numquam ulla humilitas ingenium infirmet bonum? Att. 98; — b) **ungiltig machen, für ungiltig erklären** (wie tollere): Tiberius Gracchus - graviter ferens aliquid a se pactum infirmari - descivit a bonis, Vell. 2, 2, 2. infirmato contractu, Hermog. Dig. 49, 14, 46. §. 2. per eam (libertatem) legatum infirmari, quod alioquin valeret, Afric. Dig. 30, 1, 108. §. 9. totum testamentum infirmare, und: et legata deberi, et coheredum institutionem non esse infirmandam, Ulp. Dig. 28, 4, 2.

infirmus, a, um, **nicht fest, nicht dauerhaft, nachgiebig, schwach,** I) physisch, in Bezug auf Kraft, Stärke, Zahl, Mittel, 1) von lebl. Gegenst., a) im Allg.: huc cum se consuetudine reclinaverunt (alces), infirmas arbores pondere affligunt atque una ipsae concidunt, Caes. BG. 6, 27, 5. propinqua die aequinoctii infirmis navibus hiemi navigationem subiiciendam non existimabat, 4, 36, 2. adeo est liquidus (lacus) et ad sustinenda quae incidunt aut immittuntur infirmus, ut folia etiam proximis decisa frondibus non innatantia ferat, sed pessum et penitus accipiat, Mel. 3, 9, 2. orbe quoque exhaustus medio languensque recessit (sol) spectantes oculos infirmo lumine passus, Lucan. 5, 544. montibus clivisque difficulter vineae convalescunt, sed firmum probumque saporem vini praebent: humidis et planis locis robustissimae, sed infirmi saporis vinum, nec perenne faciunt, Col. Arbor. 3, 7; ferner in Bezug auf numerische Stärke u. Mittel: praeclara classis in speciem, sed inops et infirma propter dimissionem propugnatorum atque remigum, Cic. II. Verr. 5, 33, 96. non magnis facultatibus, quod civitas erat exigua et infirma, celeriter quod habuerunt consumpserunt, Caes. BG. 7, 17, 2; subst.: volpes marinae simili in periculo glutiunt amplius usque ad infirma (die schwachen Stellen) liniae, quae facile praerodant, Plin. 9, 43 (67), 145; *compar.*: quid enim, si infirmiora horum temporum templa credas, quia non rudi caemento et informibus tegulis extruuntur, sed marmore nitent et auro radiantur? Tac. Or. 20. u. *superl.*: nec infirmissimae arbores gelu periclitantur, sed maxumae, Plin. 17, 24 (37), 217. — b) insbes. v. Speisen, **nicht nahrhaft, wenig nahrhaft,** opus est cibo infirmo, Cels. 3, 18; im *comp.* u. *superl.*: infirmior est ex polline, infirmissimus cibarius panis, 2, 18. imbecillis hominibus rebus infirmissimis opus est, 2, 18. is (cibus) debet ex infirmissima materia, 3, 19. ex avibus colla alaeve recte infirmissimis annumerantur, 2, 18. — 2) vorzugsw. von Lebenden u. ihren Gliedern, a) im Allg., **schwach,** hinc cruor, hinc caedes infirmaque vincitur aetas, Ov. F. 6, 599. u. so: inf. aetas von der Jugend, Quint. 1, 3, 12. und: infirmissimo

tempore aetatis, Cic. Acad. 2, 3, 8. pars putat, ut ferrent iuvenes suffragia soli, pontibus infirmos praecipitasse senes, Ov. F. 5, 633; (aves) teneris infirmisque fetibus cibos ore suo collatos partiuntur, Quint. 2, 6, 7. tondet infirmas oves, Hor. Epod. 2, 16. u. so: donec mihi vita manebit, cum pecore infirmo quae solet esse lupis, Ov. Ib. 43; — facilius sanescit - valens quam infirmus, Cels. 5, 26, 6. in luce habendus aeger, nisi infirmus, interdiu est, 3, 4. cetera infirmis possunt convenire: sol et exercitatio tantum robustioribus, 2, 17. levia quidem genera exercitationis infirmis conveniunt, 2, 15; — infirmo pueri teneroque vagantur corpore, Lucr. 3, 447. ut corpus, teneris ita mens infirma puellis, Ov. Her. 17, 7. quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum erat, Sall. C. 6, 6. is laborem quasi cursum forensem diutius non tulit, quod et corpore erat infirmo et cet., Cic. Brut. 67, 236. interest etiam inter valens corpus et obesum, inter tenue et infirmum, Cels. 2, 10. u. vgl.: infirmo quatientes corpora motu veridicos Parcae coeperunt edere cantus, Catull. 64, 305. hinc nova proles artubus infirmis teneras lasciva per herbas ludit, Lucr. 1, 259. infirmos baculo quoque sustinet artus, Ov. M. 6, 27. complectens infirmis membra lacertis, 10, 407. infirmis variabunt pectora palmis (matres), Catull. 64, 351. dicitur infirma cornu tenuisse sinistra femina, Ov. F. 3, 869. decidit in terram non concipientibus auras infirmis pennis, Periklymenus in Gestalt e. Vogels, M. 12, 569. cum infirmam verecundia cutem accepit, effunditur in ruborem, Quint. 11, 3, 78. validi nervi an infirmi, Cels. prooem. p. 9. u. so Plin. 23, 2 (28), 59. nemo Agrigenti neque aetate tam adfecta neque viribus tam infirmis fuit, qui non illa nocte eo nuncio excitatus surrexerit telumque adripuerit, Cic. II. Verr. 6, 43, 95; quam iacet infirmae venēre ubi fata senectae, qui prior Eleo est carcere missus equus! Tibull. 1, 4, 31; — in Bez. auf numerische Stärke: quem etsi infirmum videbat, quod unus omnibus resistere cogebatur, tamen cet., Nep. Dat. 3, 1. cum essent infirmi ad resistendum propter paucitatem hominum, Caes. BC. 3, 9, 3; — im *compar.*: qua (legione) tradita quanto pro re publica infirmior futurus fuerim quis ignorat? Cic. Fam. 10, 31, 5; quattuor reperio causas, cur senectus misera videatur: unam quod avocet a rebus gerendis, alteram quod corpus faciat infirmius, tertiam cet., Sen. 5, 15. visus infirmior, Quint. 10, 3, 31; u. im *superl.*: infirmissimus et inutilissimus quisque, ut dixi, qui nullum alium laborem ferre nequeat, huic officio applicatur, Col. 3, 10, 6. ita neque caveri anceps malum (der Verschworenen auf der Straße und der von den Dächern Steine u. dgl. herabwerfenden Weiber u. Kinder) neque a fortissumis infirmissumo generi resisti posse, Sall. J. 67, 2. — b) in Bezug auf d. Gesundheit, **schwach, schwächlich, leidend, angegriffen, müde, matt**, hominem infirmum in villam apertam ac ne rudem quidem etiam nunc invitare nolui, Cic. QFratr. 2, 8, 2. adsideamus, inquam, si videtur: sane istud quidem, inquit, sum enim admodum infirmus, Acad. 1, 4, 14. nuper me cuiusdam amici languor admonuit optimos esse nos, dum infirmi sumus: quem enim infirmum aut avaritia aut libido sollicitat? Plin. Ep. 7, 26, 1; — infirmo capiti fluit utilis (fons), utilis alvo, Hor. Ep. 1, 16, 14. etiam tum infirmis intestinis morbo variante, Suet. Aug. 98. nisi semper infirma atque etiam aegra valetudine fuisset, Cic. Brut. 48, 180. ob inf. valetudinem, Suet. Caes. 81; — im *compar.*: si infirmior est, gestari, ungi, perfricari (convenit), Cels. 3, 22. u. *superl.*: in eius infirmissima valetudine adfectaque iam aetate, Cic. dOr. 1, 45, 200. ipse Caesar, etiamsi infirmissimus valetudine erat, obibat munia ducis, Vell. 2, 70, 1.

4, 82; meritum, Grat. Cyn. 249. Suet. Ner. 3. — Mit *Ablat.*: Catillus Iollan ingentemque animis ingentem corpore et armis deiecit Herminium, Virg. A 11, 641. animi validus et corpore ingens, Tac. A. 15, 53. proceri et corpore ingentes, Mel. 3, 7, 3. tua, respice, sedes haec est, unde ingens humeris fulgentibus ostro vidisti Latios consul procedere fasces, Sil. 6, 442. ut praedexter erat (Ancaeus) geminisque securibus ingens, Grat. Cyn. 68. adversaque ingens apparuit hasta, Virg. A. 10, 579. ingentem sese clamore ferebat, 9, 597. Romanus corpore haudquaquam satis validus, ceterum strenuus vir peritusque militiae, Latinus viribus ingens bellatorque primus, Liv. 8, 8, 16. Antiochus vetustis opibus ingens, Tac. H. 2, 81. est factis ingens, Ov. Pont. 4, 10, 75. cum Canuleius victoria de patribus et plebis favore ingens esset, Liv. 4, 6, 5. inter ipsos quoque reges ingentem auctoritate Seleuci filiam duxisse eum non petentem, sed petitum ultro, 42, 12, 3; v. Thieren: cervos erat - cornibus ingens, Virg. A. 7, 483; — mit *Genit.*: ingens ipse virium atque animi, Sall. H. 3, 13. femina ingens animi, Tac. A. 1, 69; — mit *Inf.*: ingens ferre mala et fortunae subdere colla nescius, Sil. 10, 215; — *abs.*: portis sese extulit ingens, Virg. A. 12, 441. totoque ingens extenditur antro (Cerberus), 6, 423. ingens media consistit harena, 5, 423; — im *Compar.*: o fama ingens, ingentior armis vir Troiane! 11, 124. — *Subst.*: cum quibus ipse ingentia gesserat, Vopisc. Prob. 6. multa et ingentia patravit, Eutr. 8, 10. de se ingentia pollicendo, Liv. 1, 47, 7. ingentia largiendo, Amm. 17, 11, 2. lucratus ingentia, 14, 7, 3. cum - ingentia vidisset astrologus, Spart. Sever. 2. spectans ingentia, Sil. 17, 535. eheu quam brevibus pereunt ingentia fatis! Claud. in Ruf. 2, 49.

ingĕnue, *Adv.*, s. ingenuus.

ingĕnuitas, ātis, *f.*, **der Stand eines Freigeborenen, edle Geburt od. Abstammung, Adel**, a) eig.: neminem umquam libertinorum adhibitum ab eo caenae excepto Mena, sed asserto in ingenuitatem post proditam Sexti Pompei classem, Suet. Aug. 74. cuius iussu perpetratum ingenuitatis indicium erat, Tac. A. 13, 27. viri ac feminae quidquid auri argentive habuerunt, item pueri insignia ingenuitatis ad sustentandam temporis difficultatem contulerunt, VMax. 5, 6, 8. eripies igitur pupillae togam praetextam? detrahes ornamenta non solum fortunae, sed etiam ingenuitatis? Cic. II. Verr. 1, 44, 113. cum ingenuitatis magis quam praesentis condicionis memorem videret, nudari iubet verberaque adferri, Liv. 8, 28, 4; — bildlich: orator surripiat oportet imitationem, ut is, qui audiet, cogitet plura quam videat: praestet idem ingenuitatem et ruborem suum verborum turpitudine et rerum obscaenitate vitanda, dOr. 2, 59, 242. quae (eloquentia) olim omnium artium domina pulcherrimo comitatu pectora implebat, nunc circumcisa et amputata sine apparatu, sine honore, paene dixerim sine ingenuitate, quasi una ex sordidissimis artificiis discatur, Tac. Or. 32; im Plur.: sublatis ingenuitatibus servitutes, Arnob 2, 76; — b) übtr. **die Freimüthigkeit, Offenheit, Redlichkeit**, contra inpudentem stulta est nimia ingenuitas, Syr. 94. Theophrastus autem, vir et oratione suavis et ita moratus, ut prae se probitatem quamdam et ingenuitatem ferat, vehementius etiam fregit quodam modo auctoritatem veteris disciplinae, Cic. Acad. 1, 9, 33. fertur et postea Zeuxis pinxisse puerum uvas ferentem, ad quas cum advolassent aves, eadem ingenuitate processit iratus operi et dixit: uvas melius pinxi quam puerum, Plin. 35, 10 (36), 66.

ingĕnuus, a, um, im Lande geboren od. erzeugt, also 1) **im Lande geboren, eingeboren, nicht eingewandert** (u. weil Eingewanderte ursprünglich als Besitzlose u. Hörige od. Sclaven angesehen wurden): **freigeboren, von freien Aeltern geboren, edelgeboren, von edler Geburt od. Abstammung, adelig**, a) eig.: *servus*, cum manumittitur, fit libertinus, addictus (Schuldknecht) recepta libertate ingenuus, Quint. 7, 3, 27. eosque servos adhuc viris feminisque pecuniosioribus indictos ac sine mora manumissos sub priore vexillo habuit, neque aut commixtos cum ingenuis aut eodem modo armatos, Suet. Aug. 25. nec tutior inter servos malos, quam ingenuos parum modestos conversatio est, Quint. 1, 2, 4; P. Valerius Cato, ut nonnulli tradiderunt, Burseni cuiusdam *libertus* ex Gallia: ipse libello, cui est titulus indignatio, ingenuum se natum ait, Suet. Gr. 11; ignarus temporibus Appi et deinceps aliquandiu *libertinos* dictos non ipsos, qui manu emitterentur, sed ingenuos ex his procreatos, Suet. Claud. 24. si separarentur libertini, manifestam fore penuriam ingenuorum, Tac. A. 13, 27. Pa. ecquam tu potis reperire forma lepida mulierem, quoi facetiarum [cor] corpusque sit plenum et doli? Pe. ingenuamne an libertinam? Pa. aequi istuc faciam, Plaut. Mil. gl. 3, 1, 187. ingenuam malo, sed si tamen illa negetur, libertina mihi proxima conditio est: extrema est ancilla loco, Mart. 3, 33. Py. quid? ea ingenuane an festuca facta [e] serva libera'st? Pa. vah, egone ut ad te ab libertina esse auderem internuntius, qui ingenuis satis responsare nequeas, quae cupiunt tui? Plaut. Mil. gl. 4, 1, 15. u. vgl.: duumviros in eam rem consules creare iussi, per quos naves viginti deductae navalibus sociis civibus Romanis, qui servitutem servissent (d. i. libertini), complerentur, ingenui tantum ut iis praeessent, Liv. 40, 18, 7; si quis fugitivo stigma scripserit eoque ingenuo iudicato neget, se *liberum* esse scisse, Quint. 7, 4, 14. hasce modo aio liberas ingenuasque esse filias ambas meas, Plaut. Poen. 5, 6, 7. liber et ingenuus, praesertim census equestrem summam nummorum vitioque remotus ab omni, Hor. AP. 383. u. vgl. Petron. 81, 4; — si quid ingenui sanguinis habes, 113, 11. esseque hominis ingenui et liberaliter educati velle bene audire a parentibus, a propinquis, a bonis etiam viris, Cic. Fin. 3, 17, 57. u. so dOr. 1, 31, 137. ex me enim scire coepisti, quid ingenui homines ferre non possint, Curt. 8, 25 (7), 15. liberi homines genannt §. 14. Phaestia - progenuit tellus ignoto nomine Ligdum, ingenua de plebe virum, Ov. M. 9, 669.

omnes ingenui barbari, Amm. 18, 9, 4. quod non ingenuos habeat clarosque parentes, Hor. Sat. 1, 6, 91. ingenuo si non essem patre natus, 1, 6, 21. ab ingenuis mulieribus hereditates lege non veniunt? Cic. Flacc. 34, 84. nescit equo rudis haerere ingenuus puer, Hor. Od. 3, 24, 54. ut ing. puer Saturno immolaretur, Curt. 4, 15 (3), 23. ingenui pueri cum meritoriis, scorta inter matres familias versabantur, Cic. Phil. 2, 41, 105. u. so Liv. 31, 17, 5. virginem ingenuam in servitutem asserere conatus, Suet Tib. 2. nec tamen ingenuam ius est servare puellam, Ov. Am. 3, 4, 33. etiamsi orator non sis et sis ingenuus civis Romanus, Cic. Brut. 75, 261. ex omni copia neque in proelio neque in fuga quisquam civis ingenuus captus est, Sall. C. 61, 5; — scibas natum ingenuum Aiacem, cui tu obsidionem paras, Enn. trag. 365. has esse ingenuas ambas subreptitias Carthaginienses, Plaut Poen. 5, 2, 2. cum referre negas, quali sit quisque parente natus, dum ingenuus, Hor. Sat. 1, 6, 7; — contumeliam non fortis pote nec ingenuus pati, Syr. 778. ingenua, inquit, fuit, Cic. Flacc. 34, 84. ingenuam et civem Romanam recuperatorio iudicio pronunciatam, Suet. Vesp. 3. qui - ingenuum se coeperat ferre, 23. ingenuum stupravit, Quint. 4, 2, 69. qui ingenuom aut matrem familias constuprassent, AHer. 4, 8, 12. ibi enim et super ingenuos et super nobiles ascendunt, Tac. G. 25. divitis hic servi cludit latus ingenuorum filius, Juv. 3, 131. omnis ingenuorum adest multitudo, etiam tenuissimorum, Cic. Cat. 4, 7, 16.

b) übtr. α) im Allg. theils = einem Freien angehörig, eines Freien, adelig, theils = eines Freien würdig, frei, edel, wohlanständig, turpiter ingenuum munera corpus emunt, Ov. Her. 5, 144. nec tibi turpe puta - ingenua speculum sustinuisse manu, AA. 2, 215. iuvat immemorata ferentem ingenuis oculisque legi manibusque teneri, Hor. Ep. 1, 19, 33. suspicor ingenuas erubuisse genas, Ov. Her. 19, 6. vires ingenuae, salubre corpus, Mart. 10, 47, 6. non minus ingenua est et mihi, Marce, gula, 6, 11, 6; tum intellectum est, quantum ingenua servilibus ingenia praestarent, Justin. 18, 3, 14; — nolim statuas nos mente maligna id facere aut animo non satis ingenuo, Catull. 68, 37. non omnis animo cessit ingenuo pudor, Sen. Hipp. 251. estque animi ingenui, cui multum debeas, eidem plurimum velle debere, Cic. Fam. 2, 6, 2. quid enim dulcius libero et ingenuo animo et ad voluptates honestas nato, quam videre plenam semper et frequentem domum suam concursu splendidissimorum hominum? Tac. Or. 6. temperat ingenuos qua laeta Aquitania mores, Auson. Mos. (Id. 10), 442. quae te cunque domat Venus, non erubescendis adurit ignibus ingenuoque semper amore peccas, Hor. Od. 1, 27, 14. tardet ingenuus pudor, Catull. 61, 79. ut Zeuxis - intellecto errore concederet palmam ingenuo pudore, Plin. 35, 10 (36), 65. pudore a dicendo et timiditate ingenua quadam refugisti (wie Isokrates von sich selbst schrieb), Cic. dOr. 2, 3, 10. hominum ineptias ac stultitias, quae devorandae nobis sunt, non ferebat iracundiusque respuebat sive morose, ut putabatur, sive ingenuo liberoque fastidio, Brut. 67, 236. nemo est praeter veteranos milites, qui ad servitutem propulsandam ingenuo dolore excitentur, Phil. 10, 9, 18. sed si non fias quadrante beatior uno per gemitus nostros ingenuasque cruces, parce precor fesso, Mart. 10, 82, 6; — est etiam illa Platonis vera et tibi, Catule, certe non inaudita vox, omnem doctrinam harum ingenuarum et humanarum artium uno quodam societatis vinculo contineri, Cic. dOr. 3, 6, 21. num minus ingenuis artibus illa vacat? Ov. F. 3, 6. artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est, pectora mollescunt asperitasque fugit, Pont. 1, 6, 7. u. vgl. 2, 7, 47. Servius quidem tuus in omnibus ingenuis artibus in primisque in hac, in qua ego me scripsi acquiescere, ita versatur, ut excellat, Cic. Fam. 4, 3, 4. utrum is, qui dicat, - ad dicendum omnibus ingenuis artibus instructus accesserit, dOr. 1, 16, 73. priscis enim temporibus, cum adhuc nuda virtus placeret, vigebant artes ingenuae, Petr. 38, 2. qui ingenuis studiis atque artibus delectantur, Cic. Fin. 5, 18, 48. non solum has artes, quibus liberales doctrinae atque ingenuae continerentur, geometriam, musicam, litterarum cognitionem et poëtarum atque illa, quae de naturis rerum, quae de hominum moribus, quae de rebus publicis dicerentur (se scire), sed cet., dOr. 3, 32, 127. sint ista Graecorum, quamquam ab iis philosophiam et omnes ingenuas disciplinas habemus, Fin. 2, 21, 68. pallentes radere mores doctus et ingenuo culpam defigere ludo, Pers. 5, 15. opificesque omnes in sordida arte versantur: nec enim quidquam ingenuum habere potest officina, Cic. Off. 1, 42, 150. M. Marcellus - decessit admodum iuvenis, sane, ut aiunt, ingenuarum virtutum, Vell. 2, 93, 2. nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum, Phil. 3, 11, 28; — seltener von Pers. selbst: aut facere ingenuae (amicae) est, aut non promisse pudicae - fuit, Catull. 110, 5. aperte enim vel odisse magis ingenui est quam fronte occultare sententiam, Cic. Am. 18, 65; auch: scilicet ut plausus, quos fert Agrippa, feras tu astuta ingenuum volpes imitata leonem? Hor. Sat. 2, 3, 185. — *Adv*: quis autem honesta in familia institutus et educatus **ingenue** non ipsa turpitudine, etiam si eum laesura non sit, offenditur? Cic. Fin. 3, 11, 38. — β) speciell frei, freimüthig, offen, gerade, redlich, ingenui vultus puer ingenuique pudoris, quales esse decet, quos ardens purpura vestit, Juv. 11, 154. gens amica Romanis foederibusque ingenuae pacis obstricta, Amm. 27, 5, 1. — *Adv.*: studio spectandi ac voluptate, qua teneri se neque dissimulavit umquam et sape **ingenue** professus est, Suet. Aug. 45. quod me abs te cupisse laudari aperte atque ingenue confitebar, Cic. Fam. 5, 2, 2. ing. pro suis dicere, Quint. 12, 3, 3; rarus sermo illis et magna libido tacendi adque supercilio brevior coma: verius ergo et magis ingenue Peribomius, Juv. 2, 14. isti autem ingenue, mihique gratum, quod quid sentirent

non reticuerunt, Cic. Att. 13, 27, 1; — dagegen selten = verzärtelt, schwach, invalidae vires ingenuaeque mihi, Ov. Trist. 1, 5, 72. u. vgl.: teneriore mihi animo videbare, sicut omnes fere, qui vita ingenua in beata civitate et in libera viximus, Cic. Fam. 5, 21, 3. cum - incedendi nimietate iam superarer, ut insuetus ingenuus, Amm. 19, 8, 6.

2) im Lande erzeugt, nicht aus der Fremde entlehnt, einheimisch, natürlich, ungekünstelt, unde mare, ingenuei fontes extentaque longe flumina suppeditant? Lucr. 1, 230. sub ingenuis agitatae fontibus herbae, Auson. Mos. 65. ingenui largique fontes, Pan. vet. 7, 10, 2. viridi si margine cluderet undas herba nec ingenuum violarent marmora tofum! Juv. 3, 19. ingenuus calor, Prop. 1, 14, 13. ingenuum cuius (urbis) fuit ancora signum, Auson. Urb. 3, 11. fundit opes ager ingenuas dives aristiferae segetis, Prud. Cathem. 3, 51. si albicapillus hic videtur, ne utiquam ab ingenio'st senex: inest in hoc amussitata sua sibi ingenua indoles, Plaut. Mil. gl. 3, 1, 37 sq.

ingĕro, gessi, gestum, gerĕre (*Imper.*: inger, Catull. 27, 2. = ingere, Plaut. Pseud. 1, 2, 24), 1) hineinschütten, -werfen, -bringen, -legen u. dgl., einschütten, -geben, -führen, überh. wohinein od. wohin od. vor etw. schütten, bringen, führen u. dgl., darbringen, beibringen, entgegentragen od. -bringen, darbieten u. dgl., a) im Allg., eig. u. übtr., in Cappadocia *e* fonte puteis ac fonte aquam *in* salinas ingerunt, Plin. 31, 7 (39), 82. caesa *in* viscera montis contortum pelagus latrantibus ingerit undis, Sil. 5, 396. u. vgl.: in hoc pertussum ingerimus dicta dolium: operam ludimus, Plaut. Pseud. 1, 3, 135; nisi sequitur, pugnos in ventrem ingere, Ter. Phorm. 5, 7 (8), 95; — mit *Dat*: rure levis verno flores apis ingerit alveo, Tibull. 2, 1, 49. cicer ingere large rixanti populo, Pers. 5, 177. Castaliusque mihi nova pocula fontis alumno ingerit, Nemes. Cyn. 6. inger mi calices amariores, Catull. 27, 2; redde iam capulo manum, adstringe galeam, laeva se clipeo ingerat, Sen. Phoen. 479; cum in turba osculum sibi ingerentem quanquam refugiens devitare non posset, Suet. Gr. 23. ingestaque vincla unguibus (leonis), Claud. BGild. 365. fulmineumque viris proturbans ingerit ensem huc alternus et huc, VFlacc. 6, 230. capiti suo manus ingerunt, Sen. Ep. 16, 4, 16 (99). scindit agmen equisque maxima vulnera ingerit, Tac. A. 1, 65. invidet igne rogi miseris coeloque nocenti ingerit Emathiam, Lucan. 7, 798; den Augen vor -, entgegenhalten: ingerit obiectans trepidantibus ora leonis, Sil. 2, 194. hanc tabellam quum ingestam sibi conspiceret virgo, MCap. 2, 179; dem Geiste: quod (numen) non exhaustae per tot iam saecula rupis spiritus ingessit vati, Lucan. 5, 164. inter haec velut genetricem virtutum frugalitatem omnibus ingerebat, Justin. 20, 4, 10; v. Personen: matrona inter primas honesta - filium filiamque ingerebat orbis senibus, Petr. 140, 1. cum reversus ad patrem esset ornatusque purpura et infulis sacerdotii omnium se oculis ingereret, Justin. 18, 7, 9. u. vgl. modo ne quis abactam huc referat me forte dies oculisque parentis ingerar, VFlacc. 8, 51. in medios fert arma globos seseque periclis ingerit atque omni letum molitur ab ense, Sil. 10, 4. ingerendo semet ignibus, Mel. 3, 7, 3. quo te ipse, senior, obvium morti ingeris? Sen. Herc. fur. 1032. u. vgl. Claud. in Rufin. 2, 483; — *absol.*: tu qui urnam habes, aquam ingere: face plenum ahenum sit cito, Plaut. Pseud. 1, 2, 24. quo longius moles agebatur a litore, hoc magis, quicquid ingerebatur, praealtum absorbebat mare, Curt. 4, 10 (2), 19; ingesto crispatur purpura vento, Claud. IV. Cons. Hon. 554. oculos ingesto fulgure clusit, Lucan. 7, 157. utinam liceret stipite ingesto impiam effringere animam, Sen Herc. Oet. 1450. hinc ignis, illinc verbera iam non ad quaestionem, sed ad poenam ingerebantur, Curt. 6, 42 (11), 16. ac deinde ingestis vulneribus concidit, Tac. H. 3, 85; den Augen darbieten: una pruinae canentis, quacumque datur permittere visus, ingeritur facies, Sil. 3, 532; dem Geiste: quod Styga, quod manes ingestaque Tartara somnis Pompeio vivente videt, Lucan. 7, 785. materno facies ingesta sopori, Claud. Rapt. Pros. 3, 80. ingesto turbavit gaudia luctu, Epist. 1, 32. ibique diu compositum ad quietem principis fatum sortem denuntiabat ei supremam prodigiis ingerentibus multis, Amm. 30, 5, 15. frequentabat inter haec curiam agendo diversa, quae divisiones multiplices ingerebant, 22, 7, 3; von Pers.: ingratas quoque memoria cum ipso munere incurrit, ubi ante oculos est, et oblivisci sui non sinit, sed auctorem suum ingerit et inculcat, Sen. Ben. 1, 12, 1.

b) insbes. α) in den Mund einführen, einschütten, eingießen u. dgl., mit den obigen Construct.: tota iam ante oculos meos imago caedis errat, ingesta orbitas in ora patris, Sen. Thyest. 281; — febricitanti cuidam et magna siti affecto - aquam frigidam ingessit, Cels prooem. p. 11. quicquid vini oleique erat, oribus ingerebatur, Curt. 7, 20 (5), 7. equis asinisque admissurae tempore ingeritur (ocimum), Plin. 20, 12 (48), 123; — aquam frigidam potui dabat - plus etiam aquae frigidae ingerebat, Cels. 3, 9. si cicutam (aliquis ebibit), vinum merum calidum cum ruta quamplurimum ingerendum est, 5, 27, 12. alitur sitis latice ingesto, Sen. Oed. 196. adips anserinus cum butyro pari pondere pastillis ingestus, Plin. 30, 13 (38), 112. cibo saepius die ingesto, 29, 1 (8), 23. Graeci saginandis anseribus polentae duas partes et furfuris quatuor aqua calida temperant et ingerunt pro appetentis voluntate sumenda, Pallad. 1, 30, 4; bildl.: quantas robusti carminis offas ingeris, ut par sit centeno gutture niti? Pers. 5, 5. — β) durch den Mund, durch Worte u. dgl. beibringen, vorbringen, vorwerfen, entgegen-, zurufen, auch thätig: Jmdm. etw. anthun, mit den obigen Construct. (mit dem Zusatz: voce, Petr. 36, 7. maligno affatu, Claud. Rapt. Pros. 3, 220. iurgans, Vopisc. Aurel. 4.): quorum nomina prius parentes liberis suis ingerunt. Tac. Or. 7. ingerens verba mulcentia, Apul. M. 5, 6. sed ingero praeterita, Cic. Att. 11, 6, 3. vera erunt et a tribunis praefectisque eadem in-

gerebantur, Tac. H. 4, 78. hoc (beneficium) sobrii loquuntur, hoc ebrii non continent, hoc ignotis ingerunt, hoc amicis committunt, Sen. Ben. 7, 22, 2. vocesque quae plerumque verae et graves coram ingerebantur, Tac. A. 4, 42. vocis verborumque quantum voletis ingerent et criminum in principes et legum aliarum super alias et contionum, Liv. 3, 68, 4. ibi multa in patruum per eum ingesta, Dict. Cret. BTroi. 6, 4. quom dicta in me ingerebas, Plaut. As. 5, 2, 77. tum pueri nautis, pueris convicia nautae ingerere: huc appelle! Hor. Sat. 1, 5, 11. ingeret hic potus iuvenis maledicta puellae, Tibull. 2, 5, 101. multa ingerere maledicta, Dict. Cret. BTroi. 5, 16. in Galbam pro se quisque probra ingerere, Liv. 45, 36, 8. miles probra superbus ingerat obsesso, Claud. VI. Cons. Hon. 242. cum - ingessisset probra M. Iunio, quod se dedecoris socium collegae fecisset, Liv. 41, 10, 6. ingerunt probra, 2, 45, 10. ingerunt contumelias, Tac. A. 1, 39. depulsio ingesti criminis, MCap. 5, 452. celeberrimis patronis - postulationes certatim ingerentibus, Suet. Ner. 7. dicitur praeterea huius fuisse crudelitatis, ut plerisque senatoribus simulatam ingereret factionem coniurationis ac tyrannidis, quo facilius eos posset occidere, Vopisc. Aurelian. 39; ingerit multa mala Antenori et Aeneae, Dar. Phryg. de exc. Troi. 38. ingere [huic] mala multa, Plaut. Pseud. 1, 3, 124. u. so: alci., Bacch. 4, 8, 34. ingeram mala multa? Ter. Andr. 4, 1, 16. dira supplicia ingere: merui, Sen. Med. 462. incesse nunc et cuncta flagitia ingere! 236; — mit folg. *Acc.* u. *Inf.*: interdum ob immodicas disceptantium altercationes e curia per iram se proripienti quidam ingesserunt, licere oportere senatoribus de re p. loqui, Suet. Aug. 54. magnitudinem imperatoris indentidem ingerens et rem publicam armis peti, Tac. A. 2, 79; unde Graecis auctoribus, *ut* femori Iovis insitum (Liberum) dicerent, aut materia ingessit, aut error, Mel. 3, 7, 4; mit *Relat.*: adero prius illi et quibus excitetur (dolor) ingeram, Sen. Cons. ad Helv. 2, 1. — γ) wo einführen, aufnehmen, areopagitarum praeterea cupiebat ingeri numero contempta prope Romana re publica, Treb. Poll. Gall. duob. 11.

2) daraufschütten, -werfen, aufschütten, überschütten, auf od. über etw. schütten, werfen, schleudern, a) eig., mit *Adv.*: collocavit illa ignem cassis arundinibus collectum ingestisque super pluribus lignis excusari coepit moram, Petron. 136, 11. ingestis comitum super obruit armis, Prop. 4 (5), 4, 91. quum superne tela barbari ingererent, Curt. 8, 40 (11), 14. clipeo tela, quae ex adverso ingerebantur, excipiens, 9, 19 (5), 4. nil ullis opus est equis, nil armis et inertibus telis, quae procul ingerit Parthus, cum simulat fugas, Sen. Thyest. 381. fundis quoque excussi lapides et sagittae undique ingerebantur, Curt. 5, 12 (3), 19; — qui *ex* superiore loco fundis velut nimbum glandes et sagittas simul ac iacula ingerebant, Liv. 36, 18, 5; — vini usus quibusdam ignotus est: epulantibus tamen ubi *super* ignes, quos circumsident, quaedam semina ingesta sunt, similis ebrietati hilaritas ex nidore contingit, Mel. 2, 2, 4; — ingerunt desuper Othoniani pila librato magis et certo ictu *adversus* temere subeuntes cohortes Germanorum, Tac. H. 2, 22; quos (lapides) in fuga *contra* sequentes ingerunt pedibus (struthiocameli), Plin. 10, 1 (1), 1; — faces et quicquid alendo igni aptum erat, *in* eadem opera ingerunt, Curt. 4, 12 (3), 4. saxa obiacentia pedibus ingerit in subeuntes, Liv. 2, 65, 4. iacula complura - in hostem ingerebant, Curt. 8, 47 (14), 3. quum Porus - tela multo ante praeparata in circumfusos ex elephanto suo coepit ingerere, 8, 50 (14), 31. e quibus (turribus) in subeuntes scaphas tela ingeri possent, 4, 11 (2), 23. inde missilia in propugnantes ingerebantur tuto, quia cet., 4, 14 (3), 15. raptas fugientibus ingerit hastas in tergus, Virg. A. 9, 763; si capitis dolores sunt, rosam cum aceto miscere oportet et in id ingerere, Cels. 3, 10. ingerendumque subinde in eas (fascias fracti membri) est calidum oleum et vinum, 8, 10, 7; — mit *Dat.*: irriguis largum iubar ingerit herbis, Claud. Laud. Stil. 2, 469. quos Thrion et summis ingestum montibus Aepy (nutrit), Stat. Theb. 4, 180. cum male se Tellus ulta est ingestaque Olympo ardua devexum Pelion Ossa tulit, Ov. Am. 2, 1, 13. ingeret ardenti grandia ligna foco, Tibull. 2, 1, 22. negabat stercus vitibus ingerendum, Col. 2, 15, 5. magna poma Persicus affert, si florenti per triduum ternos sextarios caprini lactis ingesseris, Pallad. 12, 7, 6. saxa et quicquid fors manibus dederat, ingerentes subeuntibus, Curt. 4, 19 (4), 13. raptas fugientibus ingerit hastas, Virg. A. 12, 330; invenimus Eumolpum sedentem membranaeque ingenti versus ingerentem, Petr. 115, 2; quid deinde gemina caede perfunctus facit? puerone parcit? an scelus sceleri ingerit? Sen. Thyest. 730; — *absol.*: apium etiam (serunt) paxillo caverna facta ac fimo ingesto, Plin. 19, 7 (36), 120. aqua frigida ingesta sistitur sanguis, 31, 3 (23), 40. Romanus contra tela nunc saxa, quibus eos adfatim locus ipse armabat, ingerere, Liv. 9, 35, 4. iam scalis egressi milites prope summa ceperant, cum oppidani concurrunt, lapides, ignem, alia praeterea tela ingerunt, Sall. J. 60, 6. velites et levem armaturam ingerere tela iussit, Frontin. Strat. 2, 3, 17. alios (iussit) tormentis hastas, saxa et faces ingerere, Tac. A. 2, 81. — b) übtr., aufdrängen, aufbürden, auf Jmdn. wälzen, zu etw. drängen, nec, si ipse tibi terga (d. goldne Vließ) ingerat ultro, qui pepigit, velit in pacem dextramque reverti amplius, VFlacc. 7, 651. ne recusanti quidem aut suscensuit quicquam aut amicitiam suam ingerere desiit, Suet. vit. Hor. p. 297, 22. ingeri sibi imperium a Laeto et Eclecto dixit, Capitol. Pert. 4. gloriae quoque non cupidior quam pecuniae: quippe recusanti omnia imperia ingesta sunt, Justin. 6, 8, 7. u. vgl. Claud. Epith. Pall. et Cel. 77. nomen patris patriae Tiberius a populo saepius ingestum repudiavit, Tac. A. 1, 72. u. so: Magni nomen Lamprid. Alex. Sev. 11; ingeret omnis se belli fortuna tibi, Lucan. 2, 263. u. von Personen:

Athiopem nobis generum, Nasamona maritum ingerit, Claud. BGild. 193. hos amat, his se ingerit utque suos semper producit alumnos, Juv. 6, 608. o rem memoriae litterisque mandandam! praefectum praetorio non ex ingerentibus se, sed e subtrahentibus legere, Plin. Pan. 86, 2; auch: tu ad studium sapientiae te ingeris vel properas altum, Apul. de deo Socr. 24.

ingestābilis, e, unerträglich, onus, Plin. 7, 6 (5), 41.

ingestio, ōnis, *f.*, die Einführung, primae vocis, MCap. 5, 459.

ingestus, a, um, *Ptcp.*, s. ingero.

ingestus, *Abl.* u, *m.*, der Ueberwurf, die Hülle, postremo etsi tunc devoratum invenietur mortale in omnibus mortuis, certe a morte, certe ab aevo, certe per aetatem, numquid a vita, numquid a superindumento, numquid ab immortalitatis ingestu? Tert. resurr. carn. 42.

ingigno, genui, genitum, ĕre, s. ingeno.

inglōmĕro, āre, aufhäufen, sed plurimus auster inglomerat noctem et tenebrosa volumina torquet defunditque imbres, Stat. Theb. 1, 350.

inglōriōsus, a, um, ruhmlos, ohne Ruhm, tunc admirante nullo inlaudatus ingloriosus subit portum, Plin. Ep. 9, 26, 4.

inglōrius, a, um, ruhmlos, unrühmlich, hospes, Sil. 2, 104. Armes, VFlacc. 6, 531. ordo, Sil. 9, 331. haud ingl. auxiliator, Tac. A. 6, 37; — als Prädicat: qui laudat senem et fortunatum esse dicit, quod inglorius sit atque ignobilis ad supremum diem perventurus, Cic. Tusc. 3, 24, 57. propterque honestatis et gloriae similitudinem beati qui honorati sunt videntur, miseri autem qui inglorii, Leg. 1, 11, 32. multos veterum velut inglorios et ignobiles oblivio obruit, Tac. Agr. 46. vive sine invidia mollesque inglorius annos exige, Ov. Tr. 3, 4, 43. positis inglorius armis exigat hic aevom, Virg. A. 10, 52. frustraque iuventae consumis florem patriis inglorius arvis, Claud. in Rufin. 1, 140. scire potestates herbarum usumque medendi maluit et mutas agitare inglorius artes, Virg. A. 12, 396. patrias remeabo inglorius urbes, 11, 793. adspice, quam rarum referens inglorius agmen Italia detrusus eat, Claud. BGet. 78. flumina amem silvasque inglorius, Virg. G. 2, 486. ense levis nudo parmaque inglorius alba, A. 9, 548; v. Löwen: fractos inglorius armos supposuit servile gemens, Claud. BGild. 364; v. Bienen: ille horridus alter desidia latamque trahens inglorius alvom, Virg. G. 4, 94; — von lebl. Dingen, u. zwar von e. Bach: tacite Tuscis inglorius adfluit undis (rivus), wegen seiner Kleinheit, Sil. 13, 6. convulsae cuspide longe diffugēre iubae patuitque ingloria cassis, glanzlos, schmucklos, Stat. Theb. 9, 108; ferner: est socia mortis homini vita ingloria, Syr. 135. sunt enim certa quae de paupertate, certa quae de vita inhonorata et ingloria dici soleant, Cic. Tusc. 3, 34, 81. quippe illic etiam honestae mortis usus, his inglorium exitium, Tac. A. 1, 70. nobis in arto et inglorius labor, 4, 32. brevi et inglorio imperio perfunctus est, 12, 14. inde frequens pugnae nulloque ingloria sacro vox tua, Stat. Silv. 5, 3, 138; — mit *Gen.*: non ullas valuit perfringere Poenus tota mole vias frustraque inglorius ausi pulsavit quatiens obstructas ariete portas, Sil. 12, 38. nec ipse inglorius militiae, Tac. H. 3, 59; — mit *Inf.*: et vincere inglorium et alteri sordidum arbitrabatur, Agr. 9.

inglŭvies, ēi, *f.* (von gula nach PDiac. p. 112, 2), der Kropf, Schlund, der Hühner, Col. 7, 10, 6. 8, 5, 17., der Schlangen, Virg. G. 3, 431. Sil. 6, 155., der Menschen, Claud. in Eutrop. 2, 331. Apul. M. 1, 16; dah. die Gefräßigkeit, nec contenta illa ingluvies fuit maris sui copiis, Macrob. Sat. 3, 16, 10. inter quae ingluvies et gurgites crevere praerupti conviviorum, Amm. 22, 4, 5. avi cur atque parentis praeclaram ingrata stringat malus ingluvie rem, Hor. Sat. 1, 2, 7. Vitellius notabilis ingluvie et voracitate, Eutr. 7, 18.

inglŭviōsus, a, um, gefräßig, PDiac. p. 112, 2.

ingrandesco, grandui, ĕre, groß werden, quae (lens) ut celeriter prodeat et ingrandescat, Col. 2, 10, 15. ne difficulter acinus ingrandescat, 3, 6, 3. si iam ingranduit (porrum), 11, 3, 17.

ingratia, ae, *f.*, die unfreudige Empfindung, 1) dessen, dem etw. keine Freude bereitet, unwillkommen, lästig ist, nur im *Abl. plur.* u. zugleich adverbial **ingratiis** u. contr. **ingratis**, mit unangenehmer Empfindung, so daß man unangenehm berührt wird, ohne daß einem etw. angenehm od. willkommen ist, wider Willen, zunächst subst. mit dem Pron. poss. od. mit d. Genit., auch mit Praepos. verb.: Ch. nimium multum scis. Eu. tuis ingratiis, Plaut. Merc. 2, 4, 11. quando istiusmodi rerum nec consilium sit nostrum nec arbitrium, sed ea ingratis [in] nostris vi ac necessitate naturae nobis accidant, Gell. 17, 1, 7. quin, si tu nolis filiusque etiam tuos, vobis invitis atque amborum ingratiis una libella liber possum fieri, Plaut. Cas. 2, 5, 6. si illis aegre'st mihi quod volup est, meo rem remigio gero: tamen id quod odio'st faciundum'st cum malo atque ingratiis, Mil. gl. 3, 152; — neben dem Begriff des Nichtwollens: Ph. mittin' me an non mittis? Sc. immo vi atque invitam ingratiis, nisi voluntate ibis, rapiam te domum, 2, 5, 39. extorquendum est invito atque ingratis, Cic. Quinct. 14, 47. Me. nunc profecto vapula ob mendacium. So. non edepol volo profecto. Me. at pol profecto ingratiis: hoc quidem profecto certum'st, non est arbitrarium, Plaut. Amph. 1, 1, 214. nunc mihi bonae necesse est esse ingratiis, quamquam esse nolo, Cist. 2, 3, 82. atqui ingratiis, quoi non vult, nubet hodie! Cas. 3, 5, 56; — neben dem Begriff der Nothwendigkeit, des Zwingens, der Gewalt u. der Forderung: hoc se quisque modo fugit: at quom, scilicet ut fit, effugere haud potis est, ingratis haeret et odit propterea, morbi quia causam non tenet aeger, Lucr. 3, 1068. nam cum ventus eas (nubes) leviter diducit euntes dissolvitque, cadant ingratis illa necesse'st semina quae faciunt fulgorem, 6, 215. reticebunt quae poterunt libenter, dicent quae necesse est ingratis, Cic. II. Verr. 4,

9, 19. si status condictus cum hoste intercedit dies, tamen est eundum quo inperant ingratiis, Plaut. Curc. 1, 1, 5. at nisi purgatum'st pectus, quae proelia nobis atque pericula tum'st ingratis insinuandum, Lucr. 5, 43; eri haec inmodestia me coegit, qui hoc noctis a portu med ingratiis excitavit: idem nonne me mittere hoc luci potuit? Plaut. Amph. 1, 1, 10. ea coacta ingratiis postilla coepit victum volgo quaerere, Ter. Heaut. 3, 1, 37. nam idem hoc argentum, ita ut datum'st, ingratiis ei datum erit. hoc qui cogam, re ipsa repperi, Phorm. 5, 6, 48 (7, 5). tametsi postulat causa, tamen nisi plane cogit ingratiis, ad male dicendum non soleo descendere, Cic. Tull. §. 5. hoc eo volebat, ut ingratis ad depugnandum omnes cogerentur, Nep. Them. 4, 4. quae eum adiuratione suae salutis ingratis cogebat effari, Apul. M. 2, 20. quom coniecturam egomet mecum facio, haec illa'st simia, quae has hirundines ex nido volt eripere ingratiis, quod ego in somnis somniavi, Plaut Rud. 3, 4, 66. tu clamabas deûm fidem atque hominum omnium: quom ego accurro teque eripio vi pugnando ingratiis, Men. 5, 8, 4. licet sint eloquentes, ingratis tamen idem Epicurus eripiet cet., Lact. 2, 10. Mu. mira sunt, vera si praedicas: nam viri ius suom ad mulieres obtinere haud queunt. Cl. quin mihi ancillulam ingratiis postulat, quae mea est, quae meo educata sumptu est, villico dare suo, Pl. Cas. 2, 2, 18; — ohne nähere Bestimmung: opus faciam, ut defetiger usque, ingratiis ut dormiam, Ter. Eun. 2, 1, 14. iam obstinationis suae me ingratis obedientem perducit ad cet., Apul. M. 1, 26. — 2) dessen, der nicht zu erkennen gibt, daß ihm etw. Freude bereitet, **Undank**, Tert. de poenit. 1. u. 2.

ingrātĭfĭcus, a, um, **undankbar handelnd**, ingratifici Argivi, inmoenes Grai, inmemores benefici, Att. 364.

ingrātis, s. ingratia.

ingrātĭtūdo, ĭnis, *f.*, 1) die **Ungnade**, noverit, se nostrae ingratitudinis pericula subiturum, Cassiod. Var. 1, 30. — 2) die **Undankbarkeit**, ingratitudinis vitio inquinati, Firmic. math. 5, 1. sine ingratitudinis naevo, Cassiod. Var. 5, 8.

ingrātus, a, um (von d. W. χαρ, wovon χαίρω, Skt. harj-â-mi, amo, desidero, nach *Curtius* Grundz. I. p. 166., doch vergleichen *Boethl.* u. *Roth* grâ-tu-s mit Skt. gûr-ta-s, willkommen, angenehm, von der W. gur), **unfreudig**, d. i. 1) von dem, was keine Freude -, keine Anerkennung bringt, also a) **freudenlos, unerfreulich, unliebsam, unwillkommen, unangenehm, unhold, widrig, lästig**, ingrato (dem Apollo) Steropen quod fuderat arcu, VFlacc. 1, 446. quaecumque Latinae magnanimi Iovis ingratum (der Juno) ascendere cubile, Virg. A 12, 144. non ingrata tamen frustra munuscula divis promittens tacito suscepit vota labello, Catull. 64, 103. quod si meis inaestuet praecordiis libera bilis, ut haec ingrata ventis dividat fomenta volnus nil malum levantia, desinat imparibus certare summotus pudor, Hor. Epod. 11, 15 sqq. dulciaque ingratos adimant convivia somnos, Prop. 4, 9 (3, 10), 25. recipe ingratos adque exue cantus, VFlacc. 7, 492. non habet ingratos fabula nostra iocos, Ov. F. 3, 738. ingrato celeres obruit otio ventos ut caneret fera Nereus fata, Hor. Od. 1, 15, 3. ingrata misero vita ducenda est, Epod. 17, 63. ingratum tremuli tolle parentis onus, Catull. 68, 142. modum adhibuit (M. Tullius) non ingratae, nisi copia redundet, voluptati, Quint. 9, 3, 74. intravitque animum militaris gloriae cupido, ingrata temporibus, quibus sinistra erga eminentes interpretatio, Tac. Agr. 5. sed videt ingratos intabescitque videndo successus hominum, Ov. M. 2, 780. ne ipse tam tristis ingratique ad vulgus iudicii ac secundum iudicium supplicii auctor esset, Liv. 1, 26, 5. et interrogandi se ipsum et respondendi sibi solent esse non ingratae vices, Quint. 9, 2, 14. ingrato litigatori conspectum eius in foro vitanti per nomenclatorem missum ad eum „amas me" inquit „quod te non vidi?" 6, 3, 93; — si non est ingratum reapse quod feci bene, Pacuv. 26. sine quo (labore) cetera nuda, ieiuna, infirma, ingrata sint, Quint. 6, 2, 7. quippe ingrata quae tuta, ex temeritate spes, Tac. H. 3, 26. quaedam hebes, sordida, ieiuna, tristis, ingrata, vilis oratio est, Ggsß. iucunda, Quint. 8, 3, 49. quam miser est, cuius ingrata misericordia est, Syr. 397. frustraque laborem ingratum trahit, von e. ausgedienten Pferd, Virg. G. 3, 98. iuventus, quae in agris manuum mercede inopiam toleraverat, privatis atque publicis largitionibus excita urbanum otium ingrato labori praetulerat, Sall. C. 37, 7. ingrata vita est, cuius acceptae pudet, Sen. Med. 505. imperfecta tibi elapsa'st ingrataque vita, Lucr. 3, 958. sic mihi tarda fluunt ingrataque tempora, Hor. Ep. 1, 1, 23; cantharus ingratus suco, Ov. Hal. 105; — subst.: quid ego haec autem nequiquam ingrata revolvo, Virg. A. 2, 101. quotiens raucos ad litoris ictus deficiam Scythicum metuens pontumque polumque nec de te credam nostris ingrata serenis? VFlacc. 1, 330; — mit *Dat.*: hercle miserum est, ingratum esse homini id, quod tu facias bene, Plaut. Epid. 1, 2, 34. exitiabile id rei publicae, ingratum militi, Tac H. 2, 69. haec - laeti audivēre iuvenes, ingrata senioribus erant, Curt. 8, 4 (1), 27. ingrata oratio regi fuit, 4, 44 (11), 14. fuit haec oratio non ingrata Gallis, Caes. BG. 7, 30, 1. virtus porro ac ferocia subiectorum ingrata imperantibus, Tac. Agr. 31. ingratam Veneri pone superbiam, Hor. Od. 3, 10, 9. ingrata genti quies, Tac. G. 14; Pedanius Costa omittitur, ingratus principi ut adversus Neronem ausus et Verginii exstimulator, H. 2, 71. eo ipso ingratus, quamvis odium Vitellius vernilibus blanditiis velaret, 2, 59; — im *Superl.*: longe, non animis solum, sed etiam auribus est ingratissima (ὁμοιολογία), Quint. 8, 3, 52. — *Adv.*: sunt quibus **ingrate** timida indulgentia servit, Ov. AA. 2, 435. inseritur zmaragdis et quae vocatur tanos e Persis veniens gemma ingrate viridis atque intus sordida, Plin. 37, 5 (19), 74. — b) **keine Anerkennung -, keinen Dank bringend, dankbar**, daher **nichts einbringend, unnütz, nutzlos, vergeblich**, ubi fama volentem ingratis Phrygios humeris subiisse molares, Stat. Theb. 1, 699. ut tamen ingratos

in pectora (des Leichnams) fudit honores cet., Ov. M. 2, 626. cineri ingrato suprema ferebant, Virg. A. 6, 213. mirabatur haec solus Trimalchio dicebatque ingratum artificium esse, vom Seiltanzen, Petr. 53, 12. ingrati maiora sinus inpendia sument, Grat. Cyn. 53. Lepidus molem ad Tarracinam (confecit), ingratum opus, quod praedia habebat ibi privatamque publicae rei inpensam inseruerat, Liv. 40, 51, 2. illud notandum videtur, ut sciant homines, quae et quanta decora foeda cupiditas regni non ingrata solum sed invisa reddiderit, 6, 20, 5. ille iter ingratum, vanos deflere labores, Claud. in Eutr. 2, 191. i nunc ingratis offer te, invise, periclis, Virg. A. 7, 425. multa parata manent in longa aetate, Catulle, ex hoc ingrato gaudia amore tibi, Catull. 76, 5. avi cur atque parentis praeclaram ingrata stringat malus ingluvie rem, Hor. Sat. 1, 2, 7; — difficilem ostendes te esse et ignosces tamen post: et id ingratum, Ter. Heaut. 5, 1, 61. cur amplius addere quaeris, rursum quod pereat male et ingratum occidat omne, Lucr. 3, 941. quae ego si non profundere ac perdere videbor, omnibus meis viribus sustinebo: sin autem ingrata esse sentiam, non committam, ut tibi ipse insanire videar, Cic. Fam. 5, 5, 3. ingrata atque inrita esse omnia intelligo quae dedi et quod bene feci, Plaut. As. 1, 2, 10. non omnia pertusum quasi in vas commoda perfluxēre atque ingrata interiēre, Lucr. 3, 936. — *Adv.*: nunc pira vel mala - interlegenda sunt quaecunque vitiosa, ut sucus, qui **ingrate** his posset impendi, ad meliora vertatur, Pallad. 7, 5, 1.

2) von dem, der nicht zu erkennen gibt, daß ihm etw. Freude bringt od. willkommen ist, **undankbar, nicht erkenntlich**, vgl. zunächst: multa sunt genera ingratorum, ut furum —: ingratus est, qui beneficium accepisse se negat, quod accepit (so vgl. Quint. 7, 4, 37), ingratus est qui dissimulat, ingratus est qui non reddit, ingratissimus omnium, qui oblitus est, Sen. Ben. 3, 1, 3. u. quid sit ingratus nulla lex monstrat: saepe [et] qui reddidit quod accepit ingratus est et qui non reddidit gratus, 3, 7, 6. u. erunt homicidae, tyranni, fures, adulteri, raptores, sacrilegi, proditores: infra omnia ista ingratus est, nisi quod omnia ista ab ingrato animo sunt, sine quo vix ullum magnum facinus adcrevit, 1, 10, 4. und: duos ex constitutione Stoica accipe ingratos: alter est ingratus, quia stultus est: stultus etiam malus est, nullo vitio caret: ergo et ingratus est: — alter est ingratus, qui volgo dicitur, in hoc vitium natura propensus: illi ingrato, qui sic hac culpa non caret, quomodo nulla caret, dabit beneficium vir bonus: — huic ingrato, qui beneficiorum fraudator est et in hanc partem procubuit animo, non magis dabit beneficium, quam cet., 4, 26, 2 sq.; — *neben Subst.*: homo petulans et ingratus, Nep. Timol. 5, 1. dimisi a me, ut magistrum Ciceronum non lubenter, ut hominem ingratum non invitus, Cic. Att. 8, 10. quereris incidisse te in hominem ingratum, Sen. Ep. 11, 2, 1 (81). nil homine terra peius ingrato creat, Auson. Epigr. 140, 1. ex ingratorum hominum conspectu morte decedere, Nep. Timol. 1, 6. quae (dea) dedit ingrato fila legenda viro, Ov. F. 3, 461. ingrati referens impia facta viri, Tibull. 3, 6, 42. mox honor eripitur matronaque destinat omnis ingratos nulla prole novare viros, Ov. F. 1, 621. fusa venena silent, malus ingratusque maritus et quae cet., Juv. 3, 169. ingratos ante omnia pone sodales, 11, 192. Lycidan ingrata reliquit Phyllis amatque novum, Calp. 3, 8. cum invidiae ingratorum civium cessisset, Nep. Cim. 3, 2. odio ingratae civitatis, Timoth. 3, 4. u. so: urbs, Virg. Ecl. 1, 34. patria, Juv. 14, 164. Cic. Am. 12, 42. tellus, Sen. Herc. Oet. 631. u. orbis, 1332. scire velis, mea cur ingratus opuscula lector laudet ametque domi, premat extra limen iniquus, Hor. Ep. 1, 19, 35; ingratum caput! Sen. Med. 466. animi ingratam naturam pascere semper atque explere bonis rebus satiareque numquam, Lucr. 3, 1003; omnia quae ingratae perierunt credita menti, Catull. 76, 9. ingrati animi crimen horreo, Cic. Att. 9, 2ª, 2. inter plurima maximaque vitia nullum esse frequentius quam ingrati animi, Sen. Ben. 1, 1, 2; — terras tamen increpat omnes (Ceres) ingratasque vocat nec frugum munere dignas, Ov. M. 5, 474. non ingratus ager, focus perennis, Mart. 10, 47, 4. qui (bos) domini cultris tenue et miserabile collum praebet ab ingrato iam fastiditus aratro, Juv. 10, 269. solvite ingratas rates per nostra ituri maria, Sen. Troad. 196. testamenta primipilarium - ut ingrata rescidit, Suet. Cal. 38. nulla erit - tam ingrata fama, quae non in coelum vos debitis laudibus ferat, Curt. 5, 24 (8), 10. omnia sunt ingrata, nihil fecisse benigne, Catull. 73, 3; — als *Praedic.*: ingrata es, inquit (sagt d. Wolf zum Kranich), ore quae nostro caput incolume abstuleris et mercedem postules, Phaedr. 1, 8, 11. ingrati esse vitemus non aliena causa, sed nostra, Sen. Ep. 11, 2, 22 (81). vituperare quisquam vitae parentem et hoc parricidio se inquinare audet et tam impie ingratus esse, ut eam accuset, quam vereri deberet? Cic. Tusc. 5, 3, 6. si permanerent in fide reges, praesidiis eos nostris esse tutos, si essent ingrati, posse isdem praesidiis coerceri, Auct. BAl. 33, 5. ne aut ingratus in referenda gratia aut arrogans in praeripiendo populi beneficio videretur, Caes. BC. 3, 1, 6. egon', qui mortuom me reducem in lucem feceris, sinam sine munere a me abire? ah nimium me ingratum putas, Ter. Hec. 5, 4, 13. u. vgl. Andr. 1, 5, 43. quis memor vivet tui, o gnate, populus? omne iam ingratum est genus, Sen. Herc. Oet. 1811. non fuit tam ingratus exercitus, quam fuerat senatus, Vell. 2, 62, 5. — *Subst.*: ingrate ac perfide, Juv. 9, 82. cum praesertim bonos homines bonasque causas tueri non sit metuendus ingratus, Quint. 12, 7, 11. perire bene meritis referentem gratiam, quam ingratum vivere (satius duxit), Nep. Eum. 6, 3. est aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas, Ov. Her. 12, 21. nullus succurrere contra ingrato queat, VFlacc. 7, 506. ingrati non subiturus onus, Claud. Epist. 4, 11; de ingratis etiam ingrati queruntur, Sen. Ben. 3, 1, 1. haec seges ingratos tulit et feret omnibus annis, Hor. Ep. 1,

7, 21. ingratos et de quibus patroni quererentur revocavit in servitutem, Suet. Claud. 25. est tanti, ut gratam invenias, experiri et ingratos, Sen. Ep. 11, 2, 2 (81). quae porro amicitia potest esse inter ingratos? Cic. Planc. 33, 80. incautus ab ingratis occupatus est, Vell. 2, 57, 1. non est autem quod tardiores faciat ad bene merendum turba ingratorum, und: quae (beneficia) si quis non dat, quia non recipit, dedit ut reciperet bonamque ingratorum facit causam, quibus turpe est reddere, si licet, Sen. Ben. 1, 1, 9. u. 10; — mit *Dat.* od. *in* u. *Acc.*: numen qui violarint matris et ingrati genitoribu' sint inventi, Lucr. 2, 614. in quo potes me dicere ingratum? an de interitu rei publicae queri non debui, ne in te ingratus viderer? Cic. Phil. 2, 3, 6. ut ingratorum in principem testamenta ad fiscum pertinerent, Suet. Ner. 32; — mit *Gen.* od. *Abl.*: respicit ignarus rerum ingratusque salutis, Virg. A. 10, 666; Iulianus sperans Laetum fautorem Severi, cum per eum Commodi manus evasisset, ingratus tanto beneficio iussit eum occidi, Spart. Did. Iulian. 6. ne beneficiis tuis viderer ingratus, Censorin. d. nat. 1, 8; — im *comp.*: nihil cognovi ingratius, in quo vitio nihil mali non inest, Cic. Att. 8, 4, 2; im *superl.*: ingratissimi cives, Curt. 10, 10 (2), 27. u. omnem spem, quam ex vobis conceperam, damno, nec ut cum militibus meis - sed cum ingratissimis operis agere decrevi, §. 21. postquam domuerat ingratissimos hominum, Flor. 1, 40 (3, 5), 10. iam et Dolabella in Asia C. Trebonium - fraude deceptum Smyrnae occiderat, virum *adversus* merita Caesaris ingratissimum, Vell. 2, 69, 1. — *Adv.*: immoderate quidam et **ingrate** nostra facilitate abutuntur, Cic. Fam. 12, 1, 2. quamvis ingrate et impie necessitudinis nomen repudiaretis, tamen inimicitias hominum more gerere poteratis, Deiot. 11, 30. Valens infensus Galbae tamquam detectam a se Verginii cunctationem, oppressa Capitonis consilia ingr. tulisset, Tac. H. 1, 52. quae si quis ullo forte ab homine excogitari potuisse credit, ingr. deorum munera intellegit, Plin. 27, 2 (2), 7.

ingrăvāte, *Adv.*, **ohne sich beschwert zu fühlen, willig, gern,** obsecundabant imperiis ingr., Amm. 17, 10, 10. quinquagenarias longioresque materias vexere cervicibus ingr., 18, 2, 6.

ingrăvātio, ōnis, *f.*, **die Beschwerung, Last,** perpetuae ingravationi addici, Cod. Theod. 7, 13, 7.

ingrăvesco, ĕre, **anfangen schwerer zu werden, an Schwere zunehmen, von Schwere gedrückt -, niedergehalten werden,** 1) eig. u. bildl.: insigne de eo (sale) proditur, quod levissimus intra specus suos in lucem universam prolatus vix credibili pondere ingravescat, Plin. 31, 7 (39), 79. atque alias alii conplent magis ex aliisque succipiunt aliae pondus magis inque gravescunt, Lucr. 4, 1249. et corpora quidem exercitationum defatigatione ingravescunt, animi autem exercendo levantur, Cic. Sen. 11, 36. u. so bildl.: quippe confitenti (cladem) consultantique superant spes viresque: cum e contrario laeta omnia fingeret, falsis ingravescebat, wurde er niedergehalten, an freier Bewegung gehindert, Tac. H. 3, 54. — 2) übtr. a) an Schwere, Gewicht, Einfluß zunehmen, **beschwerlicher -, lästiger -, drückender -, schwieriger -, heftiger werden,** nunc quia respirant (venti) alternis inque gravescunt et quasi collecti redeunt ceduntque repulsi, saepius hanc ob rem minitatur terra ruinas quam facit, Lucr. 6, 570; hoc (philosophiae) studium cotidie ingravescit, Cic. Fam. 4, 4, 4; — ut aetas nostra iam ingravescens in amore atque in adolescentia tua conquiescat, Cic. Fam. 2, 1, 2. quibus facillime rationibus ingravescentem aetatem ferre possimus, Sen. 2, 6. aevo ingravescente od. ingr. aevo, Spart. Ael. Ver. 2. Eutr. 9, 27; — ingravescente in dies valetudine - festinanter revocavit filium, Vell. 2, 123, 2. u. so Spart. Hadr. 23. morbus ingravescens, Cic. Phil. 9, 1, 2. medicus morbum ingravescentem ratione providet, Div. 2, 6, 15. u. bildl.: hic morbus, qui est in re publica, relevatus istius poena vehementius reliquis vivis ingravescet, Cat. 1, 13, 31. ingravescente vi morbi, Suet. Tib. 73. cum - Tiberius propter assiduam et ingravescentem tussim medicamento usus esset, Cal. 23. u. so v. Pers.: illa, ut in periculo credula, poscit codicillos, legatum Regulo scribit: mox ingravescit (wird sie kränker): clamat moriens hominem nequam, Plin. Ep. 2, 20, 5. und von einer Halle: ad hoc patentibus fenestris favonios accipit transmittitque nec umquam aëre pigro et manente ingravescit, beschwerlich -, ungesund werden, 2, 17, 19; ingravescit enim in dies malum intestinum, Cic. ad Brut. 1, 10, 1. avertit ab eis curis senatum Etruriae ingravescens bellum, Liv. 10, 21, 11. his - omnibus annona crevit, quae fere res non solum inopia praesentis, sed etiam futuri temporis timore ingravescere consuevit, Caes. BC. 1, 52, 1. quum ingravesceret annona, Cic. Dom. 5, 11. ob famem ingravescentem, Suet. Aug. 16. ingravescente post haec altius cura, Amm. 30, 2, 4; — v. Personen: alter ardet furore et scelere nec remittit aliquid, sed in dies ingravescit, Cic. Att. 10, 4, 2. milites - cotidie ingravescebant, wurden schwieriger, Capitol. Max. et Balb. 13.

ingrăvĭdo, ātum, are, **beschweren,** ingravidat coëuntes, schwängern, PNol. 24, 253. u. übtr.: pectus meum ingravidatum curis mordacissimis, Augustin. Conf. 7, 5.

ingrăvo, ātum, āre, **schwerer machen, beschweren, drückender -, schlimmer -, ärger machen,** a) eig.: puppemque alternus utrimque ingravat et medias ardet descendere in undas, Stat. Theb. 5, 400. — b) übtr.: quidam etiam ingravatas aures sic perluendas putant, schwerhörig, Plin. 28, 11 (48), 174; — illa (coniugis imago) meos casus ingravat, illa levat, Ov. Tr. 3, 4, 60; — ingravat haec saevos Drances, ärger machen, Virg. A. 11, 220 u. vgl.: ingravat ad caelum sublatis Scipio palmis, beschwerend sich äußern, klagen, Sil. 4, 669; — *abs.*: languere coepit annis ingravantibus, Phaedr. 5, 10, 3. si non saevitia hiemis ingravat, Plin. 19, 8 (51), 166.

ingrĕdior, gressus sum, grĕdi, I) *intr.*, 1) **in etw. hinein od. überh. wohin schreiten, - treten, - ge-**

iniĭcio od. **inĭcio**, ieci, iectum, iĭcĕre od. ĭcĕre (ĭnĭcio, ĭnĭcis, ĭnĭcit u. s. w., ist so gut wie obicio, subicio zu lesen: injicio injicis, injicit und die erste Sylbe zu dehnen, vgl. Gell. 4, 17, *perf.*: iniexit = iniecerit, Plaut. Pers. 1, 2, 17), I) **hineinwerfen, -schleudern, -stürzen, einwerfen, -schlagen, überh. entgegenwerfen, -schleudern, hin-, zuwerfen, übtr. theils im Allg., hineinschleudern, -stürzen, -jagen, hinein- od. in etw. versetzen, hinwerfen, -halten, ein-, entgegenhalten, theils bes. einjagen, mit Nachdruck od. mit Gewalt u. dgl., einflößen, an-, beibringen, veranlassen, erregen,** 1) eig.: sese medium iniecit periturus *in* agmen, Virg. A. 2, 408. audieram et legeram clarissimos nostrae civitatis viros se in medios hostes ad perspicuam mortem pro salute exercitus iniecisse, Cic. Dom. 24, 64. quae sese in ignem inicere voluit, prohibui, Ter. Andr. 1, 1, 113; — diras - *ad* fastigia taedas iniciunt adduntque rogos, VFlacc. 2, 235; — mit *Dat.*: arsuras adversa fronde cupressus faucibus iniecit mediis, Claud. Rapt. Pros. 3, 393. et Capitolinis iniecit sedibus ignes, Cic. poët. Div. 1, 12, 19. primus rex ignem regiae iniecit, Curt. 5, 22 (7), 5. captis (castris) - iniecit Acilius ignem, Liv. 40, 31, 9. accenso regis Lysimachi rogo iniecit se flammae, Plin. 8, 40 (61), 143. detractam sibi atque discissam (vestem) iniecēre flammae, Suet. Caes. 84; Lucullus - profusae huius in aedificiis convictibusque et apparatibus luxuriae primus auctor fuit, quem ob iniectas moles mari et receptum suffossis montibus in terras mare haud infacete M. Pompeius Xerxen togatum vocare assueverat, Vell. 2, 33, 4; — *absol.*: commisce mulsum: struthea coluteaque adpara, bene ut in scutris concaleant, et calamum iniice! Plaut. Pers. 1, 3, 7. latitudo vomeris caespites versat: semen protinus iniciunt cratesque dentatas supertrahunt, Plin. 18, 18 (48), 173. fulgore . . . praefervido ardor iniectus Iunonis e dextra ingenti incidit, Att. 652. tunc undique ignis iniectus cuncta comprehendit, Curt. 6, 23 (6), 30. quum in Palatio mea domus ardebat, non casu aliquo, sed ignibus iniectis instigante te, Cic. Pis. 11, 26. quem dudum non ulla iniecta movebant tela, Virg. A. 2, 726; extraque vestibulum me iniecta manu duxit, die Hand geben, reichen, Petron. 133, 4. iniecta manu ut adsurgat enitar, Apul. M. 1, 6. iniecta manu me renitentem - secum attraxit, 3, 10. manu pistori clementer iniecta, 9, 30. manu firmiter iniecta Milo - producit ad lavacrum proximum, 3, 12. iniecta dextera clementer me trahere adoritur, 1, 26; — quantula priva queant nobis iniecta ciere corpora sensiferos motus in corpore, Lucr. 3, 378. quilibet ex via pulvis iniectus, Cels. 3, 19.

2) übtr. a) im Allg.: si immensam et interminatam in omnes partes magnitudinem regionum videretis, *in* quam se iniiciens animus et intendens ita late longeque peregrinatur, ut cet., Cic. ND. 1, 20, 54. atque in hanc flammam recentem tum C. Iunium, qui illi quaestioni praefuerat, iniectum esse, Cluent. 29, 79. in morbum inici, Caecil. 262. in horunc familiam hodie frustrationem iniciam maxumam, Plaut. Amph. 3, 1, 15; — mit *Dat.* od. *absol.*: seseque haut nescia morti inicit (fera), Virg. A. 9, 553. nova sontibus arma iniciam regnis totumque a stirpe revellam exitiale genus, Stat. Theb. 1, 241. iniecta est fax foeda ac luctuosa rei publicae, Cic. Har. resp. 21, 45. vim esse factam, cui periculum mortis sit iniectum, Cic. Caecin. 29, 83; Liber pater ei caliginem iniecit, Hygin. fab. 2; — dives et praepotens naturae regnum scrutatus iniciam stilum, qua nostrae urbis, qua ceterarum gentium priscis ac memorabilibus institutis, VMax. 2, 1. *in.*; continuo iniecisse verba tibi Dromeonem scilicet, Ter. Heaut. 5, 1, 19. mentio si qua de Capitolini furtis iniecta Petilli te coram fuerit, Hor. Sat. 1, 4, 94. sed homo ad caedem imminens meum nomen operis ediderat, imperitis iniecerat, Cic. Dom. 6, 14. qui quum mihi in sermone iniecisset se velle Asiam visere, non modo cet., Fam. 12, 16, 2. Bruto quum saepe iniecissem de ὁμοπλοίᾳ, non perinde atque ego putaram adripere visus est, Att. 16, 5, 3. an vero id, quod Hortensium, quia nuper iniecit et quia Naevius id semper clamitat, dicturum arbitror, non fuisse Naevio parem certationem cum Alfeno illo tempore -? Quinct. 21, 68.

b) insbes., mit *Dat.* od. *absol.*: videmus hominibus inspiratam velut aurigam rectricemque membrorum animam sensusque iniectos ad ea discernenda, quae tactu quaeque naribus auribusque et oculis indagantur, Col. 3, 10, 9. cui primum mentem iniecit, ut vi irritare ferroque lacessere fortissimum virum auderet, Cic. Mil. 31, 84. quod si ista nobis cogitatio de triumpho iniecta non esset, cet., Att. 7, 3, 2. iniecta'st spes patri posse illam extrudi, Ter. Phorm. 4, 4, 10. a magistratibus de re nova vocato senatu mutatio animis iniecta est, ut cet., Liv. 5, 27, 10. magno studio hominibus iniecto, Suet. Rhet. 1. multo maior alacritas studiumque pugnandi maius exercitui iniectum est, Caes. BG. 1, 46, 4. tantum ardorem militibus iniecit, ut cet., Justin. 3, 5, 10. ad iniiciendum voluptatem his praefecturae, honore aliquo habendi sunt, Varr. RR.

1, 17, 6. iniecta est illi divitiarum cupiditas, Phaedr. 1, 29, 5. strenuo alioquin cupiditatem consequendi transfuga iniecerat, Curt. 5, 36 (13), 12. quantam perturbationem rerum urbanarum adferat obitus consulum quantamque cupiditatem hominibus iniiciat vacuitas, non te fugit, Cic. Fam. 11, 10, 2. petit a Venere, ut Medeae amorem iniiceret, Hygin. fab. 22. ut cuivis iniiceret admirationem sui, Nep. Iphicr. 3, 1. qui furor dicitur ei inter delenimenta Marciae iniectus, Lamprid. Commod. 8. prior uxor eius accusata iniecisse carminibus et veneficiis vecordiam marito, Tac. A. 4, 22. insania a Minerva iniecta, Hygin. Poet. astr. 2, 13. puellis iniiciat curam quaerendi singula, quali sit facie cet., Hor. Sat. 1, 6, 31. itaque adeo magnam mi inicit sua commoditate curam, Ter. Ad. 4, 5, 76. affirmatio Pori multiplicem animo regis iniecerat curam, Curt. 9, 8 (2), 8. iniecerat curam, ne in omen verteretur irritum inceptum, 3, 2 (1), 17. suspicionem iniiciant hostibus, his locis esse castra, Nep. Eum. 9, 4. quum tanta consilii infamia et tam atrocis rei suspicio esset iniecta, Cic Cluent. 38, 106. tenuissima suspicione praedonum aut hostium iniecta, Agr. 2, 29, 80. timet: inieci scrupulum homini, Ter. Ad. 2, 2, 20. hic tum iniectus est hominibus scrupulus et quaedam dubitatio, quidnam esset actum, Cic. Cluent. 28, 76. inieci scrupulum, Ter. Phorm. 5, 7 (8), 61. non mediocri scrupulo iniecto, Suet. Claud. 37. quum - Cotta decemviris religionem iniecisset non posse nostrum sacramentum iustum iudicari, Cic. Caecin. 33, 97. litterae T. Quincti cunctationem iniecerunt, quibus auctor erat praetorem classemque Romanam expectandi, Liv. 35, 25, 5. metum et fugam perduellibus meis [iniciam] med ut sciant quo sim genere natus, Plaut. Pseud. 2, 1, 15. quo audito his ex dolore metus et illis ex gaudio stupor inicitur, Justin. 6, 7, 12. non per illum omnibus pecuniosis Siculis metum propositum et iniectum, Cic. II. Verr. 5, 9, 24. tantum metum iniecit asperiora suadentibus, Suet. Caes. 14. L. Lucullo liberius resistenti tantum calumniarum metum iniecit, ut cet., 20 excidio Uspensium metus ceteris iniectus, Tac. A. 12, 17. quibus ostentatione virium metum se inicere existimabat, Justin. 25, 1, 7. eo (quo) metu iniecto, Cic. II. QFratr. 1, 3. Suet. Cal. 38. quod factum omnibus maximum timorem iniecit, Nep. Dion. 7, 1. magnus multitudini timor est iniectus, Alc. 3, 3. quibus rebus qui timor bonis omnibus iniectus sit quantaque desperatio rei publicae - nolite a me commoneri velle, Cic. Mur. 25, 50. diuque tenuisset (proelium), ni cruenta scuta Romanorum visa indicium alterius cladis Poenis atque inde pavorem iniecissent, hic terror in fugam avertit omnes, Liv. 25, 39, 10. iste - formidinem illam suam Agyrinensibus miseris iniiciebat, Cic. II. Verr. 3, 28, 68, magnum - nostris terrorem iniecit, Caes. BC. 3, 23, 2. u. so Cic. Prov. cons. 18, 43. Nep. Hann. 5, 2. Liv. 27, 39, 12. inprovisa res ingentem iniecit terrorem, Liv. 27, 32, 3. magnum beluae iniecēre terrorem, Curt. 8, 49 (14), 23. terrore iniecto, Liv. 5, 28, 7. [mortis sibi terrore iniecto] horrescunt, Pacuv. 359. b. Cic. Fin. 5, 11, 31. tum iniecta trepidatio est, cum resistendi spes nulla esset, Liv. 44, 28, 11. ne - temere a me tantus tumultus iniectus civitati videretur, Cic. Cat. 3, 3, 7. quidam et a Cenomanis terga repente in ipso certamine adgressis tumultum ancipitem iniectum auctores sunt, Liv. 32, 30, 11. u. vgl. 37, 30, 10. vultis hoc certamen uxoribus vestris inicere, Quirites, ut divites id habere velint, quod nulla alia possit, 34, 4, 15. senatu inde misso pro se quisque aurum argentum et aes in publicum conferunt tanto certamine iniecto, ut cet., 26, 36, 11. quae (comitia) certamine inter tribunos dictatoremque iniecto perfici non potuerunt, 27, 6, 2. iniecta contentione Duillius consules - cum interrogasset, quid de comitiis consularibus in animo haberent, cet., 3, 64, 6. hostium potius exercitibus illum furorem, illam discordiam inicerent orabat, Tac. H. 3, 10. immixtusque castris hostium de industria, imprudenter rixam iniiciens interemptus est, Vell. 1, 2, 1.

II) **darauf-, darüberwerfen, -schleudern, -schütten, über-, umwerfen, auf-, über-, um etw. werfen, kräftig od. gewaltsam auf-, über etw. legen, strömen od. geben lassen u. dgl.**, 1) im Allg., eig. u. bildl., neben *super* od. *Adv.*: mota dea est spissisque ferens e nubibus unam me super iniecit, Ov. M. 5, 621. opus super immaturum funus consumpturis viscera mea flammis iniicere, Quint. 6. pr. 3. se interfectum in plaustrum a caupone esse coniectum et supra stercus iniectum, Cic. Div. 1, 27, 57. eo super tigna bipedalia iniciunt eaque laminis clavisque religant, Caes. BC. 2, 10, 3. deprensis navibus celeriterque coniunctis atque eo militibus iniectis - sine contentione oppido potitur, BG. 7, 58, 4; — iniecta *in* puppem hostium dextera et abscisa, Suet. Caes. 68. tragulam in te iniicere adornat! nescio quam fabricam facit, Plaut. Epid. 5, 2, 25. funditores sagittariique concita tela in elephantos frequentes iniciunt, Auct. BAfr. 83, 2. soleas mihi duce, pallium iniice, Archylis, in med huc, Plaut. Truc. 2, 5 (3), 26. Marius - iniecto in collum loro in carcerem Minturnensium iussu duumviri perductus est, Vell. 2, 19, 2; — mit *Dat.* od. *absol.*, Erde, Material, Blumen, Wasser u. dgl.: tu mihi terram inice, Virg. A. 6, 366. nec terram inicere neque cruenta convestire corpora mihi licuit nec miserae lavere lacrimae salsum sanguinem, Enn. trag. 167. neque iniecta tumulabor mortua terra, Catull. 64, 153. licebit iniecto ter pulvere curras, Hor. Od. 1, 28, 36. u. vgl. umgekehrt dicht.: sed subitis victus telis labentia membra prostravit super atque iniecta morte (v. Sterbenden) tegebat, Sil. 6, 31. pede pulverem iniecit, Hygin. Poet. astr. 2, 13. iniecta monstris Terra dolet suis, Hor. Od. 3, 4, 73. u. vgl.: iamque Giganteis iniectam faucibus Aetnen liquerat, Ov. M. 14, 1. u. iniectam fesso dum pectore molem commovet experiens gemituque reponit inani (Typhon), VFlacc. 2, 32. saxo pilae, quae totum onus sustinent, instructae sunt, super pilas lapide quadrato solum

stratum est, patiens terrae, quam altam iniiciunt, et humoris, quo rigant terras, Curt. 5, 5 (1), 33. u. vgl. 4, 12 (3), 7. proiectis iis (arboribus) repentinoque aggere iniecto flumen transierunt, Auct. BAl. 29, 4. quorum corporibus cum impleta fossa esset, velut aggere aut ponte iniecto transitum hostibus dedit, Liv. 26, 6, 2; haec directa materia iniecta contexebantur, Caes. BG. 4, 17, 8. impositae erant trabes validae, quibus iniecta tabulata muros et tegebant et pervios fecerant, Curt. 8, 37 (10), 26; latet iniecta splendida mensa rosa, Ov. F. 5, 336. inde per iniectis adopertam floribus ingens serpit humum, M. 15, 688; mira dehinc cernit: surgentis mole profundi iniectum terris subitum mare nullaque circa litora et infusos stagnantes aequore campos, Sil. 3, 46. vorticibus torquet rapidis mare fractaque anhelant aequora et iniecto conduntur gurgite montes, 1, 593. aquae marinae quam vetustissimae, si erit, si minus ad tertiam partem recentis aquae marinae decoctae congios duos iniicito, Col. 12, 22, 2; — Kleider u. dgl.: multa vestimenta corpori iniecta, Cels. 4, 11 (5). eis vestem perperam iniecerat, Hygin. fab. 1. iniecta lateant fac tibi veste pedes, Ov. AA. 3, 266. ut cunctanti squalor ablutus est et iniecta vestis purpura auroque distincta et fides a iurantibus facta, serio iam rex - in regiam pervenit, Curt. 4, 4 (1), 23. eique (Iovi) laneum pallium iniecit, quum id esse [aptum] ad omne anni tempus diceret, Cic. ND. 3, 34, 83. prome, quod inicias humeris victoribus, ostrum, Ov. Pont. 3, 4, 101. atque ita mi iniecto dixerunt rursus amictu: i nunc et noctes disce manere domi, Prop. 3, 27 (2, 29), 21. galeam dilectaque cingula regi inicit, VFlacc. 3, 342. fulgentia pingui murice suspirans inicit velamina et auro intextam chlamydem, Sil. 10, 569. ut terra tecta esset stramentis neque huc amplius quam pellis esset iniecta, Nep. Ages. 8, 2. tu tamen iniecta tectus, vesane, lacerna potabis galea fessus Araxis aquam, Prop. 4, 11 (3, 12), 7. in componenda toga vel etiam ex integro iniicienda duntaxat in iudiciis paulum commorandum, Quint. 11, 3, 156. spirantique adhuc detrahi anulum et pulvinum iussit inici, Suet. Cal. 12; vgl. noch d. Verbindungen: raptim tunicas iniectus, Apul. M. 9, 20. u. vgl. 11, 10. iuvenem quempiam linteis amiculis iniectum - producit in medium, 2, 28. mitellis et crocotis et carbasinis et bombycinis iniecti, 8, 27; iniectos humeris siccantem sole capillos, Ov. M. 11, 770; — Arme, Fesseln, Waffen u. dgl.: ardentibus focis inicit manum, Flor. 1, 4 (10), 5. intus emortuo corpori manus iniecta protinus habitum eius sentit, Cels. 7, 29. inicit Aesonides dextram atque ardentia mittit cornua, dein totis propendens viribus haeret, VFlacc. 7, 587. quamvis candida milies puella euntem revocet manusque collo ambas iniiciens roget morari, Catull. 35, 8. u. vgl.: vidi ego te toto vinctum languescere collo et flere iniectis, Galle, diu manibus, Prop. 1, 13, 15. ibat, ut iniceret sperato bracchia collo, Ov. M. 3, 389. summo digitorum vincula collo inicit, 9, 77. qua (tempestate) centum quisque parabat inicere anguipedum captivo brachia caelo, 1, 183. iniecto cervicibus laqueo, Suet. Vit. 17. inicite manicas [actutum] huic mastigiae, Plaut. Capt. 3, 5, 1. et inieci catenas Arminio et a factione eius iniectas perpessus sum, Tac. A. 1, 58. iste hominibus miseris innocentibus iniici catenas imperat, Cic. II. Verr. 5, 41, 106. u. vgl. so Liv. 1, 58, 8. Tac. H. 4, 13. Curt. 4, 24 (5), 21. 6, 31 (8), 22. u. dicht.: iniectus Spartanis colla catenis Regulus, Sil. 4, 359. vincla Caecinae iniciunt, Tac. H. 3, 14. recte invictus (appellabitur), cuius etiam si corpus constringatur, animo tamen vincula iniici nulla possint, Cic. Fin. 3, 22, 76. u. vgl. Virg. Ecl. 6, 19. nec quisquam ferme est purgatus vinculumque ingens immodicae cupiditatis iniectum est, näml. possessoribus, wenn nicht cupiditati zu lesen ist, Liv. 10, 13, 14. ordinem rectum evaganti frena licentiae iniecit, Hor. Od. 4, 15, 9. iniecta manu ferrea et retenta utraque nave diversi pugnabant, Caes. BC. 1, 58, 4. u. so Liv. 30, 10, 17. 37, 30, 10. ferreae quoque manus - quas operibus hostium iniicerent, Curt. 4, 9 (2), 12. manus ferreas et alia adnexu idonea inicere, Sall. H. 3, 21. multis telis iniectis complures vulneribus adfecēre, Auct. BHisp. 23, 2. ingentem hi vim telorum iniecere et elephantibus et regentibus, Curt. 8, 49 (14), 25; quam te securim putas iniecisse petitioni tuae, quum cet., Cic. Mur. 24, 48. u. ex omnibus illa plaga est iniecta petitioni tuae non tacente me maxima, 23, 48; — Lebende: tritum iter ad pabula speculatus (draco) ab excelsa se arbore inicit (elephanto), Plin. 8, 12 (12), 33. raptus ab suis atque alteri equo iniectus fugit, Liv. 27, 32, 6.

2) insbes. a) jurist.: manum iniicere, mit *Dat.*, die Hand auf etw. legen, um es als Eigenthum in Anspruch zu nehmen, an etw. sein Eigenthumsrecht geltend machen, eig. u. bildl., dann überh. = Hand an Jmdn. (od. etw.) legen, um sich seiner Person zu versichern, sie zurückzuhalten, von etw. abzuhalten u. dgl., als Zeichen der Gewalt: iniciam dominas in mea iura manus, Ov. Am. 2, 4, 30. inice non timidas in tua iura manus, Her. 8, 16. atque etiam in ea lege adscribere est: ubi quadruplator quempiam iniexit manum, tantidem ille illi rursus iniiciat manum et aequa parte prodeant ad treviros, Plaut. Pers. 1, 2, 17. post id ego te manum iniiciam quadrupli, venefica, subpostrix puerûm, Truc. 4, 2, 49. inspectis diligentius signis iniecit utramque laciniae manum magnaque vociferatione „latrones: tenete" clamavit, Petron. 14, 5. oscula si dederis, fiam manifestus amator et dicam „mea sunt" iniciamque manum, Ov. Am. 1, 4, 39. quem Venus iniecta vindicat alma manu, F. 4, 90. vix me continui, quin sic laniata capillos clamarem „meus est" inicerernque manus, Her. 12, 157; — ad expoliandum corpus, qui vulneraverat, alacer gaudio accurrit: quem ut iniicere corpori suo manus sensit - linquentem revocavit animum, Curt. 9, 20 (5), 11. u. vgl. 8, 23 (6), 21. 10, 5 (1), 37. inicio ego phrenetico manum, Petr. 115, 5. u. vgl. 8, 4. ne male dispari (Tyn-

daridi) incontinentes iniciat manus, Hor. Od. 1, 17, 25. iniecta manu depulit rostris (Gracchus C. Octavium), Flor. 2, 2 (3, 14), 5. iniciuntque manus puerumque revellere pugnant, Ov. F. 6, 515. iniecique manum fortemque ad fortia misi, M. 13, 170. quae digredientium a tanto viro omnium lacrimae, quam paene ei patria manum iniecerit, iusto servemus operi, Vell. 2, 99, 3. ipsa mihi veritas manum iniecit et paullisper consistere et commorari cogit, Cic. QRosc. 16, 48. secutus deinde est consulatus C. Caesaris, qui scribenti manum iniicit et quamlibet festinantem in se morari cogit, Vell. 2, 41, 1. iniecta manu detinebant penes se publicum defensorem, Amm. 18, 6, 2. illum cunctantem adhuc surgere, qui proximi ei cubuerant, iniectis manibus iurgantes monentesque conabantur abducere, Curt. 8, 5 (1), 40. animus quidem ipse sacer et aeternus est et cui non possit inici manus, Sen. Cons. ad Helv. 11, 7. quanta est gloria genti, iniecisse manum fatis, Lucan. 3, 242. u. dagegen: ut senior leto canentia lumina solvit, iniecere manum Parcae telisque sacrarunt Evandri, Virg. A. 10, 418; dicht.: illa avidas iniecta manus heu sera cientem auxilia et magni referentem nomen amici detrahit, VFlacc. 3, 562; vgl. noch: nam certo scio nunc febrim tibi esse, quia non licet huc inicere ungulas, Plaut. Pseud. 2, 2, 47. — b) medicin.: super has (fascias) iniiciendum latiore linteo ceratum est, quod eas contineat, Cels. 8, 10, 1; ac super quoque recte quaedam malagmata iniiciuntur, 4, 17 (10). supraque farina hordeacea iniicitur, 5, 18, 4. supraque iniicienda spongia est in acetum ante demissa, 5, 28, 12; — quae (emplastra) cruentis protinus vulneribus iniiciuntur, 5, 19. protinus emplastrum iniiciendum, 5, 27, 1. medicamentum iniicitur, 6, 15. si ulcus aequale est, ceratum ex rosa iniiciendum est adiiciendusque ei pulvis ex contrita testa cet., 5, 28, 2. duobus linis iniicienda est (sutura), und: prius interiori membranae sutura iniicienda est sic, ut cet., und: dein glutinantia sunt iniicienda, 7, 16. fibula oris cutis iniicienda est, 7, 4, 1. u. vgl. 7, 22. 5, 26, 23. quae (mitella) latitudine ipsi brachio, perangustis capitibus iniicitur, 8, 10, 3. unum aut alterum linamentum iniiciendum, 8, 4. qui (uncus) vel oculo vel auri vel ori, interdum etiam fronti recte iniicitur, und: uncus alae iniiciendus, 7, 29. semel iniecta (fascia), 5, 26, 24. iniectum vinculum, 5, 26, 23.

ĭnĭmīcālis, e, feindlich, stimuli, Sidon. Ep. 1, 3.

ĭnĭmīce u. **ĭnĭmīciter**, *Adv.*, s. inimicus.

ĭnĭmīcĭtia, ae, *f.*, die Feindschaft, feindselige Stimmung, - Gesinnung, im Plur. Feindschaft, feindliches Verhalten, - Benehmen, feindliche Haltung, Feindseligkeiten (Ggsz. amicitia), mit subj. u. object. Genitiv. (vgl.: inimicitiam - quae ratio est, quamobrem C. Caesar vel dictam esse a veteribus vel dicendam a nobis non putat? Gell. 19, 8, 6. u. vgl. §. 3 sq. mit Berufung auf die nachher angeführte Stelle des Ennius; u. so als plurale tantum genannt b. Charis. p. 33, 15. u. Exc. p. 549, 14. Diom. p. 328, 1., aber als Sing. mit Berufung auf Attius, Charis. p. 96, 7.), im *Singul.* archaist. od. als Abstractum: eo ego ingenio natus sum: aeque inimicitiam atque amicitiam in frontem promptam gero, Enn. trag. 7. haut doctis dictis certantes sed maledictis miscent inter se inimicitiam agitantes, 274. set cesso inimicitiam integrare? Pacuv. 111. cumque eo reveni ex inimicitia in gratiam, Plaut. Stich. 3, 1, 8. dolo malo autem videtur hoc facere, si evidens arguatur eius vel gratia vel inimicitia vel sordes, Ulp. Dig. 5, 1, 15. u. vgl. die philos. Definition: quae autem libidini subiecta sunt, ea sic definiunt, ut - inimicitia (sit) ira ulciscendi tempus observans, Cic. Tusc. 4, 9, 21. — Im *Plural.*, mit *Attrib.*: veteres, Caes. BC. 1, 3, 4. BG. 6, 12, 7. insitae, Cic. Font. 15, 33 (11, 23). nobiles, bekannte, Liv. 27, 35, 7. 40, 45, 7. nobilissimae, 39, 4, 8. paternae, 44, 25, 1. privatae, Caes. BC. 3, 16, 3. Tac. A. 3, 12. alienae, Cic. Fam. 5, 4, 2. graves, Ter. Phorm. 2, 3, 23. Cic. DiC. 20, 66. Fam. 2, 18, 2. Sall. C. 49, 2. Vell. 2, 45, 1. Quint. 6, 3, 34. graviores, Cic. Prov. cons. 9, 22. maxumae, Sall. H. 2, 41, 4. truces, Hor. Ep. 1, 19, 48. non mediocres, Cic. II. Verr. 5, 60, 181. — Verbindungen im log. *Subj.*: in amore haec omnia insunt vitia: iniuriae suspitiones inimicitiae indutiae bellum, pax rursum, Ter. Eun. 1, 1, 15. vulgatum illud, quia verum erat, in proverbium venit, amicitias inmortales, mortales inimicitias debere esse, Liv. 40, 46, 12. neque me vero poenitet mortales inimicitias, sempiternas amicitias habere, Cic. RPostum. 12, 32. nullae sunt inimicitiae nisi amoris acerbae, Prop. 2, 8, 3. periculosioros sunt inimicitiae iuxta libertatem, Tac. G. 21. erant ei veteres inimicitiae cum duobus Rosciis Amerinis, Cic. SRosc. 6, 17. u. so Liv. 39, 4, 8. Quint. 4, 2, 13. eho, non tu dixti esse inter eos inimicitias, carnufex? Ter. Andr. 5, 2, 11. u. so Cic. Cluent. 61, 169. Liv. 27, 35, 7. 40, 45, 7. 44, 25, 1. quod quidem facerem vehementius, nisi intercederent mihi inimicitiae cum istius mulieris viro, Cic. Cael. 13, 32. ne inim. graves insequantur, Quint. 6, 3, 34. tam longum otium inim. non tulerunt, Justin. 3, 7, 1. ut ne quas inimicitias residere in familiis nostris arbitretur, Cic. Att. 14, 13B, 4; — im log. *Obj.*: amicitias inimicitiasque non ex re, sed ex commodo aestimare, Sall. C. 10, 5; ira truces inimicitias et funebre bellum (genuit), Hor. Ep. 1, 19, 48. vocemus te ad nullas inim., sed tamen pluris nostram libertatem quam tuam amicitiam aestimemus, Brut. et Cass. b. Cic. Fam. 11, 3, 4. multos offenderas, inim. domui contraxeras, Quint. 7, 1, 53. hinc accusationes potentium reorum et adsignatae etiam domibus inimicitiae, Tac. Or. 36. numquam tam graves ob hanc inim. caperem in vostram familiam, Ter. Phorm. 2, 3, 23. Trio facilis capessendis inimicitiis et foro exercitus, Tac. A. 5, 11. inimicitiae sunt: subeantur; labor: suscipiatur; etenim tacitae magis et occultae inim. timendae sunt quam indictae atque apertae, und: quid habent eorum inim. periculi, quorum animos iam ante habueris inimicos et invidos, quam ullas inim. susceperis?

micus illi Vorenus et laboranti subvenit, Caes. BG. 5, 44, 9; — est enim quaedam medicina certe, nec tam fuit hominum generi infensa atque inimica natura, ut cet., Cic. Tusc. 4, 27, 58. litora quae fuerant castis inimica puellis, Prop. 1, 11, 31. frigus inimicum est seni, tenui, vulneri, praecordiis cet., Cels. 1, 9. quae est tota Diodori vobis inimica sententia, Cic. Fat. 7, 13. quum ei summam per iniuriam omnia inimica atque infesta fuerint, Quinct. 2, 10; — inde aliis alius locus est, inimicus partibus ac membris, Lucr. 6, 1117. donec maiore studio literarum disciplina agitari coepit, quae ut animo praecipue omnium necessaria, sic corpori inimica est, Cels. pr. p. 2. nec iuri quidquam tam inimicum quam vis nec aequitati quidquam tam infestum est quam convocati homines et armati, Cic. Caecin. 11, 33. omnem prolationem ut inimicam victoriae suspectabant, Tac. H. 3, 82; — utrumque enim *ad* corpus alendum inimicum, Varr. RR. 2, 2, 19; — nulli amici sunt, inimicos ipsi *in* sese omnes habent, Plaut. Bacch. 3, 6, 18. Indutiomarus - qui iam ante inimico in nos animo fuisset, multo gravius hoc dolore exarsit, Caes. BG. 5, 4, 4; — deinde inimica modis multis sunt atque veneno ipsa sibi *inter* se (primordia), Lucr. 1, 759. natura inimica inter se esse liberam civitatem et regem, Liv. 44, 24, 2; — inimicum est mit *Inf.*: nam pila lippis inimicum et ludere crudis, Hor. Sat. 1, 5, 49. maritare nisi validas (ulmos) inimicum, Plin. 17, 23 (22), 203; — im *Compar.*: hic tu, hostis ac proditor, aliis me inimiciorem quam tibi debere esse dicis? Cic. Pis. 31, 78. si inimico testi credi non oportuerit, inimicior Marcello Crassus aut Fimbriae Scaurus ex civilibus studiis atque obtrectatione domestica quam huic Galli, Font. 12, 26 (8, 16). quo nemo perniciosior rei publicae neque bonis inimicior vixerat, Vell. 2, 47, 5; — inimicior senibus hiems, aestas adolescentibus est, Cels. 2, 1. ut versum fugimus in oratione, sic hi sunt vitandi continuati pedes: aliud enim quiddam est oratio nec quidquam inimicius quam illa versibus, Cic. Or. 57, 194. negabat ullam vocem inimiciorem amicitiae potuisse reperiri, quam eius, qui dixisset ita amare oportere, ut si aliquando esset osurus, Am. 16, 59; — im *Superl.*: eum, qui tibi inimicissimus esse videbitur, und: qui isti inimicissimi sint, II. Verr. 2, 62, 152. u. so §. 153. cuius marito inimicissimus, ipsi invisissimus fuerat, Plin. Ep. 2, 20, 2. me tamen non satis facere Pompeio Caesaremque inimicissimum mihi futurum gaudere se aiebant, Cic. Fam. 1, 9, 10; — Hannibalem, inimicissimum nomini R., Nep. Hann. 7, 3. inimicissimis antea sibi hominibus, Quint. 11, 1, 73. pro Iuba atque Afris, inimicissimis populo R., stetisse, 11, 1, 80; — somni et vini sit abstinentissimus, quae utraque sunt inimicissima diligentiae, Col. 11, 1, 13. stomacho inimicissima (marina brassica), Plin. 20, 9 (38), 96; — inimicissimum est mit *Inf.*: equitare ei, cui genua dolent, inimicissimum omnium est, Cels. 4, 30 (23).

c) als *Subst.* (Ggstz. amicus, Syn. hostis, adversarius), zunächst *absol.* im sog. *Subj.*: amicus qualis sim aut quid possiem potius quam inimicus, periculum facias, Ter. Hec. 5, 1 (4, 5), 41. nam res mortifera est inimicus pumice levis, Juv. 9, 95. ita amicum habeas, posse ut facile fieri hunc inimicum putes, Syr. 522. aspicere te postea non potuisset, inimicus, hostis esset tanta contumelia accepta, nisi cet., Cic. II. Verr. 4, 24, 58. huic quam ob rem id vellet inimicus offerre, quod ipse sibi optare deberet, Cluent. 61, 171; bonae semper laudantur amicae: - tu quod promisti, mihi quod mentita, inimica es, Catull. 110, 1; — inimici, qui tum erant potentissimi et plurimi, Nep. Att. 9, 2. plane adversarii fiunt et inim, Quint. 12, 9, 11. de quibus quod inim. detulerunt, Nep. Dat. 9, 2. vini parcissimum ne inim. quidem negaverunt, Suet. Caes. 53. u. vgl. Curt. 10, 29 (9), 21. pereant amici, dum inim. una intercidant, Poët. b. Cic. Deiot. 9, 25; — im sog. *Obj.*: nam ego talentum mutuom quoi dederam, talento inimicum mi emi, amicum vendidi, Plaut. Trin. 4, 3, 48. verum tamen potius quam te inim. habeam, faciam ut iusseris, Ter. Eun. 1, 2, 93. si tamquam inim. et hostem insectari propositum est, pergite ut coepistis facere, Liv. 39, 28, 13; — non, si capiundos mihi sciam inimicos omnes homines, Ter. Andr. 4, 2, 12. cum - inim. exterruisset, Suet. Caes. 10. ad inim. opprimendos, Nep. Pelop. 2, 2; — im *Dat*: ego meae cum vitae parcam, letum inimico deprecer, Enn. trag. 162; — o magnus posthac inimicis risus! Hor. Sat. 2, 2, 107. au te obsecro, istuc inimicis siet, Ter. Heaut. 5, 3, 13. inim. quoque et hostibus ea, quae nobis acciderint, indigna videri solere, Cic. Inv. 1, 54, 105. nec rei publicae consuluisti nec amicis profuisti nec inim. restitisti, AHer. 4, 19, 26. qui necem suam - inimicis promiserat, Suet. Caes. 74. qui pacto inim. mortem et huic vitam afferas, Pacuv. 285; — im *Genit.*: hostem ut profugiens inimici invadam in manus, Att. 192. cur non in proelio cecidisti potius, quam in potestatem inimici venires, Nep. Eum. 11, 4. inimici imperium et cruciatus corporis deprecor, Sall. J. 24, 10. Iugurtham ab senatu petere, ne -, neu verba inimici ante facta sua ponerent, 15, 1; — pessimum inimicorum genus, Tac. Agr. 41. se falsis criminibus circumventum, quoniam factioni inim. resistere nequiverit, Sall. C. 34, 2. set tempore festo alterius populi rapienda occasio cunctis visa inim. primoribus ac ducibus, Juv. 15, 38. non esse insectandos inim. amicos, Cic. Att. 14, 13 B, 3. pensitatis suis et inim. viribus, Suet. Caes. 30. mortem magis voto quam arbitria inim. obiit, Vell. 2, 22, 4. parentum - inim. dolo interemptorum, Suet. Gr. 9. inim. iniquitas, Caes. 32. qua re alia ex crimine inim. effugere possis, delica, Att. 1. uti se a contumeliis inim. defenderet, Caes. BC. 1, 22, 5. magno inim. malo, Suet. Ner. 57; quis plenior inimicorum fuit C. Mario? L. Crassus, M. Scaurus alieni: inimici omnes Metelli: at ii non modo illum inimicum ex Gallia sententiis suis non detrahebant, sed cet., Cic. Prov. cons. 8, 19; — im *Abl.*: qui ne

nunc quidem obnoxiis inimicis exsurgitis, Sall. J. 31, 2; tum oppressi Mithridatis armis homines miserrimae conditionis, cum ab inimicis tenerentur, oppugnabantur ab amicis, Vell. 2, 23, 5. quoniam quidem circumventus, inquit, ab inimicis praeceps agor, incendium meum ruina restinguam, Sall. C. 31, 9. hoc crimine in concione ab inimicis compellabatur, Nep. Alc. 4, 1. eum Iugurtha, tametsi Romae in inimicis habuerat, tamen accuratissime recepit, Sall. J. 16, 3; acres innocentesque pro re publica cum inimicis contentiones, Vell. 1, 11, 6; — im *Superl.*: quom de eadem causa'st iracundus factus inimicissumus, Ter. Hec. 3, 1, 29 pocula ut Essedones parentum, ita inimicissimorum capitibus expoliunt, Mel. 2, 1, 12; — verbunden mit *Adject.*: quamquam multa nova miracula fecēre inimici mei, tamen cet., Cato frg. p. 33, 4. in quo ego spem fefelli non modo invidorum, sed etiam inim. meorum, Cic. Fam. 1, 9, 16. fuēre item, qui inimicos suos cognoscerent, Sall. C. 61, 8. adversos inim. suos bellum gessit, Nep. Alc. 4, 6. nonne uno tempore cum suis inim. in gratiam rediit, Cic. Prov. cons. 9, 21. non aliter ab ipsis inim. male audire potuit, Quint. 12, 10, 13. si omnes hunc coniectum in nuptias inimici vellent, quod nisi consilium hoc darent? Ter. Andr. 4, 1, 44. plures illic offendisse inimicos, quam hic reliquisse, Cic. Cluent. 61, 171. Pompeioque M. Crassum reconciliavit, veterem inim. ex consulatu, Suet. Caes. 19. Dolabella paternus inim., Cic. Scaur. frg. 45h. p. 237. quidam inim. graves amici sunt leves, Syr. 711. Attalo, quo graviorem inim. non habui, sororem suam in matrimonium dedit, Curt. 6, 34 (9), 17. fortem inim. ille expertus est, Nep. Them. 9, 2. scin' tu herum tuom meo hero esse inim capitalem? Plaut. Poen. 4, 2, 57. proinde ac si non iidem firmissimi solerent esse amici, qui constantes fuissent inimici, Nep. Lys. 2, 2. falso et ab impotentibus inimicis conficto crimine, Suet. Claud. 15. eum infestum inim. Cn. Pompeio cognoverat, Sall. C. 19, 1. ecce inim. atrox magno stridore per auras insequitur Nisus, Virg. G. 1, 407. nam hi sunt inim. pessumi fronte hilaro, corde tristi, quos neque ut adprendas neque uti dimittas scias, Caecil. 79; — ne, ut sunt versabiles, aliquid molirentur inimicum, Amm. 19, 11, 1. Hannibal contra in aliena, in hostili est terra, inter omnia inimica infestaque, Liv. 22, 39, 13. multa meant inimica per aures, multa per ipsas insinuant nares infesta atque aspera adactu cet., Lucr. 6, 777; — mit *Genit.*: inimici vero eius quiescendum in praesenti - decreverunt, Nep. Alc. 4, 2. quod inimici eius dissidentes suos sensus aperturi forent, Dion. 8, 2. M. Cato, Galbae gravis atque acer inim., Cic. dOr. 1, 53, 227. ille perennis inim. amicorum suorum, Fam. 1, 9, 2. quid cessatis, inquit, regis inimicum, interfectorem, confitentem occidere? Curt. 6, 42 (11), 14. futurum, ut homines bellicosos, populi R. inimicos - finitimos haberet, Caes. BG. 1, 10, 2. inimici tribuniciae potestatis, Cic. Cornel. II. frg. 3. p. 214. inimicum meum - meum autem? immo vero legum, iudiciorum, ocii, patriae, bonorum omnium - sic amplexabantur, cet., Fam. 1, 9, 10. u. vgl. §. 11. 19; quam omnes semper amicam omnium potius, quam cuiusquam inimicam putaverunt, Cael. 13, 32; — harum enim (caprarum) dentes inimici sationis, Varr. RR. 2, 3, 7. inimica bonorum (lingua), Catull. 108, 3; — im *superl.*: ubi vidit homo ad omne facinus paratissimus fortissimum virum, inimicissimum suum - palam agere coepit cet., Cic. Mil. 9, 25. ne pateretur Philippi domus ac familiae inimicissimos stirpem quoque interimere, Nep. Eum. 6, 3. quae (perturbationes) sunt - turbidi animorum concitatique motus, aversi a ratione et inimicissimi mentis vitaeque tranquillae, Cic. Tusc. 4, 15, 34.

d) *Adv.* α) neque Boi neque Hispani, cum quibus eo anno bellatum erat, tam **inimice** infesti erant Romanis quam Aetolorum gens, Liv. 35, 12, 1. invidia tacite, sed inim. irascitur, Syr. 235. vide quam tecum agam non inim., Cic. Phil. 2, 14, 34. ut eum non inim. corripere sed paene patrie monere videatur, Quint. 11, 1, 68. vitia orationis inim. insequuntur, 12, 1, 22. qui admonent amice docendi sunt, qui inim. insectantur repellendi, Cic. ND. 1, 3, 5. iam e memoria excessit - quotiens in obsidentes quam inim. eruperimus? Liv. 26, 13, 6; im *compar.*: de nullis enim quam de vobis infestius aut inimicius consuluerunt, Liv. 28, 29, 8; im *superl.*: sin autem inimicissime atque infestissime contendere perseveret, se paratum esse omni recta atque honesta ratione defendere quod petat non deberi, Cic. Quinct. 21, 66. — **inimiciter**, Enn. b. Prisc. II. p. 71, 3. Non. p. 514, 21. inim. irascendum non est, Tubero b. Charis. p. 202, 13. nos pro tuis iniuriis continuis animo tenus commoti inim. tecum bellare studemus, Claud. Quadrig. aus e. Briefe der Cons. C. Fabric. u. Q. Aemil. an d. König Pyrrhus b. Gell. 3, 8, 8.

2) **verhaßt**, dis inimice senex, Hor. Sat. 2, 3, 123. virgini Pleuron inimica divae (Dianae), Sen. Troad. 831.

ĭnĭmĭtābĭlis, e, **unnachahmbar**, opera quaedam nobis inimitabilia, qualia sunt cerarum ac mellis, efficere, nonnullius fortasse rationis est, Quint. 2, 17, 16. multa animalia mellis illum inimitabilem humanae rationi saporem vario florum ac sucorum genere perficiunt, 1, 10, 7. olli enim et quianam et miis et pone pellucent et aspergunt illam, quae etiam in picturis est gratissima, vetustatis inimitabilem arti auctoritatem, 8, 3, 25. morum certe dulcedo ac suavitas et adversus amicos aequa ac par sui aestimatio inimitabilis fuisse dicitur, Vell. 2, 97, 3.

ĭnĭnĭtiātus, a, um, **anfangslos**, **ewig**, substantiarum cardo, von Gott, Cl. Mam. stat. an. 1, 23.

ĭnintellĭgĭbĭlis, e, **unbegreifbar**, dei splendor, Ambros. Off. 1, 14.

ĭninterprĕtābĭlis, e, **unerklärbar**, nomen, Tert. adv. Valent. 14. u. and. KS.

ĭninterprĕtātus, a, um, **unerklärt**, ininterpretatum alqd. relinquere, Hieron. Ep. 29.

ĭnĭnventĭbĭlis, e, **unauffindbar, unergründbar**, und: **ĭnĭnvestīgābilis**, e, **unerforschlich**, profundum divitiarum et sophiae, ut ininventibilia iudicia eius et inevestigabiles viae eius, Tert. adv. Hermog. 45. o profundum divit. et soph. dei, ut ininvestigabilia iudicia eius, utique dei iudicis, et ininvestigabiles viae eius, utique intellectus et scientiae, adv. Marc. 2, 2. u. vgl. 5, 14. aus Rom. 11, 33.

ĭnīque, *Adv.*, s. iniquus.

ĭnīquĭtas, ātis, *f.*, 1) die **Ungleichheit, Unebenheit, Rauheit, Schroffheit**, dah. die **ungünstige**, **beschwerliche**, **bedrängnißvolle**, **gefahrvolle Lage** od. **Beschaffenheit**, a) eig.: quid iniquitas loci habeat incommodi proponit, Caes. BG. 7, 45, 8. quod propter iniquitatem loci-ne primum quidem posse impetum suum sustineri existimabant, 3, 2, 4. milites neque pro opere consistere propter iniquitatem loci neque inter vineas sine periculo administrare, Sall. J. 92, 9. si ab eo consilio iniquitate loci deterrerentur, Liv. 7, 34, 12; eadem temeritate avidam ulteriorum semper gentem in saltus invios deductam, saeptam non hostium magis armis quam locorum iniquitatibus esse, 9, 38, 5. subsidia enim in talibus iniquitatibus locorum maximo saepe usu fuerunt, 38, 22, 3; — in tanta rerum iniquitate fortunae quoque eventus varii sequebantur, Caes. BG. 2, 22, 2. ut, qui propinquitatem loci videret, paratos prope aequo Marte ad dimicandum existimaret, qui iniquitatem condicionis perspiceret, inani simulatione sese ostentare cognosceret, 7, 19, 3; hac penuria colonorum et communi temporis iniquitate ut reditus agrorum sic etiam pretium abiit, Plin. Ep. 3, 19, 7. terrebat eum non hostis, sed iniquitas temporis, Curt. 7, 29 (7), 6; iniuriam novo scelere conflatam putant oportere defendi, defendere ipsi propter iniquitatem temporum non audent, Cic. SRosc. 1, 1. temporum iniquitate pressi, Liv. 35, 16, 11; — b) übtr., die **Ungunst, Abneigung, feindliche Haltung**, nec iam Q. Fulvii saevitiam in sese, sed iniquitatem deûm atque execrabilem fortunam suam incusabant, Liv. 26, 34, 13. illum magna ex parte domitorem Germaniae-fatorum iniquitas consulem-rapuit, Vell. 2, 97, 3. exercitus-marcore ducis, perfidia hostis, iniquitate fortunae circumventus-ab hoste ad internecionem trucidatus est, 2, 119, 2.

2) die **Ueber-** od. **Untermäßigkeit**, das **zu große** od. **zu geringe Maaß**, a) eig.: quo evenit ut in iteratione quoque scamna fiant et boves iniquitate operis pessime multentur, Col. 2, 4, 6. lapidibus additis insuper sic iniquitatem ponderis medebatur, Apul. M. 7, 17. — b) übtr., die **Unbilligkeit, Ungerechtigkeit**, vgl.: aequitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum iniquitate, luxuria, ignavia, temeritate, cum vitiis omnibus, Cic. Cat. 2, 11, 25; dignitatem nostram ut potest in tanta hominum perfidia et iniquitate retinebimus, Fam. 1, 2, 4. locus intra oceanum iam nullus est neque tam longinquus neque tam reconditus, quo non per haec tempora nostrorum hominum libido iniquitasque pervaserit, II. Verr. 3, 89, 207. quod iniquitas praetoris eripuit, restituatis, Sall. C. 33, 5. intercedere iniquitatibus magistratuum, Plin. Pan. 80, 4. eatur, quo deorum ostenta et inimicorum iniquitas vocat, Suet. Caes. 32; — ut rei, quae ex adverso proponatur, iniquitatem omnes etiam circumstantes intelligant, Quint. 4, 2, 22. u. vgl. 12, 7, 6. tamquam de iniquitate exitii quaerens ita scripsisset, se quidem mori nullis supplicii causis cet., Tac. A. 16, 17; — habere videbitur ista res iniquitatem, si imperare velis, difficultatem, si rogare, Cic. Cat. 4, 4, 7. ipso Vespasiano inter initia imperii ad obtinendas iniquitates haud perinde obstinante, Tac. H. 2, 84.

ĭnīquo, āre, das **rechte Maaß überschreiten** lassen, übtr. **unmuthig machen**, aequum animum indigna iniquat contumelia, Laber. 65.

ĭnīquus od. **ĭnīcus**, a, um, 1) **ungleich, uneben, rauh, schroff**, dah. **ungünstig, beschwerlich, bedrängnißvoll, gefahrvoll, gefährlich, nachtheilig** (Ggstz aequus), a) eig.: quod iniquo loco atque impari congressi numero V horis proelium sustinuissent, Caes. BC. 1, 47, 3. necessario paene iniquo loco et leniter declivi castra fecerunt, BG. 7, 83, 2. temere insecuti longius fugientes in locum iniquum progrediuntur, Caes. BC. 1, 45, 2. u. so: loco iniquo, Liv. 8, 38, 9. carpendo novissimos premendoque iniquis ad transitum locis agmen detinuit, §. 6. u. in dieser Verbindung im *comp.* u. *sup.*: hostes-et de expugnando oppido et de flumine transeundo spem se fefellisse intellexerunt neque nostros in locum iniquiorem progredi pugnandi causa viderunt, Caes. BG 2, 10, 4. sibi difficile factu esse intellexit simul et oppidum uno tempore oppugnare et in acie in cornu dextro ac sinistro ex iniquiore loco pugnare, Auct. BAfr. 42, 3. ausos esse transire latissimum flumen, ascendere altissimas ripas, subire iniquissimum locum, Caes. BG 2, 27, 5. primos prohibere ascensu atque iniquissimo nostris loco proelium committere coeperunt, 5, 32, 2. u. vgl.: nullus tamen vel iniquissimus locus non maiorem quaestum reddet, quam acceperit impensam, Col. 3, 3, 12; — namque furens animi dum proram ad saxa suburguet interior spatioque subit Sergestus iniquo, infelix saxis in procurrentibus haesit, Virg. A. 5, 202. inflicta vadi dorso dum pendet iniquo (puppis), 10, 302. rectius vives, Licini, neque altum semper urgendo neque, dum procellas cautus horrescis, nimium premendo littus inicum, Hor. Od. 2, 10, 1 sqq. trudebanturque in paludem gnaram vincentibus, iniquam nesciis, Tac. A. 1, 63. primo circa saltus, cum utrimque ad hostem iniqua via esset, cunctati sunt, Liv. 9, 27, 3. si secum alios consul mittere velit, se non iniquo nec perdifficili aditu super caput hostium eos deducturum, 32, 11, 3. ipse cum tribunis primisque ordinibus ad contemplandos transitus est progressus qua descensus facilis armatis, qua in ulteriorem ripam minime iniquus ascensus esset, 44, 33, 4; — u. vgl. weiter in militär. Beziehung: urgetur pugna congressus iniqua, Virg. A. 10, 889. ubi congressu subiit Gesander iniquo, VFlacc. 6, 322. sperans bar-

baros atque imperitos homines inopia cibariorum adductos ad iniquam pugnandi condicionem posse deduci, Caes. BG. 6, 10, 2; — Iuverna - caeli ad maturanda semina iniqui, Mel. 3, 6, 6. si ventis - actus iniquis intrasses portus, Ov. Her. 6, 141. mare semper iniquum cogitet et damno littora feta suo, Rem. am. 569. u. mit *Dat.*: sidus iniquum gentibus, Lucan. 10, 35. cursum mutavit iniquum frugibus amnis, Hor. AP. 67. illa est agricolae messis iniqua suo, Ov. Her. 12, 48. (vina) iniqua capiti, Plin. 13, 4 (9), 44. unda maris lendes capiti deducit iniquas, Seren. Sammon. 72; — neque nos agere hoc patriai tempore iniquo possumus aequo animo, neque cet., Lucr. 1, 41. Sabino bello ait se militantem, quia propter populationes agri non fructu modo caruerit, sed villa incensa fuerit, direpta omnia, pecora abacta, tributum iniquo suo tempore imperatum aes alienum fecisse, Liv. 2, 23, 5. si et Dardani, gens infestissima Macedoniae temporibusque iniquis regum imminens, tolleretur, 40, 57, 6.

b) übtr., **ungünstig, abgeneigt, feindlich, aufsässig, gehässig,** subst. ein **Feind, Gegner,** saepe deos aliquis peccando fecit iniquos, Ov. F. 5, 299. quae mea caelestes iniuria fecit iniquos? Her. 8, 87. iniqui flamma Tonantis, Sen. Agam. 592. fatis Iunonis iniquae pertulerit (labores Hercules), Virg. A. 8, 292. u. so Iuno, Ov. M. 296. 308. Her. 9, 45. Lucan. 1, 576. talia verba dabat conlapsaque flebat iniquae in Veneris Medea sinus, VFlacc. 7, 251. unde (Tibure) si Parcae prohibent iniquae dulce pellitis ovibus Galaesi flumen et regnata petam Laconi rura Phalantho, Hor. Od. 2, 6, 9 sqq. u. vgl.: cum diva supremas rumpit iniqua colus, VFlacc. 6, 644. ecce puer summa se tollere visus ab unda frondibus in croceis et iniquae munere nymphae, 4, 23. Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis, Hor. Sat. 2, 7, 14. u. vgl.: regium certe genus et penates maeret iniquos, Od 2, 4, 15. iniqua raro maximis virtutibus Fortuna parcit, Sen. Herc. fur. 325. u. vgl.: sic ego Fortunae telis confixus iniquis pectore concipio nil nisi triste meo, Ov. Pont. 2, 7, 15. Turni sortem miseratur iniquam, Virg. A. 12, 243. u. so 6, 332. tam iniquam et tam indignam sortem P. R. palam et clare detestata est, Suet. Claud. 3. sors quoque nescio quem fato designat iniquo, qui primus Danaûm Troada tangat humum, Ov. Her. 13, 93. se fati dixit iniqui, M. 7, 828. saeva manu dat iniqua miseris fata? Sen. Troad. 989. u. vgl.: pater armento quos (equos) dives ab omni nutrierat fatisque viam monstrarat iniquis, VFlacc. 6, 204. absit iniqua fames, Ov. F. 4, 767; — caeteri sunt partim obscurius iniqui, partim non dissimulanter irati, Cic. Fam. 1, 5, 2. quae premit invisam socrus iniqua nurum, Ov. F. 2, 626; rerum Hasdrubali traduntur habenae, occidui qui solis opes et vulgus Hiberum Baeticolasque viros furiis agitabat iniquis, Sil. 1, 144. nec iniqua finis in ira est, Ov. M. 5, 245. is pernas succidit iniqua superbia Poeni, Enn. A. 279. casta quidem, sed non et credita: rumor iniquus laeserat, Ov. F. 4, 307. u. vgl.: nigro adlatraverat ore victorem Invidia et ventis iactarat iniquis, Sil. 8, 290. quorum iniqui sermones quum ad me per homines honestissimos perferrentur, cet., Cic. Fam. 1, 9, 20; u. im *superl.*: numquamne tibi iudicii, numquam contionis, numquam huius tantae frequentiae, quae nunc te animo iniquissimo infestissimoque intuetur, venit in mentem? II. Verr. 5, 55, 144. — *Subst.*: qui maledicit et vituperat, quanto id acerbius facit, tam maximo ille pro inimico et iniquo ducitur, Gell. 19, 3, 2. qua re oratos vos omnes volo, ne plus iniquôm possit quam aequôm oratio, Ter. Heaut. prol. 26. multi amici accusatoris, non nulli etiam nostri iniqui, multi communes obtrectatores atque omnium invidi multa finxerunt, Cic. Planc. 23, 57. u. vgl.: tu deligas ex omni populo aut amicos tuos aut inimicos meos aut denique eos, quos inexorabiles, quos inhumanos, quos crudeles existimes: tu me ignaro, necopinante, inscio notes et tuos et tuorum amicorum necessarios, vel iniquos vel meos vel etiam defensorum meorum, eodemque adiungas, quos natura putes asperos atque omnibus iniquos, 16, 40. me scio a te contra iniquos meos solere defendi, Fam. 11, 27, 7. eoque apud bonos laudatus et gravis iniquis, Tac. A. 4, 68. versique ad caelum ac deos integram illi subolem ac superstitem iniquorum precarentur, 3, 4; — mit *Dat.*: Priamus - iniqua Troiae castra fefellit, Hor. Od. 1, 10, 14. adde iratum patruum, vicinos, te tibi iniquum, Sat. 2, 2, 96. soror et Procne Tereusque duabus iniquus, Ov. F. 2, 629. iam non dura toris Veneri nec iniqua reversae, VFlacc. 2, 355. venit paratus Servilius, Iovi ipsi iniquus, cuius in templo res agebatur, Cic. Fam. 10, 12, 4. adiecit, non Dareo iniquos fuisse, Curt. 7, 22 (5), 25; serus in caelum redeas diuque laetus intersis populo Quirini neve te nostris vitiis inicum ocior aura tollat, Hor. Od. 1, 2, 45. nam oblectamentis principis palam iniquum detractare vim eius equos regentis cet., Tac. A. 14, 52.

2) **das rechte Maaß überschreitend, das rechte od. gehörige Maaß nicht haltend, unverhältnißmäßig über- od. untermäßig** (d. i. zu groß od. zu klein, zu hoch od. zu niedrig, zu viel od. zu wenig, zu stark od. zu schwach u. dgl.), **unpassend, nicht entsprechend, schief, falsch,** a) eig.: haeret Hylas lateri passusque moratus iniquos, VFlacc. 3, 486. iniquo pondere rastri, Virg. G. 1, 164. oleum adhibitis iniquis ponderibus accipere, Ulp. Dig. 19, 1, 32. iniquum pretium, Paul. Dig. 40, 5, 31. qualis in Alciden et Thesea Rhoetus iniqui nube meri geminam Pholoen maioraque cernens antra ruit, VFlacc. 3, 65. siquem extenta plagarum quattuor in medio dirimit plaga solis iniqui, Virg. A. 7, 227. velut impatiens hominum vel solis iniqui limite vel glacie nuda atque ignota iaceres, Lucan. 7, 866. iniquo e sole calentes Battiadas late imperio sceptrisque regebat, Sil. 2, 60. u. vgl.: nec patitur noctes nec iniquos crescere soles, Lucan. 5, 25; — ea, quae quondam spatiis exclusus iniquis Virgilius nobis post se memoranda reliquit, Col. 10, 2. servorum ventres modio castigat iniquo, Juv. 14, 126.

sese aliquem credens, Italo quod honore supinus fregerit heminas Arreti aedilis iniquas, Pers. 1, 129. pondera ab Gallis adlata iniqua et tribuno recusante additus ab insolente Gallo ponderi gladius, Liv. 5, 48, 9. illa pati, quae nec Sarmentus iniquas Caesaris ad mensas nec vilis Gabba tulisset, Juv. 5, 3; — quae genitali concilio possent arceri tempore iniquo, Lucr. 1, 183. censen' me verbum potuisse ullum proloqui? aut causam ullam, ineptam saltem, falsam, iniquam? obmutui, Ter. Andr. 1, 5, 22. nam hoc paene iniquom'st, comico choragio conari desubito agere nos tragoediam, Plaut. Capt. prol. 61. — *Adv.*: quam **inique** comparatum'st, Ter. Phorm. 1, 1, 7. inique Castorem cum Domitio comparo, Cic. Deiot. 11, 31. hi, qui legunt aut inique interpretantur quae scripta sunt, aut vera esse non credunt, Gell. 4, 15, 4. u. im *superl.*: iam hoc prope iniquissime comparatum est, quod in morbis corporis - medicus nobilissimus atque optimus quaeritur, in periculis capitis - deterrimus obscurissimusque patronus adhibetur, Cic. Cluent. 21, 57.

2) übtr. a) im Allg.: a quotiens vaccam vultu spectavit iniquo, mit schiefem, scheelem, neidischem Blick, Ov. AA. 1, 313. ille quidem est oculis quamvis formosus iniquis, M. 9, 476; — ne istuc tam iniquo patiare animo, Unmuth, im Ggstz. zu aequus animus, Gleichmuth, Ter. Eun. 2, 1, 6. u. so Att. 109. Ter. Phorm. 5, 1, 36. Cic. Tusc. 2, 2, 5. Vell. 2, 30, 3. Quint. 11, 1, 66. Curt. 6, 42 (11), 8. paupertatemque fatendo effecēre levem nec iniqua mente ferendo, Ov. M. 8, 633. demitto auriculas ut iniquae mentis asellus, Hor. Sat. 1, 9, 20. u. im *Superl.*: quid quod sapientissimus quisque aequissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo, Cic. Sen. 23, 83. — *Adv.*: **inique** ferunt, id habere aliquem, quod ipsi non habent, Lact. 6, 4. u. im *superl.*: calvitii vero deformitatem iniquissime ferret, saepe obtrectationem iocis obnoxiam expertus, Suet. Caes. 45. — b) insbes. unbillig, ungerecht, victima haud ulla amplior potest magisque opima mactari Iovi, quam rex iniquus, Sen. Herc. fur. 922. difficilem tenui sub iniquo iudice causam, Ov. M. 13, 190. tune e sociis electus iniquis? VFlacc. 4, 242. sed nunc ea me exquirere iniqui patris est, Ter. Andr. 1, 2, 16. nam quis iniquae tam patiens urbis, tam ferreus, ut cet., Juv. 1, 30. aequum atque iniquum regis imperium feras: iniqua numquam regna perpetuo manent, Sen. Med. 195 sq.; — sederat Hippomenes cursus spectator iniqui, Ov. M. 10, 575. procerum vi pulsus iniqua germanique manu Perses barbaricas iam movit opes Hyrcanaque signa, VFlacc. 3, 492. prudens emisti vitiosum, dicta tibi est lex: insequeris tamen hunc et lite moraris iniqua? Hor. Ep. 2, 2, 18. quam temere in nosmet legem sancimus iniquam! Sat. 1, 3, 67. erat iniqua conditio postulare, ut Caesar Arimino excederet, Caes. BC. 1, 11, 1. u. vgl. Quint. 5, 6, 3. exul Hypermnestra, pretium pietatis iniquum quam mortem fratri depulit, ipsa tulit, Ov. Her. 14, 129. cum se sub leges pacis iniquae tradiderit, Virg. A. 4, 618. bello interea sed pressus iniquo auxilium petit, VFlacc. 5, 554. u. dicht.: ceu superum segnes ad iniqua altaria tauros constituit, 4, 152. u. vgl. Sen. Troad. 985; — vide quam iniquos sis prae studio, Ter. Andr. 5, 1, 6. oh, iniquos es, qui me tacere de re tanta postules, Heaut. 5, 3, 9. ita animum induxerunt, socrus omnes esse iniquas, Hec. 2, 3, 5. scire velis, mea cur ingratus opuscula lector laudet ametque domi, premat extra limen iniquus, Hor. Ep. 1, 19, 35. iniqua quaedam iudicant homines, quia pati non debuerint, quaedam, quia non speraverint, Sen. dIra 2, 31, 1. qualitate (excutiuntur), an inhonesta, iniqua, improba, inhumana, crudelia cet., Quint. 5, 13, 19; — im *comp.*: fortasse aliquantum iniquior erat praeter eius lubidinem, Ter. Heaut. 1, 2, 27. quid hoc indignius? quid hoc iniquius? Cic. II. Verr. 3, 86, 200. quid hoc iniquius aut indignius, C. Aquili, dici aut commemorari potest, quam cet., Quinct. 2, 8. apparebat, quo nihil iniquius est, ex eventu famam habiturum, Liv. 27, 44, 1. quid igitur iniquius est, quam me - nunc perire quia parui? Curt. 7, 5 (1), 49. u. im *superl.*: duos (equos) ipse habebam: quos quum vellet abducere homo superbissimus, certe iniquissimus, nisi pedes militare vellem, retinere cogebar, 7, 5 (1), 34. iniquissima haec bellorum condicio est, Tac. Agr. 27; — quibus iris inpulsus tandem nunc *in* illam iniquos siem, Ter. Hec. 3, 5, 35. quam iniqui sunt patres in omnes adulescentes iudices! Heaut. 2, 1, 1. quom illa, quae nunc in me iniqua'st, aequa de me dixerit, Hec. 3, 5, 25; iniqui iudices *adversus* nos sumus, Quint. 8, 3, 33; iniquum est mit *Inf.*: inscitum offerre iniuriam tibi immerenti iniquom'st, Ter. Hec. 5, 1, 14. cui me praeripere desponsam iam et destinatam laudem, - valde est iniquum, Cic. Har. resp. 3, 6. si pace uti velint, iniquum esse de stipendio recusare, quod sua voluntate ad id tempus pependerint, Caes. BG. 1, 44, 4. — *Subst.*: insani sapiens nomen ferat, aequus iniqui, Hor. Ep. 1, 6, 15. certe tute iubebas animam tradere, inique, me inducens in amorem, quasi tuta omnia mi forent, Catull. 30, 7. dicetne de his secundum debitam rerum dignitatem malus atque iniquus? Quint. 12, 1, 8. in quo aequi sperasse Postumum dicunt, peccasse iniqui, ipse etiam insanisse se confitetur, quod cet., Cic. RPostum. 9, 25. potestis igitur ignotos notis, iniquos aequis, alienigenas domesticis, cupidos moderatis - anteferre? Font. 14, 32 (10, 22). ne eum circumventum inique iniqui inrideant, Ter. Hec. alt. prol. 46. vel iniqui consentiant, Quint. 1, 10, 33. si temnis Olympum, a magno Stilichone cave, qui semper iniquos fortuna famulante premit, Claud. BGet. 511. poëta sensit scripturam suam ab iniquis observari, Ter. Ad. prol. 2; — nec natura potest iusto secernere iniquum, Hor. Sat. 1, 3, 113. iniquum petendum, ut aequum feras, Quint. 4, 5, 16. quid est? num iniquom postulo? Ter. Phorm. 2, 3, 64. Sa. cupio, aequi modo aliquid. Ae. vah, leno iniqua me non volt loqui, Ad. 2, 1, 33. aequitas fit ex iniqui contemplatione manifestior, Quint. 12, 1,

35. habet aliquid ex iníquo omne magnum exemplum, Tac. A. 14, 44. — *Adv.*: quod-praedam **inique** divisisset, AVict. Vir. ill. 23, 4. sed quae maxime rem continerent, erant, utrum restituerentur, quos Achaei damnaverant, nec ne, inique an iure occidissent, quos occiderant, Liv. 39, 48, 2. qua ego hunc amorem mi esse avi dicam datum, aut quid ego unquam erga Venerem inique fecerim, qui sic tot amanti mi obviam eveniant morae? Plaut. Cas. 3, 4, 26. at hoc ipsum, inquies, inique facis, qui hostilis animi in rem publicam homines cives appelles, Brut. b. Cic. ad Brut. 1, 4, 2. illis, qui expulsi sunt inique, sed tamen legibus reducti, Dom. 33, 87. nocentium poenas legibus inique constitutas, si homines ad maleficia non sponte veniunt, sed fato trahuntur, Gell. 7 (6), 2, 5. is quidem eductus ad consules, qui tum in crimen vocabatur, se inique a tuis iactatum graviter querebatur, Cic. Planc. 23, 55. edepol ne nos sumus inique aeque omnes invisae viris, Ter. Hec. 2, 3, 1. u. vgl. Hec. alt. prol. 46. rure ego viventem, tu dicis urbe beatum: cui placet alterius sua nimirum est odio sors: stultus uterque locum immeritum causatur inique: in culpa est animus, qui se non effugit umquam, Hor. Ep. 1, 14, 10.

ĭnĭtiālis, e, **den Uranfang betreffend, erster, anfänglicher, ursprünglicher**, o elementorum origo initialis, Apul. M. 4, 30. in. controversiae status de rigore pertinens ad materiam transcendit in controversiam quae est loco tertio de fine, Agrim. p. 25, 26. u. so p. 70, 2. 5. 72, 5. initialis sapientiae vetus - auctoritas, Amm. 17, 4, 8.

ĭnĭtiāmenta, orum, *n.*, die **Mittel zur Weihe** in etw., haec eius (sapientiae) initiamenta sunt, per quae non municipale sacrum, sed ingens deorum omnium templum, mundus ipse, reseratur, Sen. Ep. 14, 2, 28 (90).

ĭnĭtiātio, ōnis, *f.*, die **Einweihung in einen geheimen Dienst, die Feier e. geheimen Dienstes**, peregrinatione quidem Graeciae et Eleusinis sacris, quorum initiatione impii et scelerati voce praeconis summoventur, interesse non ausus est, Suet. Ner. 34.

ĭnĭtiātor, ōris, *m.*, **der Urheber**, novi testamenti, Tert. adv. Marc. 4, 14.

ĭnĭtiātrix, īcis, *f.*, die **Urheberin**, litteraturae, Tert. ad Nat. 2, 7.

ĭnĭtio, āvi, ātum, āre, 1) *alqd.*, etw. **anfangen**, im *Pass.* **den Anfang nehmen**, absque conventione personae legitimae initiatum iurgium videtur, Imp. Hon. et Theod. Cod. 3, 6, 3. ver enim tum initiatur, cum cet., Firmic. Math. 2, 12. quam (brassicam) inchoante transferemus Augusto vel irriguo loco vel pluvia initiante madefacto, Pallad. 7, 4. ex his initiata sunt cetera, Tert. adv. Valent. 15. — 2) *alqm.*, Jmdn. in etw. **einführen**, in etw. **einweihen**, vorzugsw. in e. **Geheimdienst**: nocturna mulierum sacrificia ne sunto praeter olla, quae pro populo Romano rite fient: neve quoi initianto, nisi, ut adsolet Cereri, Graeco sacro, XII. tabb. b. Cic. Leg. 2, 9, 21. u. vgl. dazu: excipis, credo, illa (sacra), quibus ipsi initiati sumus, und: ad nostras (leges) igitur revertor, quibus profecto diligentissime sanciendum est, ut mulierum famam multorum oculis lux clara custodiat initienturque eo ritu Cereri, quo Romae initiantur, 2, 15, 36 u. 37. u. so: Cereri initiantur, Tert. Pall. 4. qui ab Orpheo sacrorum sollemnibus initiatus Phrygiam religionibus inplevit, Justin. 11, 7, 14. mater adulescentulum adpellat: se pro aegro eo vovisse, ubi primum convaluisset, Bacchis eum se initiaturam, damnatam voti deûm benignitate exsolvere id velle, Liv. 39, 9, 4. magos secum adduxerat, magicis etiam cenis eum initiaverat, Plin. 30, 2 (6), 17. u. vgl.: et deorum etiam adhibuerunt opes ritu quodam sacramenti vetusto velut initiatis militibus, Liv. 10, 38, 2. und: haec manus (Atticorum imitatorum) quasi quibusdam sacris initiata ut alienigenam - insequebantur, Quint. 12, 10, 14. u. von lebl. Dingen: quae quidem (sica) quibus abs te initiata sacris ac devota sit, nescio, Cic. Cat. 1, 6, 16. mysticis disciplinis initiatum (anulum), Amm. 29, 1, 31; — *abs.*: porro autem Geta ferietur alio munere, ubi era pepererit: porro autem alio, ubi erit puero natalis dies: ubi initiabunt, Ter. Phorm. 1, 1, 15. montes - sacris Liberi patris et coetu Maenadum Orpheo primum initiante celebratos, Mel. 2, 2, 2. omitto Eleusina, sanctam illam et augustam, „ubi initiantur gentes orarum ultimae", Enn. (trag. 169) b. Cic. ND. 1, 42, 119. reminiscere, quoniam es initiatus, quae tradantur mysteriis, Tusc. 1, 13, 29. Acarnanes duo iuvenes per initiorum dies non initiati templum Cereris imprudentes religionis cum cetera turba ingressi sunt, Liv. 31, 14, 7. sicut sanctiora sacrorum tantum initiati sciunt, ita in philosophia arcana illa admissis receptisque in sacra ostenduntur: at praecepta et alia eiusmodi profanis quoque nota sunt, Sen. Ep. 15, 3, 64 (95); auch = baptizare, Tert. Monog. 8; — im Allg.: aliis enim chartis, aliis sum litteris initiatus, Plin. Ep. 5, 15, 8. neque enim est sanctius sacris iisdem quam studiis initiari, Quint. 1, 2, 20. solem ac lunam et stellas quinque, quibus ab errore nomen est - ipsa suo motu in orientem ab occidente procedere non solum literarum profanis sed multis quoque doctrina initiatis abhorrere a fide - iudicatum est, Macrob. Somn. Scip. 1, 18, 2. iussi ergo discubuimus et gustatione mirifica initiati vino etiam Falerno inundamur, Petron. 21, 6.

ĭnĭtium, ii, *n.* (ineo), **der Beginn, Anfang** (meist im Singul., doch auch im Plur. theils mit Rücksicht auf mehrere Subjecte, theils mit Bezug auf verschiedene Elemente u. Beziehungen, welche in einem Begriff zusammenzufassen sind, u. so bes. technisch; im silbern. Zeitalter wird der Begriff noch durch primus geschärft od. beschränkt), 1) im Allg., vgl. zunächst Stellen mit entgegengesetzten u. synonymen Begriffen: ubi ab initiis incipiendum, ubi more Homerico e *mediis* vel *ultimis*, Quint. 7, 10, 11; habent enim omnia initium, *incrementum*, *summum*, ut iurgium, deinde caedes et strages, 5, 10, 71. u. so im Ggst. zu summa, pr. 5. 1, 1, 23; ut *finem* atque initium lucis exiguo discrimine internoscas, Tac. Agr.

12. corporis et fortunae bonorum ut initium, sic finis est, Sall. J. 2, 3. non in eiusdem potestate initium eius (belli) et finem esse, 83, 1. ab initio principatus eius usque ad finem, Eutr. 7, 8. neque emptio agrorum exercita ad formam senatus consulti, acribus, ut ferme talia, initiis, incurioso fine, Tac. A. 6, 17. cuius (schematis) et initia inter se et fines iidem sunt, Quint. 9, 3, 31; natura vero se sic habet, ut, quo modo initium nobis rerum omnium ortus noster adferat, sic *exitum* mors, Cic. Tusc. 1, 38, 91. eius collega L. Bestia bonis initiis orsus tribunatus - tristes exitus habuit consulatus, Brut. 34, 128; ceteris in rebus statim ab initio principatus usque ad exitum civilis et clemens, Suet. Vesp. 11; postquam L. Sulla armis recepta re publica bonis initiis malos *eventus* habuit, rapere omnes cet., Sall. C. 11, 4. initia in potestate nostra sunt: de eventu fortuna iudicat, Sen. Ep. 2, 2, 16 (14); breviter pro Caecina Cicero initia, causas, effecta, antecedentia, consequentia complexus est, Quint. 7, 3, 29. u. vgl.: omnium bellorum initium et *causam* hinc sumpsit, Suet. Aug. 10. struebat iam fortuna in diversa parte terrarum initia causasque imperio, Tac. H. 2, 1; ad quas (virtutes) nobis etiam ante, quam doceremur, initia quaedam ac semina sunt concessa natura, Quint. 2, 20, 6. — Mit *Genit.* eines Zeitbegriffes, im *Singul.*: initio veris praecordiorum inflatione temptabatur, Suet. Aug. 81. initio aestatis Lepidus - pervenit ad Caesarem, Vell. 2, 115, 2. quaedam Italiae civitates diem, quo primum ad se venisset, initium anni fecerunt, Suet. Aug. 59. tribuni militum initio anni fuerunt, Liv. 4, 7, 11. quam (spem futurorum) et ostentis et praedictionibus ab initio aetatis conceperat, Suet. Tib. 14. und *abs.*: initio, vom Anfang an, Anfangs, anfänglich, ursprünglich, für's Erste, quem ad modum senatus initio censuit, Cic. Fam. 1, 7, 4. quod - initio locum tumulumque tenuissent, Caes. BC. 1, 47, 2. Hiempsal reperitur occultans se tugurio mulieris ancillae, quo initio pavidus et ignarus loci perfugerat, Sall. J. 12, 5. u. vgl. 28, 7. 66, 2. 102, 1. C. 2, 1. 4. 3, 3. 6, 1. 39, 5. 56, 2. 5. initio cum Pisandro praetore - per internuntios colloquitur, Nep. Alc. 5, 3. u. vgl. Thras. 1, 5. Eum. 13, 2. Att. 21, 2. adeo grave visum est quod initio dubitabatur an omnino crimen esset, Plin. Ep. 3, 9, 18. ut initio dixi, Quint. 11, 1, 42. comites servosque ceteros initio statim ad expediendas pecunias, quibus redimeretur, dimiserat, Suet. Caes. 4. minime - illo posse confido loco malum finiri, quo conceptum est initio, Phaedr. 1, 20, 7; qui mortales initio Africam habuerint divorsum est, Sall. J. 17, 7. u. vgl. 18, 1. C. 6, 1. ab his (Corinthiis) initio Syracusae erant conditae, Nep. Timol. 3, 1. Britanniam qui mortales initio coluerint, indigenae an advecti, inter barbaros parum compertum, Tac. Agr. 11; und so: laborantibus iam suis Germanos - submittit, quos ab initio habere secum instituerat, Caes. BG. 7, 13, 1. id nunc ego quoque audiam, Claudiae genti iam inde ab initio nihil antiquius in re publica patrum maiestate fuisse, semper plebis commodis adversatos esse, Liv. 6, 40, 3. nos certe sic esse ab initio formatos, ut possemus orare pro nobis -, manifestum est, Quint. 2, 20, 6; u. mit correspondirenden Zeitpartikeln: qui initio proditor fuit, *deinde* perfuga, qui primo - deinde -, Cic. SRosc. 40, 117. nam initio occidit Hiempsalem fratrem meum, deinde patrio regno me expulit, Sall. J. 24, 6. u. vgl.: sic primis initiis sexum mentita puer esse credita est, magnas deinde res gessit, Justin. 1, 2, 4; initio, quale ubique, silentium noctis, dein concuti ferrum, vincula moveri: — tum crebrescere fragor, Plin. Ep. 7, 27, 8; et initio quidem Galliam Cisalpinam - accepit, *mox* per senatum Comatam quoque, Suet. Caes. 22. u. so Quint. 12. pr. 1; in diplomatibus libellisque et epistolis signandis initio sphinge usus est, mox imagine Magni Alexandri, novissime sua, Dioscuridis manu sculpta, Suet. Aug. 50; cui consuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit, Cic. ad Brut. 1, 10, 1; vgl. noch: quae (vasa) iacta initio risum pugnantibus concitarunt: postquam cet., Nep. Hann. 11, 5. u. vgl. Sall. J. 6, 2. nam et initio - et cum -, Nep. Pelop. 5, 1. — Ferner mit *Genit.* einer Amtsthätigkeit u. dgl., im *Singul.*: secundi consulatus initio Kalendis ianuariis eum (Ingurtham) in triumpho duxit, Vell. 2, 12, 1. liberalia studia imperii initio neglexit, Suet. Dom. 20. ab initio principatus, Suet. Vesp. 11. Eutr. 7, 8; im *Plur.*: Dionysius inter initia regni avunculos fratrum suorum veluti aemulos imperii sui - ad divisionem regni tollere gestiebat, Justin. 21, 1, 3. circa initia imperii, Suet. Claud. 7. inter initia principatus, Dom. 3; auch: qui fine Augusti et initiis, Tiberii auditis ob iustitium intermiserat solita munia, Tac. A. 1, 16. neque fratris initiis neque suae respondit consuetudini, Vell. 1, 9, 2. ne fulgor suus orientium iuvenum obstaret initiis - commeatum ab socero atque eodem vitrico acquiescendi a continuatione laborum petiit (Tib. Nero), 2, 99, 2. u. vgl.: ac tamen initia fastigii Caesaribus erant, Tac. A. 3, 29. — Ueberh. mit *Genit.* einer Thätigkeit od. Thatsache, im *Singul.*: nec tamen ludorum primum initium procurandis religionibus datum aut religione animos aut corpora morbis levavit, Liv. 7, 3, 1. nequeo mearum rerum initium ullum invenire idoneum, unde exordiar narrare, Ter. Hec. 3, 3, 1. cuius rei memoriaeque publicae retinendae causa ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mucium pontificem max. omnes singulorum annorum mandabat litteris pontifex max., Cic. dOr. 2, 12, 52. hinc quaero, quam ob causam initium rerum ac legum suarum hinc duxerint, ut populus R. suffragio privaretur, Agr. 2, 7, 17. initium repentini tumultus ac defectionis ortum est ab -, Caes. BG. 5, 26, 1. initio statim tumultus multa et immania - creditur destinasse, Suet. Ner. 43. ne quod initium belli nasceretur, Hirt. BG. 8, 6, 6. alios in alia loca opportuna praemisisse, qui initium belli facerent, Sall. C. 27, 4. nec vero dubito quin exitiosum bellum impendeat, cuius initium ducetur a fame, Cic. Att. 9, 9, 2. Bocchus initio huiusce belli legatos Romam miserat

foedus et amicitiam petitum, Sall. J. 80, 4. cum initio belli Crassum Mucianum - interemisset, Vell. 2, 4, 1. reputans, quid initio belli Memnon suasisset, Curt. 3, 9 (4), 3. ingravescit enim in dies intestinum malum nec externis hostibus magis quam domesticis laboramus, qui erant omnino ab initio belli, Cic. ad Brut. 1, 10, 1. ex consulatu ipsius primo usque ad initium civilis belli, Suet. Caes. 83. tu, T. Quincti, equitem intentus ad primum initium moti certaminis teneas, Liv. 6, 12, 10. hoc initium in urbe Roma civilis sanguinis gladiorumque impunitatis fuit, Vell. 2, 3, 3. quo die si per amicos mihi cupienti in senatum venire licuisset, caedis initium fecisset a me, Cic. Phil. 5, 7, 20. initio caedis orto difficilis modus, Tac. H. 1, 39. ea res magnae initium cladis fuit, Sall. C. 53, 33. neque - Caesarem fefellit, quin ab iis cohortibus, quae contra equitatum in quarta acie collocatae essent, initium victoriae oriretur, Caes. BC. 3, 94, 3; — mit *Gen. Gerund.*: initium vescendi primus fecit, Suet. Dom. 4. cum eo se consulem initium agundi facturum, Sall. C. 21, 3. bene ac sapienter - maiores instituerunt ut rerum agendarum ita dicendi initium a precationibus capere, Plin. Pan. 1, 1. ab his fit initium retinendi Silii atque Velanii, Caes. BG. 3, 8, 2. si ab illis initium transeundi fieret, 2, 9, 1. quum C. Pansa consul, imperator, initium cum hostibus confligendi fecerit, Cic. Phil. 14, 14, 36. cum his agit, ne initium inferendi belli ab Massiliensibus oriatur, Caes. BC. 1, 35, 1. initium detegendae saevitiae praebuit - Fortunatus libertus, Tac. A. 16, 10; ferner: agendi initium (causas) secundum vires cuiusque sumendum est, Quint. 12, 6, 1. ut reperiri non posset, a quibus initium appellandi nasceretur, Caes. BC. 3, 20, 2. initium ferendi ad Vespasianum imperii Alexandriae coeptum, Tac. H. 2, 79. cuius consularibus ludis initium fabularum dandarum fecerit (Terentius), Suet. vit. Ter. p. 293, 31. initium ergo dicendi dedit natura, initium artis observatio, Quint. 3, 2, 3. inde primum initium mirandi Graecarum artium opera - factum est, Liv. 25, 40, 2; — im *Plural.*: initia Romanae urbis enarrat, Quint. 1, 6, 12. rerum novarum initia coniurationesque - compressit alias alio tempore, Suet. Aug. 19. quod spectaculum stantis ex diverso hinc Romani, illinc Parthorum exercitus - sub initia stipendiorum meorum tribuno militum mihi visere contigit, Vell. 2, 101, 2. omnium penes hos initia pugnarum, Tac. G, 31. gnarus, ut initia belli provenissent, famam in cetera fore, H. 2, 20; — *absol.* im *Sing.*: corporum mox fortissimorum educatio a lacte cunisque initium ducit, Quint. 1, 1, 21. clarissimum deinde omnium ludicrum - Olympiorum initium habuit, Vell. 1, 8, 1. initium (vom Nero abzufallen) facientibus Gallis duce Iulio Vindice, Suet. Ner. 40. initio (der Gährung) apud Parthos orto, Tac. A. 2, 1. initio (des Ueberganges) per Hispaniam a prima Adiutrice legione orto, H. 3, 44. respondit a Romulia tribu se initium esse facturum, Cic. Agr. 2, 29, 78. apud rhetorem initium sit historia, Quint. 2, 4, 2. ab initio ut res sit gesta enoda mihi, Turpil. 14. ab initio Italia excedere constituerat, Caes. BC. 1, 27, 2; — magnae parti et vir indignus ea calamitate et haud parvo initio minui videbatur ius libertatis, Liv. 23, 10, 4. conscientia illigare (eum) conisa est tali initio, Tac. A. 15, 51. numquam tam ab tenui initio tantae opes sunt profligatae, Nep. Pelop. 2, 3. und: quorum imperii maiestas, neque ita multo post ab hoc initio perculsa concidit, §. 4; — im *Plur.*: prima initia frequenter caesis hostibus prospera fuerant, Justin. 4, 3, 6. eius anni principio mollibus adhuc initiis prolatatum inter Parthos Romanosque de obtinenda Armenia bellum, Tac. A. 13, 34. non ultra paucos dies, quamquam acribus initiis coeptum, mendacium valuit, Tac. H. 2, 72; — mit *Genit.* einer mündlichen od. schriftlichen Thätigkeit, eines Buches, einer Kunst, Wissenschaft u. dgl., im *Singul.*: narrationis incipit mi initium, Ter. Andr. 4, 2, 26. initium narrationis quidem ubique faciendum a persona putant, Quint. 4, 2, 129. paene ab initio narrationis, 11, 3, 144. initium sumpsit historiae post caedem Caesaris, Suet. Claud. 41. adolescentulus vero sic initio accusationis exanimatus sum, ut cet., Cic. dOr. 1, 26, 121. Caesar initio orationis sua senatusque in eum beneficia commemoravit, Caes. BG. 1, 43, 4; initio Eunuchi Terentius „quid igitur faciam?" inquit, Quint. 9, 3, 16. expressitque eclogam ad se, cuius initium est cet., Suet. vit. Hor. p. 298, 6. cur non initium edicti nascatur a Kal. ian., Quint. 5, 10, 76. initium hexametri statim invenias, 9, 4, 78; hinc initium eius artis fuisse manifestum est, 10, 1, 3. initium quoque eius (grammaticae) mediocre extitit, Suet. Gr. 1; — mit *Gen. Gerund.*: querellae ne tum quidem gratae futurae, cum forsitan necessariae erunt, ab initio certe tantae ordiendae rei absint, Liv. praef. 12. de cuius hominis moribus pauca prius explananda sunt, quam initium narrandi faciam, Sall. C. 4, 5. aliud dicendi initium sumendum est, Cic. Leg. 2, 1, 1. quae si recte semper initio dicendi tractarentur, nihil prooemio opus esset, Quint. 4, 1, 25; — *absol.*: scio, inquit, ab isto initio tractum esse sermonem, Cic. Brut. 6, 21. initium quodcumque debet habere aliquam prooemii speciem: neque enim abrupte nec unde libuit incipiendum, quia est aliquid in omni materia naturaliter primum, Quint. 3, 8, 6. unde initium fecimus, Mel. 3, 10, 6. ab initio est ordiendus, Nep. Them. 1, 1. initium a parvis ceperamus: mox velut aura sollicitante provecti longius cet., Quint. 12. pr. 2. seditio exarserat, quam altiore initio - repetam, Tac. H. 2, 27. rem breviter narrare poterimus, si inde incipiemus narrare, unde necesse erit, et si non ab ultimo initio repetere volemus, AHer. 1, 9, 14. nulla sit ars, qualis inventa est, nec intra initium stetit: nisi forte nostra potissimum tempora damnamus huius infelicitatis, ut nunc demum nihil crescat, Quint. 10, 2, 8; est his (opinionibus) initium ex iis, quae credunt bona aut mala: inde errores existunt et pessimi affectus, 5, 10, 34; — im *Plur.*: circa initia statim primi libri - et mox cet., Quint. 1, 5, 44. hanc moram initiis impero,

veris aut fumo tota discutitur, Plin. 11, 17 (18), 58; — levi iniectu operto capite (leonis), 8, 16 (21), 54. novoque iniectu solidat graves arenas, Stat. Silv. 4, 3, 22.

ĭnĭgo, ēgi, actum, ĭgere, **hinein-, hintreiben**, folia eius (seridis) decerpentes dant (anseribus), ne si *eo* inegerint, ubi nascitur, aut obterendo perdant, aut ipsi cruditate pereant, Varr. RR. 3, 10, 5; Athenis *in* arcem non inigi (capram) praeterquam semel ad necessarium sacrificium, 1, 2, 20. in nutricatu cum parere coeperunt (oves), inigunt in stabula ea, quae habent ad eam rem seclusa, 2, 2, 15. equum in oves inigo, Front. ad M. Caes. ep. 2, 15; auch: navem-Romam inegisset, BParth. p. 203. *ed. Mai.*; — *abs.*: quibus in locis messes sunt factae, inigere (oves) est utile, Varr. RR. 2, 2, 12. apud alios exteritur (frumentum) grege iumentorum inacto et ibi agitato perticis, quod ungulis e spica exteruntur grana, 1, 52, 2; — eum - praeceps inegit, stürzte ihn hinab, Apul. M. 4, 12.

iniĭcio od. **inĭcio**, ieci, iectum, iĭcĕre od. ĭcĕre (inĭcio, inĭcis, inĭcit u. s. w., ist so gut wie obicio, subicio zu lesen: injicio injicis, injicit und die erste Sylbe zu dehnen, vgl. Gell. 4, 17, *perf.*: iniexit = iniecerit, Plaut. Pers. 1, 2, 17), I) **hineinwerfen, -schleudern, -stürzen, einwerfen, -schlagen, überh. entgegenwerfen, -schleudern, hin-, zuwerfen, übtr. theils im Allg., hineinschleudern, -stürzen, -jagen, hinein- od. in etw. versetzen, hinwerfen, -halten, ein-, entgegenhalten, theils bes. einjagen, mit Nachdruck od. mit Gewalt u. dgl., einflößen, an-, beibringen, veranlassen, erregen**, 1) eig.: sese medium iniecit periturus *in* agmen, Virg. A. 2, 408. audieram et legeram clarissimos nostrae civitatis viros se in medios hostes ad perspicuam mortem pro salute exercitus iniecisse, Cic. Dom. 24, 64. quae sese in ignem inicere voluit, prohibui, Ter. Andr. 1, 1, 113; — diras - *ad* fastigia taedas iniciunt adduntque rogos, VFlacc. 2, 235; — mit *Dat.*: arsuras adversa fronde cupressus faucibus iniecit mediis, Claud. Rapt. Pros. 3, 393. et Capitolinis iniecit sedibus ignes, Cic. poët. Div. 1, 12, 19. primus rex ignem regiae iniecit, Curt. 5, 22 (7), 5. captis (castris) - iniecit Acilius ignem, Liv. 40, 31, 9. accenso regis Lysimachi rogo iniecit se flammae, Plin. 8, 40 (61), 143. detractam sibi atque discissam (vestem) iniecēre flammae, Suet. Caes. 84; Lucullus - profusae huius in aedificiis convictibusque et apparatibus luxuriae primus auctor fuit, quem ob iniectas moles mari et receptum suffossis montibus in terras mare haud infacete M. Pompeius Xerxen togatum vocare assueverat, Vell. 2, 33, 4; — *absol.*: commisce mulsum: struthea coluteaque adpara, bene ut in scutris concaleant, et calamum iniice! Plaut. Pers. 1, 3, 7. latitudo vomeris caespites versat: semen protinus iniciunt cratesque dentatas supertrahunt, Plin. 18, 18 (48), 173. fulgore . . . praefervido ardor iniectus Iunonis e dextra ingenti incidit, Att. 652. tunc undique ignis iniectus cuncta comprehendit, Curt. 6, 23 (6), 30. quum in Palatio mea domus ardebat, non casu aliquo, sed ignibus iniectis instigante te, Cic. Pis. 11, 26. quem dudum non ulla iniecta movebant tela, Virg. A. 2, 726; extraque vestibulum me iniecta manu duxit, die Hand geben, reichen, Petron. 133, 4. iniecta manu ut adsurgat enitar, Apul. M. 1, 6. iniecta manu me renitentem - secum attraxit, 3, 10. manu pistori clementer iniecta, 9, 30. manu firmiter iniecta Milo - producit ad lavacrum proximum, 3, 12. iniecta dextera clementer me trahere adoritur, 1, 26; — quantula priva queant nobis iniecta ciere corpora sensiferos motus in corpore, Lucr. 3, 378. quilibet ex via pulvis iniectus, Cels. 3, 19.

2) übtr. a) im Allg.: si immensam et interminatam in omnes partes magnitudinem regionum videretis, *in* quam se iniiciens animus et intendens ita late longeque peregrinatur, ut cet., Cic. ND. 1, 20, 54. atque in hanc flammam recentem tum C. Iunium, qui illi quaestioni praefuerat, iniectum esse, Cluent. 29, 79. in morbum inici, Caecil. 262. in horunc familiam hodie frustrationem iniciam maxumam, Plaut. Amph. 3, 1, 15; — mit *Dat* od. *absol.*: seseque haut nescia morti inicit (fera), Virg. A. 9, 553. nova sontibus arma iniciam regnis totumque a stirpe revellam exitiale genus, Stat. Theb. 1, 241. iniecta est fax foeda ac luctuosa rei publicae, Cic. Har. resp. 21, 45. vim esse factam, cui periculum mortis sit iniectum, Cic. Caecin. 29, 83; Liber pater ei caliginem iniecit, Hygin. fab. 2; — dives et praepotens naturae regnum scrutatus iniciam stilum, qua nostrae urbis, qua ceterarum gentium priscis ac memorabilibus institutis, VMax. 2, 1. *in.*; continuo iniecisse verba tibi Dromeonem scilicet, Ter. Heaut. 5, 1, 19. mentio si qua de Capitolini furtis iniecta Petilli te coram fuerit, Hor. Sat. 1, 4, 94. sed homo ad caedem imminens meum nomen operis ediderat, imperitis iniecerat, Cic. Dom. 6, 14. qui quum mihi in sermone iniecisset se velle Asiam visere, non modo cet., Fam. 12, 16, 2. Bruto quum saepe iniecissem de ὁμοπλοίᾳ, non perinde atque ego putaram adripere visus est, Att. 16, 5, 3. an vero id, quod Hortensium, quia nuper iniecit et quia Naevius id semper clamitat, dicturum arbitror, non fuisse Naevio parem certationem cum Alfeno illo tempore -? Quinct. 21, 68.

b) insbes., mit *Dat.* od. *absol.*: videmus hominibus inspiratam velut aurigam rectricemque membrorum animam sensusque iniectos ad ea discernenda, quae tactu quaeque naribus auribusque et oculis indagantur, Col. 3, 10, 9. cui primum mentem iniecit, ut vi irritare ferroque lacessere fortissimum virum auderet, Cic. Mil. 31, 84. quod si ista nobis cogitatio de triumpho iniecta non esset, cet., Att. 7, 3, 2. iniecta'st spes patri posse illam extrudi, Ter. Phorm. 4, 4, 10. a magistratibus de re nova vocato senatu mutatio animis iniecta est, ut cet., Liv. 5, 27, 10. magno studio hominibus iniecto, Suet. Rhet. 1. multo maior alacritas studiumque pugnandi maius exercitui iniectum est, Caes. BG. 1, 46, 4. tantum ardorem militibus iniecit, ut cet., Justin. 3, 5, 10. ad iniiciendum voluptatem his praefecturae, honore aliquo habendi sunt, Varr. RR.

1, 17, 6. iniecta est illi divitiarum cupiditas, Phaedr. 1, 29, 5. strenuo alioquin cupiditatem consequendi transfuga iniecerat, Curt. 5, 36 (13), 12. quantam perturbationem rerum urbanarum adferat obitus consulum quantamque cupiditatem hominibus iniiciat vacuitas, non te fugit, Cic. Fam. 11, 10, 2. petit a Venere, ut Medeae amorem iniiceret, Hygin. fab. 22. ut cuivis iniiceret admirationem sui, Nep. Iphicr. 3, 1. qui furor dicitur ei inter delenimenta Marciae iniectus, Lamprid. Commod. 8. prior uxor eius accusata iniecisse carminibus et veneficiis vecordiam marito, Tac. A. 4, 22. insania a Minerva iniecta, Hygin. Poet. astr. 2, 13. puellis iniiciat curam quaerendi singula, quali sit facie cet., Hor. Sat. 1, 6, 31. itaque adeo magnam mi inicit sua commoditate curam, Ter. Ad. 4, 5, 76. affirmatio Pori multiplicem animo regis iniecerat curam, Curt. 9, 8 (2), 8. iniecerat curam, ne in omen verteretur irritum inceptum, 3, 2 (1), 17. suspicionem iniiciant hostibus, his locis esse castra, Nep. Eum. 9, 4. quum tanta consilii infamia et tam atrocis rei suspicio esset iniecta, Cic Cluent. 38, 106. tenuissima suspicione praedonum aut hostium iniecta, Agr. 2, 29, 80. timet: inieci scrupulum homini, Ter. Ad. 2, 2, 20. hic tum iniectus est hominibus scrupulus et quaedam dubitatio, quidnam esset actum, Cic. Cluent. 28, 76. inieci scrupulum, Ter. Phorm. 5, 7 (8), 61. non mediocri scrupulo iniecto, Suet. Claud. 37. quum - Cotta decemviris religionem iniecisset non posse nostrum sacramentum iustum iudicari, Cic. Caecin. 33, 97. litterae T. Quincti cunctationem iniecerunt, quibus auctor erat praetorem classemque Romanam expectandi, Liv. 35, 25, 5. metum et fugam perduellibus meis [iniciam] med ut sciant quo sim genere natus, Plaut. Pseud. 2, 1, 15. quo audito his ex dolore metus et illis ex gaudio stupor inicitur, Justin. 6, 7, 12. non per illum omnibus pecuniosis Siculis metum propositum et iniectum, Cic. II. Verr. 5, 9, 24. tantum metum iniecit asperiora suadentibus, Suet. Caes. 14. L. Lucullo liberius resistenti tantum calumniarum metum iniecit, ut cet., 20 excidio Uspensium metus ceteris iniectus, Tac. A. 12, 17. quibus ostentatione virium metum se inicere existimabat, Justin. 25, 1, 7. eo (quo) metu iniecto, Cic. II. QFratr. 1, 3. Suet. Cal. 38. quod factum omnibus maximum timorem iniecit, Nep. Dion. 7, 1. magnus multitudini timor est iniectus, Alc. 3, 3. quibus rebus qui timor bonis omnibus iniectus sit quantaque desperatio rei publicae - nolite a me commoneri velle, Cic. Mur. 25, 50. diuque tenuisset (proelium), ni cruenta scuta Romanorum visa indicium alterius cladis Poenis atque inde pavorem iniecissent, hic terror in fugam avertit omnes, Liv. 25, 39, 10. iste - formidinem illam suam Agyrinensibus miseris iniiciebat, Cic. II. Verr. 3, 28, 68, magnum - nostris terrorem iniecit, Caes. BC. 3, 23, 2. u. so Cic. Prov. cons. 18, 43. Nep. Hann. 5, 2. Liv. 27, 39, 12. inprovisa res ingentem iniecit terrorem, Liv. 27, 32, 3. magnum beluae iniecēre terrorem, Curt. 8, 49 (14), 23. terrore iniecto, Liv. 5, 28, 7. [mortis sibi terrore iniecto] horrescunt, Pacuv. 359. b. Cic. Fin. 5, 11, 31. tum iniecta trepidatio est, cum resistendi spes nulla esset, Liv. 44, 28, 11. ne - temere a me tantus tumultus iniectus civitati videretur, Cic. Cat. 3, 3, 7. quidam et a Cenomanis terga repente in ipso certamine adgressis tumultum ancipitem iniectum auctores sunt, Liv. 32, 30, 11. u. vgl. 37, 30, 10. vultis hoc certamen uxoribus vestris inicere, Quirites, ut divites id habere velint, quod nulla alia possit, 34, 4, 15. senatu inde misso pro se quisque aurum argentum et aes in publicum conferunt tanto certamine iniecto, ut cet., 26, 36, 11. quae (comitia) certamine inter tribunos dictatoremque iniecto perfici non potuerunt, 27, 6, 2. iniecta contentione Duillius consules - cum interrogasset, quid de comitiis consularibus in animo haberent, cet., 3, 64, 6. hostium potius exercitibus illum furorem, illam discordiam inicerent orabat, Tac. H. 3, 10. immixtusque castris hostium de industria, imprudenter rixam iniiciens interemptus est, Vell. 1, 2, 1.

II) darauf-, darüberwerfen, -schleudern, -schütten, über-, umwerfen, auf-, über-, um etw. werfen, kräftig od. gewaltsam auf-, über etw. legen, strömen od. gehen lassen u. dgl., 1) im Allg., eig. u. bildl., neben *super* od. *Adv.*: mota dea est spississque ferens e nubibus unam me super iniecit, Ov. M. 5, 621. opus super immaturum funus consumpturis viscera mea flammis iniicere, Quint. 6. pr. 3. se interfectum in plaustrum a caupone esse coniectum et supra stercus iniectum, Cic. Div. 1, 27, 57. eo super tigna bipedalia iniciunt eaque laminis clavisque religant, Caes. BC. 2, 10, 3. deprensis navibus celeriterque coniunctis atque eo militibus iniectis - sine contentione oppido potitur, BG. 7, 58, 4; — iniecta *in* puppem hostium dextera et abscisa, Suet. Caes. 68. tragulam in te iniicere adornat! nescio quam fabricam facit, Plaut. Epid. 5, 2, 25. funditores sagittariique concita tela in elephantos frequentes iniciunt, Auct. BAfr. 83, 2. soleas mihi duce, pallium iniice, Archylis, in med huc, Plaut. Truc. 2, 5 (3), 26. Marius - iniecto in collum loro in carcerem Minturnensium iussu duumviri perductus est, Vell. 2, 19, 2; — mit *Dat.* od. *absol.*, Erde, Material, Blumen, Wasser u. dgl.: tu mihi terram inice, Virg. A. 6, 366. nec terram inicere neque cruenta convestire corpora mihi licuit nec miserae lavere lacrimae salsum sanguinem, Enn. trag. 167. neque iniecta tumulabor mortua terra, Catull. 64, 153. licebit iniecto ter pulvere curras, Hor. Od. 1, 28, 36. u. vgl. umgekehrt dicht.: sed subitis victus telis labentia membra prostravit super atque iniecta morte (v. Sterbenden) tegebat, Sil. 6, 31. pede pulverem iniecit, Hygin. Poet. astr. 2, 13. iniecta monstris Terra dolet suis, Hor. Od. 3, 4, 73. u. vgl.: iamque Giganteis iniectam faucibus Aetnen - liquerat, Ov. M. 14, 1. u. iniectam fesso dum pectore molem commovet experiens gemituque reponit inani (Typhon), VFlacc. 2, 32. saxo pilae, quae totum onus sustinent, instructae sunt, super pilas lapide quadrato solum

stratum est, patiens terrae, quam altam iniiciunt, et humoris, quo rigant terras, Curt. 5, 5 (1), 33. u. vgl. 4, 12 (3), 7. proiectis iis (arboribus) repentinoque aggere iniecto flumen transierunt, Auct. BAl. 29, 4. quorum corporibus cum impleta fossa esset, velut aggere aut ponte iniecto transitum hostibus dedit, Liv. 26, 6, 2; haec directa materia iniecta contexebantur, Caes. BG. 4, 17, 8. impositae erant trabes validae, quibus iniecta tabulata muros et tegebant et pervios fecerant, Curt. 8, 37 (10), 26; latet iniecta splendida mensa rosa, Ov. F. 5, 336. inde per iniectis adopertam floribus ingens serpit humum, M. 15, 688; mira dehinc cernit: surgentis mole profundi iniectum terris subitum mare nullaque circa litora et infusos stagnantes aequore campos, Sil. 3, 46. vorticibus torquet rapidis mare fractaque anhelant aequora et iniecto conduntur gurgite montes, 1, 593. aquae marinae quam vetustissimae, si erit, si minus ad tertiam partem recentis aquae marinae decoctae congios duos iniicito, Col. 12, 22, 2; — Kleider u. dgl.: multa vestimenta corpori iniecta, Cels. 4, 11 (5). eis vestem perperam iniecerat, Hygin. fab. 1. iniecta lateant fac tibi veste pedes, Ov. AA. 3, 266. ut cunctanti squalor ablutus est et iniecta vestis purpura auroque distincta et fides a iurantibus facta, serio iam rex - in regiam pervenit, Curt. 4, 4 (1), 23. eique (Iovi) laneum pallium iniecit, quum id esse [aptum] ad omne anni tempus diceret, Cic. ND. 3, 34, 83. prome, quod inicias humeris victoribus, ostrum, Ov. Pont. 3, 4, 101. atque ita mi iniecto dixerunt rursus amictu: i nunc et noctes disce manere domi, Prop. 3, 27 (2, 29), 21. galeam dilectaque cingula regi inicit, VFlacc. 3, 342. fulgentia pingui murice suspirans inicit velamina et auro intextam chlamydem, Sil. 10, 569. ut terra tecta esset stramentis neque huc amplius quam pellis esset iniecta, Nep. Ages. 8, 2. tu tamen iniecta tectus, vesane, lacerna potabis galea fessus Araxis aquam, Prop. 4, 11 (3, 12), 7. in componenda toga vel etiam ex integro iniicienda duntaxat in iudiciis paulum commorandum, Quint. 11, 3, 156. spirantique adhuc detrahi anulum et pulvinum iussit inici, Suet. Cal. 12; vgl. noch d. Verbindungen: raptim tunicas iniectus, Apul. M. 9, 20. u. vgl. 11, 10. iuvenem quempiam linteis amiculis iniectum - producit in medium, 2, 28. mitellis et crocotis et carbasinis et bombycinis iniecti, 8, 27; iniectos humeris siccantem sole capillos, Ov. M. 11, 770; — Arme, Fesseln, Waffen u. dgl.: ardentibus focis inicit manum, Flor. 1, 4 (10), 5. intus emortuo corpori manus iniecta protinus habitum eius sentit, Cels. 7, 29. inicit Aesonides dextram atque ardentia mittit cornua, dein totis propendens viribus haeret, VFlacc. 7, 587. quamvis candida milies puella euntem revocet manusque collo ambas iniiciens roget morari, Catull. 35, 8. u. vgl.: vidi ego te toto vinctum languescere collo et flere iniectis, Galle, diu manibus, Prop. 1, 13, 15. ibat, ut iniceret sperato bracchia collo, Ov. M. 3, 389. summo digitorum vincula collo inicit, 9, 77. qua (tempestate) centum quisque parabat inicere anguipedum captivo brachia caelo, 1, 183. iniecto cervicibus laqueo, Suet. Vit. 17. inicite manicas [actutum] huic mastigiae, Plaut. Capt. 3, 5, 1. et inieci catenas Arminio et a factione eius iniectas perpessus sum, Tac. A. 1, 58. iste hominibus miseris innocentibus iniici catenas imperat, Cic. II. Verr. 5, 41, 106. u. vgl. so Liv. 1, 58, 8. Tac. H. 4, 13. Curt. 4, 24 (5), 21. 6, 31 (8), 22. u. dicht.: iniectus Spartanis colla catenis Regulus, Sil. 4, 359. vincla Caecinae iniciunt, Tac. H. 3, 14. recte invictus (appellabitur), cuius etiam si corpus constringatur, animo tamen vincula iniici nulla possint, Cic. Fin. 3, 22, 76. u. vgl. Virg. Ecl. 6, 19. nec quisquam ferme est purgatus vinculumque ingens immodicae cupiditatis iniectum est, näml. possessoribus, wenn nicht cupiditati zu lesen ist, Liv. 10, 13, 14. ordinem rectum evaganti frena licentiae iniecit, Hor. Od. 4, 15, 9. iniecta manu ferrea et retenta utraque nave diversi pugnabant, Caes. BC. 1, 58, 4. u. so Liv. 30, 10, 17. 37, 30, 10. ferreae quoque manus - quas operibus hostium iniicerent, Curt. 4, 9 (2), 12. manus ferreas et alia adnexu idonea inicere, Sall. H. 3, 21. multis telis iniectis complures vulneribus adfecēre, Auct. BHisp. 23, 2. ingentem hi vim telorum iniecere et elephantibus et regentibus, Curt. 8, 49 (14), 25; quam te securim putas iniecisse petitioni tuae, quum cet., Cic. Mur. 24, 48. u. ex omnibus illa plaga est iniecta petitioni tuae non tacente me maxima, 23, 48; — Lebende: tritum iter ad pabula speculatus (draco) ab excelsa se arbore inicit (elephanto), Plin. 8, 12 (12), 33. raptus ab suis atque alteri equo iniectus fugit, Liv. 27, 32, 6.

2) insbes. a) jurist.: manum iniicere, mit *Dat.*, die Hand auf etw. legen, um es als Eigenthum in Anspruch zu nehmen, an etw. sein Eigenthumsrecht geltend machen, eig. u. bildl., dann überh. = Hand an Jmdn. (od. etw.) legen, um sich seiner Person zu versichern, sie zurückzuhalten, von etw. abzuhalten u. dgl., als Zeichen der Gewalt: iniciam dominas in mea iura manus, Ov. Am. 2, 4, 30. inice non timidas in tua iura manus, Her. 8, 16. atque etiam in ea lege adscribere est: ubi quadruplator quempiam iniexit manum, tantidem ille illi rursus iniiciat manum et aequa parte prodeant ad treviros, Plaut. Pers. 1, 2, 17. post id ego te manum iniiciam quadrupli, venefica, subpostrix puerûm, Truc. 4, 2, 49. inspectis diligentius signis iniecit utramque laciniae manum magnaque vociferatione „latrones: tenete" clamavit, Petron. 14, 5. oscula si dederis, fiam manifestus amator et dicam „mea sunt" iniciamque manum, Ov. Am. 1, 4, 39. quem Venus iniecta vindicat alma manu, F. 4, 90. vix me continui, quin sic laniata capillos clamarem „meus est" iniceremque manus, Her. 12, 157; — ad expoliandum corpus, qui vulneraverat, alacer gaudio accurrit: quem ut iniicere corpori suo manus sensit - linquentem revocavit animum, Curt. 9, 20 (5), 11. u. vgl. 8, 23 (6), 21. 10, 5 (1), 37. inicio ego phrenetico manum, Petr. 115, 5. u. vgl. 8, 4. ne male dispari (Tyn-

daridi) incontinentes iniciat manus, Hor. Od. 1, 17, 25. iniecta manu depulit rostris (Gracchus C. Octavium), Flor. 2, 2 (3, 14), 5. iniciuntque manus puerumque revellere pugnant, Ov. F. 6, 515. iniecique manum fortemque ad fortia misi, M. 13, 170. quae digredientium a tanto viro omnium lacrimae, quam paene ei patria manum iniecerit, iusto servemus operi, Vell. 2, 99, 3. ipsa mihi veritas manum iniecit et paullisper consistere et commorari cogit, Cic. QRosc. 16, 48. secutus deinde est consulatus C. Caesaris, qui scribenti manum iniicit et quamlibet festinantem in se morari cogit, Vell. 2, 41, 1. iniecta manu detinebant penes se publicum defensorem, Amm. 18, 6, 2. illum cunctantem adhuc surgere, qui proximi ei cubuerant, iniectis manibus iurgantes monentesque conabantur abducere, Curt. 8, 5 (1), 40. animus quidem ipse sacer et aeternus est et cui non possit inici manus, Sen. Cons. ad Helv. 11, 7. quanta est gloria genti, iniecisse manum fatis, Lucan. 3, 242. u. dagegen: ut senior leto canentia lumina solvit, iniecere manum Parcae telisque sacrarunt Evandri, Virg. A. 10, 418; dicht.: illa avidas iniecta manus heu sera cientem auxilia et magni referentem nomen amici detrahit, VFlacc. 3, 562; vgl. noch: nam certo scio nunc febrim tibi esse, quia non licet huc inicere ungulas, Plaut. Pseud. 2, 2, 47. — b) medicin.: super has (fascias) iniiciendum latiore linteo ceratum est, quod eas contineat, Cels. 8, 10, 1; ac super quoque recte quaedam malagmata iniiciuntur, 4, 17 (10). supraque farina hordeacea iniicitur, 5, 18, 4. supraque iniicienda spongia est in acetum ante demissa, 5, 28, 12; — quae (emplastra) cruentis protinus vulneribus iniiciuntur, 5, 19. protinus emplastrum iniiciendum, 5, 27, 1. medicamentum iniicitur, 6, 15. si ulcus aequale est, ceratum ex rosa iniiciendum est adiiciendusque ei pulvis ex contrita testa cet., 5, 28, 2. duobus linis iniicienda est (sutura), und: prius interiori membranae sutura iniicienda est sic, ut cet., und: dein glutinantia sunt iniicienda, 7, 16. fibula oris cutis iniicienda est, 7, 4, 1. u. vgl. 7, 22. 5, 26, 23. quae (mitella) latitudine ipsi brachio, perangustis capitibus iniicitur, 8, 10, 3. unum aut alterum linamentum iniiciendum, 8, 4. qui (uncus) vel oculo vel auri vel ori, interdum etiam fronti recte iniicitur, und: uncus alae iniiciendus, 7, 29. semel iniecta (fascia), 5, 26, 24. iniectum vinculum, 5, 26, 23.

ĭnĭmīcālis, e, feindlich, stimuli, Sidon. Ep. 1, 3.

ĭnĭmīce u. ĭnĭmīcĭter, *Adv.*, s. inimicus.

ĭnĭmīcĭtia, ae, *f.*, die Feindschaft, feindselige Stimmung, - Gesinnung, im Plur. Feindschaft, feindliches Verhalten, - Benehmen, feindliche Haltung, Feindseligkeiten (Ggstz. amicitia), mit subj. u. object. Genitiv. (vgl.: inimicitiam - quae ratio est, quamobrem C. Caesar vel dictam esse a veteribus vel dicendam a nobis non putat? Gell. 19, 8, 6. u. vgl. §. 3 sq. mit Berufung auf die nachher angeführte Stelle des Ennius; u. so als plurale tantum genannt b. Charis. p. 33, 15. u. Exc. p. 549, 14. Diom. p. 328, 1., aber als Sing. mit Berufung auf Attius, Charis. p. 96, 7.), im *Singul.* archaist. od. als Abstractum: eo ego ingenio natus sum: aeque inimicitiam atque amicitiam in frontem promptam gero, Enn. trag. 7. haut doctis dictis certantes sed maledictis miscent inter se inimicitiam agitantes, 274. set cesso inimicitiam integrare? Pacuv. 111. cumque eo reveni ex inimicitia in gratiam, Plaut. Stich. 3, 1, 8. dolo malo autem videtur hoc facere, si evidens arguatur eius vel gratia vel inimicitia vel sordes, Ulp. Dig. 5, 1, 15. u. vgl. die philos. Definition: quae autem libidini subiecta sunt, ea sic definiunt, ut - inimicitia (sit) ira ulciscendi tempus observans, Cic. Tusc. 4, 9, 21. — Im *Plural.*, mit *Attrib.*: veteres, Caes. BC. 1, 3, 4. BG. 6, 12, 7. insitae, Cic. Font. 15, 33 (11, 23). nobiles, bekannte, Liv. 27, 35, 7. 40, 45, 7. nobilissimae, 39, 4, 8. paternae, 44, 25, 1. privatae, Caes. BC. 3, 16, 3. Tac. A. 3, 12. alienae, Cic. Fam. 5, 4, 2. graves, Ter. Phorm. 2, 3, 23. Cic. DiC. 20, 66. Fam. 2, 18, 2. Sall. C. 49, 2. Vell. 2, 45, 1. Quint. 6, 3, 34. graviores, Cic. Prov. cons. 9, 22. maxumae, Sall. H. 2, 41, 4. truces, Hor. Ep. 1, 19, 48. non mediocres, Cic. II. Verr. 5, 60, 181. — Verbindungen im log. *Subj.*: in amore haec omnia insunt vitia: iniuriae suspitiones inimicitiae indutiae bellum, pax rursum, Ter. Eun. 1, 1, 15. vulgatum illud, quia verum erat, in proverbium venit, amicitias inmortales, mortales inimicitias debere esse, Liv. 40, 46, 12. neque me vero poenitet mortales inimicitias, sempiternas amicitias habere, Cic. RPostum. 12, 32. nullae sunt inimicitiae nisi amoris acerbae, Prop. 2, 8, 3. periculosioros sunt inimicitiae iuxta libertatem, Tac. G. 21. erant ei veteres inimicitiae cum duobus Rosciis Amerinis, Cic. SRosc. 6, 17. u. so Liv. 39, 4, 8. Quint. 4, 2, 13. eho, non tu dixti esse inter eos inimicitias, carnufex? Ter. Andr. 5, 2, 11. u. so Cic. Cluent. 61, 169. Liv. 27, 35, 7. 40, 45, 7. 44, 25, 1. quod quidem facerem vehementius, nisi intercederent mihi inimicitiae cum istius mulieris viro, Cic. Cael. 13, 32. ne inim. graves insequantur, Quint. 6, 3, 34. tam longum otium inim. non tulerunt, Justin. 3, 7, 1. ut ne quas inimicitias residere in familiis nostris arbitretur, Cic. Att. 14, 13B, 4; — im log. *Obj.*: amicitias inimicitiasque non ex re, sed ex commodo aestimare, Sall. C. 10, 5; ira truces inimicitias et funebre bellum (genuit), Hor. Ep. 1, 19, 48. vocemus te ad nullas inim., sed tamen pluris nostram libertatem quam tuam amicitiam aestimemus, Brut. et Cass. b. Cic. Fam. 11, 3, 4. multos offenderas, inim. domui contraxeras, Quint. 7, 1, 53. hinc accusationes potentium reorum et adsignatae etiam domibus inimicitiae, Tac. Or. 36. numquam tam graves ob hanc inim. caperem in vostram familiam, Ter. Phorm. 2, 3, 23. Trio facilis capessendis inimicitiis et foro exercitus, Tac. A. 5, 11. inimicitiae sunt: subeantur; labor: suscipiatur; etenim tacitae magis et occultae inim. timendae sunt quam indictae atque apertae, und: quid habent eorum inim. periculi, quorum animos iam ante habueris inimicos et invidos, quam ullas inim. susceperis?

cessisset, Sall. H. 3, 61, 1. propter quam iniuriam - ab Arimino - adversum patriam cum exercitu venit (Caesar), Eutr. 6, 19. qui - propter multorum annorum iniurias alienati a senatu putabantur, Cic. Phil. 12, 4, 10. aures nobis calliscerunt ad iniurias, Cato frg. p. 56, 2. neque ego vos hortor - uti contra iniurias armati eatis, Sall. J. 31, 6; adeamne ad eum et cum eo iniuriam hanc expostulem? Ter. Andr. 4, 1, 15. qui ita putant, sibi fieri iniuriam ultro, si quam fecēre ipsi expostules, Ad. 4, 3, 4; — im *Dativ.*: ipse acer, bellicosus: at is, quem petebat, quietus, imbellis, placido ingenio, opportunus iniuriae, metuens magis quam metuendus, Sall. J. 20, 2. in aetatem infirmam et iniuriae obnoxiam nemini debet nimium licere, Quint. 1, 3, 17. u. vgl. 11, 3, 29. si eius dignitas graviori subiacere non posset iniuriae, Lamprid. Al. Sev. 18. ite obviam iniuriae, Sall. J. 14, 25; — im *Genit.*: periculosum provinciis genus iniuriae confirmari iudicio, Cic. II. Verr. 3, 97, 225. hoc iniuriae genus verecundius inest passis quam ausis, Quint. 11, 1, 84. novo iniuriae genere, Treb. Poll. trig. tyr. 29. Caeninenses - erant, ad quos eius iniuriae pars pertinebat, Liv. 1, 10, 2. u. vgl. 3, 44, 10. ne quis divitiarum magis quam iniuriae causa bellum inceptum diceret, Sall. C. 51, 5. neque victis quicquam praeter iniuriae licentiam eripiebant, 12, 4. Manlius in Etruria plebem sollicitare, egestate simul ac dolore iniuriae novarum rerum cupidam, 28, 4. iniuriarum remedium est oblivio, Syr. 222; quid tibi tandem, Deciane, iuiuriae factum est? Cic. Flacc. 29, 70. iure fecerunt multi: nihil in ea re tibi iniuriae feci, QRosc. 11, 32. decrevi tantisper me minus iniuriae meo gnato facere, Ter. Heaut. 1, 1, 95; patiens ovis iniuriae, Phaedr. 1, 5, 3. Perseus, novus rex, omnis iniuriae insons, suo beneficio paternas simultates oblitterans, Liv. 41, 24, 11. oblivisceretur omnium iniuriarum, Nep. Eum. 6, 1. prius illi invidiam metuere quam vos iniuriae pertaesum est, Sall. H. 3, 61, 8; gerichtl.: reus est iniuriarum, Quint. 3, 6, 19. iniuriarum formulam intendere alci., Suet. Vit. 7. enumquam iniuriarum audisti mihi scriptam dicam? Ter. Phorm. 2, 2, 15. qui postulabatur iniuriarum, Suet Aug. 56. iniuriarum agere u. ini. actio, Cic. Caecin. 12, 35. Quint. 3, 6, 19. Ag. rapiamus in ius. Ha. minume. Ag. quapropter? Ha. quia iniuriarum multam indici satius est, Plaut. Poen. 5, 5, 56. iniuriarum (controversia), Quint. 7, 4, 32; — im *Ablat.*: iniuria abs te adficior indigna, pater, Enn. trag. 155. si cogites, remittas iam me onerare iniuriis, Ter. Andr. 5, 1, 8. ne antepositus filio privignus iniuria et invidia animos vulgi turbaret, Tac. A. 12, 69. qua maxime iniuria instinctus, Suet. Caes. 19. fraudatus quamvis et dolens iniuria, Phaedr. 4, 25, 17. dignus hac iniuria fui, Petr. 91, 6. dabitur iusiurandum, indignum te esse iniuria hac, Ter. Ad. 2, 1, 12. uti quisque locupletissimus et iniuria validior, Sall. H. 1, 10; gerichtl.: illi - simulantes fictas litium series et nunc provocantes alter alterum iniuria nunc agentes gratias, quod cet., Vell. 2, 118, 1; — qui vos ab omni tutas praestem iniuria, Phaedr. 1, 33, 9. deos hominesque testamur - nos arma neque contra patriam cepisse neque quo periculum aliis faceremus, sed uti corpora nostra ab iniuria tuta forent, Sall. C. 33, 1. ab iniuria Maurum prohibet, J. 107, 1. eam (Orestillam) ab iniuria defendas, C. 35, 6. ut teneriores annos ab iniuria sanctitas docentis custodiat, Quint. 2, 2, 3. restitutae urbes Asiae, vindicatae ab iniuriis magistratuum provinciae, Vell. 2, 126, 4; minume miror qui insanire accipiunt ex iniuria, Ter. Ad. 2, 1, 43. quem patrum aut plebis esse, qui aut se tanto periculo sciens offerat, aut cui ex iniuria insanientis exercitus causa recte committatur? Liv. 7, 39, 10; ego neque de meo studio neque de non nullorum iniuria scribendum mihi arbitror, u. dann: quid enim - de aliorum iniuriis querar, quod sine summo dolore facere non possum? Cic. Fam. 1, 4, 3. legatos ad Iugurtham de iniuriis questum misit, Sall. J. 20, 5; — hercle iniuria dispertivisti: pinguiorem agnum isti habent, Plaut. Aul. 2, 5, 4. ne palma detur quoiquam artifici iniuria, Poen. prol. 36. neque iis neque eorum sociis iniuria bellum illaturum, si in eo manerent, quod convenisset, Caes. BG. 1, 36, 5. si me meis civibus iniuria suspectum tam graviter atque offensum viderem, carere me aspectu civium, quam infestis omnium oculis conspici mallem, Cic. Cat. 1, 7, 17. Si. gaudebam. So. non iniuria: nam cet., Ter. Andr. 1, 1, 33. Th. metuebant omnes iam me. Gn. non iniuria, Eun. 3, 1, 43. non iniuria sibi illud accidere, Cic. ND. 3, 37, 89. hoc horret Milo: nec iniuria, QFratr. 3, 8, 6. in rebus minoribus socium fallere turpissimum est aequeque turpe atque illud, de quo ante dixi: neque iniuria, propterea quod cet., SRosc. 40, 116. quarum (stellarum) te cursus aequabiles aeternique delectabant: nec mehercule iniuria, ND. 3, 9, 23. u. vgl. Curt. 3, 21 (8), 20. und: inexperta remedia haud iniuria ipsis esse suspecta, 3, 13 (5), 15. u. so 7, 28 (6), 21.

b) insbes. in sittlicher Beziehung, die **Entehrung**, aequorei vim passa dei est (Caenis): ita fama ferebat: utque novae veneris Neptunus gaudia cepit, „sint tua vota licet" dixit „secura repulsae: elige, quid voveas". — Magnum „Caenis ait" facit haec iniuria votum, tale pati nil posse, mihi: da femina ne sim, Ov. M. 12, 197 sqq. neque iniuriam tibi factam a Gitone quereris, Petron. 109, 3. ne maiorem iniuriam in secreto frater acciperet, consurrexi ad officium nuptiale, 25, 7. accessi tentaturus, an pateretur iniuriam, 140, 11. quum filius eius - Lucretiam - stuprasset eaque de iniuria marito et patri et amicis questa fuisset, Eutr. 1, 8. u. vgl.: per hunc, inquit, castissimum ante regiam iniuriam sanguinem iuro cet., Liv. 1, 59, 1; — mitto illam primam libidinis iniuriam, Auct. b. Quint. 9, 2, 47. hominibus iniuria tui stupri illata in ipsos dolori non fuit, Cic. Har. resp. 18, 38; — inde procedentes ad quaestum dotes corporis iniuria contrahebant, VMax. 2, 6, 15. tetrum facinus crudele nefarium tyrannicum esse, quod genus iniuria mulierum, AHer. 2, 30,

49. ipsa iam extra periculum iniuriae muliebris sum, Liv. 26, 49, 12.

2) metón. α) an lebl. Dingen verübt od. von ihnen ausgehend: das **Unrecht**, die **Beleidigung**, **Verletzung**, **Beschädigung**, der **Schaden**, **Nachtheil**, qui'st, qui nostris tam proterve foribus facit iniuriam? Plaut. Rud. 2, 4, 1. tanquam solidos alligaturus, quibus non soleat venter iniuriam facere, Petr. 102, 10. imitator autem est Atticorum (Calvus) fecitque illi properata mors iniuriam, Quint. 10, 1, 115. fecit idem et cocos magiriscia appellatos parvolis potoriis, e quibus ne exemplaria quidem liceret exprimere, tam opportuna iniuriae subtilitas erat, Plin. 33, 12 (55), 157. divisio quoque affert eandem iniuriam pudori, ut si intercapedinis nominativo casu quis utatur, Quint. 8, 3, 46. scilicet ut trabeis iniuria cresceret olim, has in fronte notas, hoc dedecus addidit oris luxuriae Fortuna suae, Claud. in Eutr. 1, 119. in translatione et medicina est desinuntque sentire iniurias, ut gethyum, porrum, raphani, apium cet., Plin. 19, 12 (60), 183. eaque per se non tanta, ut concitent morbum, tamen obnoxium magis aliis iniuriis corpus efficiant, Cels. I. prooem. p. 10. opportuniores eae partes iniuriae sunt, quae iam male habent, Cels. 2, 10. illo loco tenerum adhuc (os) iniuriae sub tenui cute expositum est, 8, 9, 1. omne autem os, ubi iniuria accessit, aut vitiatur aut finditur aut frangitur aut foratur aut colliditur aut loco movetur, 8, 2. si plerumque tales iniurias (Schlangenbisse u. dgl.) comitetur et febris, Plin. 22, 7 (8), 18; — hac (fenestrae), cum serenus dies et inmotus, omnes, cum hinc vel inde ventus inquietus, qua venti quiescunt, sine iniuria patent, Plin. Ep. 2, 17, 16. nulla stirps ante quam deponatur vexata et infracta melius provenit, quam quae integra et inviolata sine iniuria deposita est, Col. 3, 18, 2. qui desiderabatur repente apparuit incolumis ac sine iniuria, Suet. Aug. 14; — haec (Aegyptus) inopina siccitate usque ad iniuriam sterilitatis exaruit, Plin. Pan. 30, 2. dignum ergo imperator, mansuetudine tua minuere orbitatis iniurias nec pati quemquam filio amisso insuper adfici alio dolore, 88, 5; — mutabam ego frequentissime vultum, iniuriis scilicet inimici nostri hilaris, commodis tristis, Petron. 92, 12. integritatem atque abstinentiam in tanto viro referre iniuria virtutum fuerit, Tac. Agr. 9; — vites in ultimo scrobe deponi oportet materiasque earum per scrobem porrigi, deinde ad arborem erigi atque ab iniuria pecoris caveis emuniri, Col. 5, 6, 21. caeterum etiam post ignis iniuriam melius renasci (veprem), nulli dubium est, 11, 3, 7. quidquid denique sub iniuria pluviarum magis diuturnum est, pro conditione regionis ad hunc usum eligitur, 9, 1, 3. non aestuum, non frigorum, non grandinum aut nivis iniuriam expavescit (cytisus), Plin. 13, 24 (47), 134. quod pruinarum iniuria fit, Plin. 17, 24 (37), 222. u. vgl. §. 226. pueros exponi iubet et puellam vinculis onerat, ex quorum iniuria decessit, Justin. 43, 2, 4. Zeuxidos manus vidi nondum vetustatis iniuria victas, Petron. 83, 1. commendabat memoriam suam orabatque ut se ab iniuria oblivionis adsereret, Plin. Ep. 3, 5, 4. — β) das **widerrechtlich Genommene**, omnium primum ratus tueri publicam fidem, partim edicto partim iudiciis etiam in pertinaces ad obtinendam iniuriam redditis suas res Syracusanis restituit, Liv. 29, 1, 17.

iniūrie, *Adv.*, s. iniurius.

iniūrio, ātum, āre, *intr.*, **unrecht handeln** od. *tr.* **unrecht behandeln**, **verletzen**, im *Pass.*: plus victoriatum est quam iniuriatum, Tert. adv. gnost. 6. a quo iniuriatus esse sentitur (elephas), Cassiod. Var. 10, 30.

iniūriōsus, a, um, **voll widerrechtlichen Gebahrens**, **ungerecht**, **übermüthig**, **frech**, **verletzend**, quod si poena, si metus supplicii, non ipsa turpitudo deterret ab iniuriosa facinorosaque vita, nemo est iniustus aut incauti potius habendi sunt improbi, Cic. Leg. 1, 14, 40. contentumque victoria sua punitis auctoribus miserorum civium iniuriosi exilii omnibus se veniam dare, dicit, Justin. 18, 7, 16. avaritia iniuriosa appetitio alienorum, Aller. 4, 25, 35; — iniurioso ne pede proruas stantem columnam, Hor. Od. 1, 35, 13. cum - circumfossor iniurioso ictu verberavit vel etiam subarator inprudens luxavit radices, Plin. 17, 24 (37), 227. donec cinis iniuriosis aridus ventis ferar, Hor. Epod. 17, 34; — iniuriosi sunt *in* proximos, Cic. Off, 1, 14, 44. in socios vero ipsos et in eos, de quibus agimus, foederatos iniuriosum et contumeliosum est his praemiis - exclusos esse fidelissimos et coniunctissimos socios, quae cet., Balb. 9, 24; im *comp.*: *adversus* patrem iniuriosior, Sen. Contr. 2, 12. u. *superl.*: genus hominum seditiosissimum vanissimum iniuriosissimum, Vopisc. Saturnin. 8. — *Adv.*: **iniuriose** C. Gracchus uti lex Papiria accipiatur: „nequaquam iniuriose nobis contumeliam imponi sinatis," Charis. p. 202, 9. qui in magistratibus iniuriose decreverant, eodem ipsis privatis erat iure parendum, Cic. I. QFratr. 1, 7, 21. quod velim temere et iniuriose de illo suspicati sint homines, ad Brut. 1, 13, 1; im *comp.*: maiores nostri saepe mercatoribus aut naviculariis iniuriosius tractatis bella gesserunt, Pomp. 5, 11. u. im *superl.*: quae in eos, qui iuste vivunt, iniuriosissime cogitatur, Augustin. de quaest. 83. no. 82.

iniūrius od. archaist. **iniūrus**, a, um, u. *Adv.* **iniurie**, **ungerecht**, Oderunt di homines iniuros. — Egone an ille iniurie facimus? Naev. 42. u. so vgl.: hinc est apud comicos iniurius, qui audet aliquid contra ordinem iuris, Serv. Virg. A. 9, 107. iniuriu's, qui quod lenoni nulli'st id ab eo petas, Plaut. Curc. 1, 1, 65. multimodis iniuriu's, Clitipho, neque ferri potis es, Ter. Heaut. 2, 3, 79. ipsus sibi esse iniurius videatur, neque id iniuria, Andr. 2, 3, 4; — tu nunc tibi id laudi ducis, quod tum fecisti inopia? iniurium'st, Ad. 1, 2, 26. id quoque possum ferre, modo si reddat, quamquam iniurium'st, 2, 1, 51. si tabulam de naufragio stultus adripuerit, extorquebitne eam sapiens, si potuerit? negat (Hecato), quia sit iniurium, Cic. Off. 3, 23, 89. nihil amori iniurium'st, Plaut. Cist. 1, 1, 102; — in-

iurium est mit *Inf.*: nunc ego mecum cogito, si mihi dat operam, me illi irasci iniurium'st, Aul. 4, 7, 19. Ph. tamen pol eandem iniurium'st esse omnibus. Sy. iniurium autem'st ulcisci advorsarios? Ter. Hec. 1, 1, 14 sq. sed indicta causa damnari absentem consularem virum iniurium esse, cum is rei publicae causa absit, Liv. 43, 5, 5; — inpure, inhoneste, iniure, inlex, labes populi cet., Plaut. Pers. 3, 3, 4. u. oben Att. 42. u. vgl.: iniurum periurum, PDiac. p. 110, 1.

iniussu, *abl.*, ohne Befehl, ohne Geheiß, mit *Pron. poss.* od. *Genit.*: incendor ira, esse ausam facere haec te iniussu meo, Ter. Hec. 4, 1, 47. u. so 4, 4, 82. Phorm. 2, 1, 1. dic mihi, placetne tibi primum edere (librum) iniussu meo? Cic. Att. 13, 21, 4. nam, ne vos falsa opinio teneat, iniussu meo Albani subiēre ad montes, sagt Tullus, Liv. 1, 28, 5; vetat enim dominans ille in nobis deus iniussu hinc nos suo demigrare, Cic. Tusc. 1, 30, 74. de quo foedere populus Romanus sententiam non tulit: iniussu suo nullo pacto potest religione obligari, Balb. 15, 34. tertiae aciei totique exercitui imperavit (Caesar), ne iniussu suo concurreret, Caes. BC. 3, 89, 4. senatus ita uti par fuerat decernit, suo atque populi iniussu nullum potuisse foedus fieri, Sall. J. 39, 3. quod ea omnia non modo iniussu suo et civitatis, sed etiam inscientibus ipsis fecisset (Dumnorix), Caes. BG. 1, 19, 1; C. Gracchus legem tulit, ne de capite civium R. iniussu vestro iudicaretur: hic popularis a duumviris, iniussu vestro, non iudicari de cive R., sed indicta causa civem R. capitis condemnari coëgit, Cic. Rabir. 4, 12; — quodsi vosmet ipsi hanc eandem exceptionem iniussu populi ad legem ascribi iubeatis, populus Thebanus id patieturne fieri? Inv. 1, 33, 56. u. so Suet. Tib. 2. iniussu enim populi senatusque fecerant (consules), Cic. Off. 3, 30, 109. ex auctoritate senatus latum ad populum est, ne quis templum aramve iniussu senatus aut tribunorum plebei partis maioris dedicaret, Liv. 9, 46, 7. iussu consulis conventuros neque iniussu abituros, 22, 38, 2. neque conveniatur ad edictum nec discernatur, interdiu nocte, aequo iniquo loco, iussu iniussu imperatoris pugnent, 8, 34, 10. u. vgl. 29, 27, 15. mittis iniussu praetoris: quo consilio? iussurum sciebas? quid, quum iussisset, tum mittere non poteras? Cic. Quinct. 26, 82. neque ex hibernis iniussu Caesaris discedendum existimabant, Caes. BG. 5, 28, 3. nec miles iniussu ducis arma capere poterat, Curt. 4, 49 (9), 13. ne Tanaim amnem regionis iniussu regis transirent, 7, 26 (6), 12; — *abs.*: pars equitatus Caesaris cum levi armatura contra Gaetulos iniussu ac temere longius progressi, Auct. BAfr. 61, 3. populus iniussu et altero die frequens iit supplicatum, Liv. 3, 63, 5. his consiliis dictator bellum trahebat gravemque edixerat poenam, si quis iniussu in hostem pugnasset, 7, 12, 12 u. vgl. 10, 4, 9. 40, 35, 7.

iniussus, a, um, unbefohlen, ungeheißen, von selbst, a) v. Leb.: tu Stygius inhumatus aquas amnemque severum Eumenidum aspicies ripamve iniussus adibis? Virg. A. 6, 375. omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos ut numquam inducant animum cantare rogati, iniussi numquam desistant, Hor. Sat. 1, 3, 3. te mixto flesset luctu iuvenisque senexque iniussusque puer, Lucan. 7, 39. deseris heu nostrum nemus aequalesque catervas, a misera, ut Graiis haut sponte vageris ad urbes! non iniussa tamen: neque te, mea cura relinquam, VFlacc. 6, 497; — illic iniussae veniunt ad mulctra capellae, Hor. Epod. 16, 49; — non iniussa cano, Virg. Ecl. 6, 9. — b) v. Lebl.: iniussaeque manus mirantia pectora tendunt! Claud Rapt. Pros. 3, 129. classica nulla sonant iniussaque tela vagantur, Lucan. 6, 78. iniussa virescunt carmina, Virg. G. 1, 55. iniussi consternitur ubere mali (Tellus), Col. 10, 16. ruborem sibi exprimere non possunt, nec prohibetur hic nec adducitur: nihil adversus haec sapientia promittit, nihil proficit: sui iuris sunt, iniussa veniunt, iniussa discedunt, Sen. Ep. 1, 11, 7.

iniuste, *Adv.*, s. iniustus.

iniustitia, ae, *f.*, das rechtswidrige od. ungerechte Gebahren, die Ungerechtigkeit, die Härte, iniustitiae genera duo sunt: unum eorum, qui inferunt, alterum eorum, qui ab iis, quibus infertur, si possunt, non propulsant iniuriam, Cic. Off. 1, 7, 23. totius autem iniustitiae nulla capitalior, quam eorum, qui tum, quum maxime fallunt, id agunt, ut viri boni esse videantur, 1, 13, 41. iniustitiae autem, intemperantiae, timiditatis quae semina essent, si his vitiis ratio non subesset? ND. 3, 28, 71. nihil interest utrum moderatas perturbationes approbent an moderatam iniustitiam, moderatam ignaviam, moderatam intemperantiam: qui enim vitiis modum apponit, is partem suscipit vitiorum, Tusc. 4, 18, 42; tot res circumvallant: vis egestas iniustitia solitudo infamia, Ter. Ad. 3, 2, 5. eum ego hinc eieci miserum iniustitia mea, Heaut. 1, 1, 82.

iniustus, a, um, ungerecht (denkend od. handelnd, verfahrend, gedacht od. gethan, ausgeübt, verhängt u. dgl.), rechtswidrig, der rechtl. Grundlage bar und ledig, unrechtmäßig, hart, a) v. Leb.: matrem ob iure factum incilas, genitorem iniustum adprobas, Att. 41. attigit iniusti regis Gortynia tecta, Catull. 64, 75. vir iniustus, fortis ad arma tamen (Tarquinius), Ov. F. 2, 688. nec Carneades ille, qui Romae audiente censorio Catone non minoribus viribus contra iustitiam dicitur disseruisse quam pridie pro iustitia dixerat, iniustus ipse vir fuit, Quint. 12, 1, 35. sic te olim pergere sensi, Iuppiter, iniustae quando mihi virginis (d. i. Dianae) armis concidit infelix et nunc chaos inplet Orion, VFlacc. 4, 121. teque, ait, iniusti, quae nunc premis, ira Tonantis ante precor, nostrae tandem iam parce senectae, 4, 474; — nec tu sis iniusta, Venus: vel serviat aeque vinctus uterque tibi, vel mea vincla leva, Tibull. 4, 5, 13. de hoc homine a bonis auctoribus sic scriptum accepimus, summam fuisse eius in victu temperantiam in rebusque gerundis virum acrem et industrium, eumdem tamen maleficum natura et iniustum, Cic. Tusc. 5, 20, 57. Romanos iniustos, profunda avaritia, communes omnium hostes esse, Sall. J. 81, 1. nemo

erit tam iniustus, qui me audierit, sit modo liber et civis, quin potius de praemiis meis quam de poena cogitandum putet, Cic. Flacc. 38, 97. si asperum dicas nimium severum, iniustum persuasione labi, pertinacem ultra modum tenacem esse propositi, Quint. 11, 1, 90. u. *subst.*: haec (Venus) notat iniustos supplicibusque favet, Tibull. 4, 13, 24. — b) v. Lebl.: est quidem iniustus dolor rerum aestumator, Sen. Troad. 549. stultae dum te iactare maritae quaeris et iniustis auribus apta loqui, Ov. Her. 12, 175. quae (causa) mihi non iniusta videtur, Cic. Att. 12, 31, 1. ubi iniusta causa est, Quint. 2, 17, 31. ardet et iniusti stimulis agitatur amoris, Ov. F. 2, 779. non iniusto dolore venerat ad accusandum, Quint. 11, 1, 68. saevit et iniusta lege relicta Venus, Tibull. 1, 5, 58. imperia eius iniusta, superba, crudelia barbaros nequivisse pati, Sall. C. 19, 4. servi aere parati iniusta imperia dominorum non perferunt, J. 31, 11. ubi primum ex nobilitate reperti sunt, qui veram gloriam iniustae potentiae anteponerent, moveri civitas - coepit, 41, 10. iratoque vocati ab Iove fatales ad regna iniusta cometae, VFlacc. 6, 608. u. vgl. dagegen: Daulida Threicio Phoceaque milite rura ceperat ille ferox iniustaque regna tenebat, widerrechtlich erworben, Ov. M. 5, 276. pars eorum occidisse tribunos plebis, alii quaestiones iniustas, plerique caedem in vos fecisse pro munimento habent, Sall. J. 31, 13. Piso oppugnatus in iudicio pecuniarum repetundarum propter cuiusdam Transpadani supplicium iniustum, C. 49, 2. iniusti repudii (controversiae), Quint. 7, 4, 38. atque ita correptum lacerat iniusta nece, Phaedr. 1, 1, 13. alios pedibus, quosdam manibus auribusque amputatis iniustisque barbararum litterarum notis in longum sui ludibrium reservaverant, Curt. 5, 17 (6), 6. paenitet iniusti tum denique Phinea belli, Ov. M. 5, 210. qui utriusque partis principibus castigatis cum iniusto faenore gravatum aes alienum, ipsis magna ex parte concedentibus, qui onerarant, levasset, iusti crediti solutionem in decem annorum pensiones distribuit, Liv. 42, 5, 9. et dedit amplexus iniustaque iusta peregit, die letzten Ehren hatten keine gerechte Grundlage, da die Tödtung des Coronis ungerecht war, Ov. M. 2, 627. ut steterit redimitus tempora vittis Phrixus et iniustas contectus nubibus aras fugerit, VFlacc. 1, 278. quia laedere vivos livor et iniusto carpere dente solet, Ov. Pont. 3, 4, 73; — saepe etiam iniustis collatum viribus hostem - ultro audax animis intratque et obumbrat et alte assilit, Stat. Theb. 6, 774. volo enim mihi tecum commune crimen, ut, si sustinere tantam quaestionem non potuero, iniusti oneris impositi tua culpa sit, mea recepti, Cic. Or. 10, 35. Samnites Sidicinis iniusta arma, quia viribus plus poterant, cum intulissent, coacti inopes ad opulentiorum auxilium confugere Campanis sese coniungunt, Liv. 7, 29, 4. non secus ac patriis acer Romanus in armis iniusto sub fasce viam quom carpit et hosti ante expectatum positis stat in agmina castris, Virg. G. 3, 346. una est iniusti caerula forma maris, Ov. Am. 2, 11, 12; — id quam iniustum in patriam et quam turpe et quam inutile esset non videbat, Cic. Off. 3, 21, 82. me vero iam pertimescente, ut illam non Norbani seditionem, sed populi R. iracundiam neque eam iniustam, sed meritam ac debitam fuisse ostenderes, Cic. dOr. 2, 50, 203. alteram (d. i. iram) quidem brevem et innoxiam, alteram (d. i. iracundiam) non iniustam fore, Suet. Claud. 38; — im *compar.*: homine inperito numquam quidquam iniustiu'st, qui quod ipse fecit nil rectum putat, Ter. Ad. 1, 2, 18. u. im *superl.*: priora tempora in ruinis rei publicae nostrisque iacuerunt, posteriora autem me a scribendo tuis iniustissimis atque acerbissimis incommodis retardarunt, Cic. Fam. 5, 17, 1. u. vgl. non iniustissimum ducitis inequitare, inludere tamquam stulta nobis et bruta dicentibus, Arnob. 2, 13; — *Subst. neutr.*: iura inventa metu iniusti fateare necesse est, Hor. Sat. 1, 3, 111. nihil iniustum ad augendum fiscum agens, Eutr. 8, 4; quam multa, iusta iniusta, fiunt moribus! Ter. Heaut. 4, 7, 11. quia non iusta iniusta prorsus omnia omnino obsequor, Ad. 5, 9, 33. ergo est lex iustorum iniustorumque distinctio ad illam antiquissimam et rerum omnium principem expressa naturam, Cic. Leg. 2, 5, 13. iniustaque numquam largiri sociis, Claud. Laud. Stich. 2, 103. tractare enim, quomodo aut pro falsis aut etiam pro iniustis aliquando dicatur, non est inutile, Quint. 12, 1, 34. u. vgl. 2, 15, 18. 12, 7, 7. — *Adv.*: cave malum et conpesce in illum dicere **iniuste**, Plaut. Bacch. 3, 3, 59. nec tuom quidem est, amicis per iocum ini. loqui, Poen. 3, 1, 70. meis consanguineis nolo te ini. loqui, 5, 2, 77. non verear ne ini. aut graviter mi imperet, Capt. 2, 2, 58. cum ab eo miles nescio quid improbe peteret et veniret contra Marcianus, quem suspicabatur et ipsum aliquid ini. rogaturum, Quint. 6, 3, 95. non ini. petierim morae veniam, 6. pr. 14. et Lucullus, memor tamen acceptae iniuriae, et Metellus Creticus, non ini. querens –, et cum iis pars optimatium refragabatur, ne cet., Vell. 2, 40, 5. Lacedaemonios male et ini. facere, qui cet., Nep. Them. 7, 6. facis ini., Laeli, si putas nostro periculo vivere tuos contubernales, Cic. Flacc. 17, 41. est enim nonnunquam pravus hic ambitus, adversus amicos aut pro his, quibuscum simultates gerant, pronuntiandi faciendique iniuste, ne fecisse videantur, Quint. 4, 1, 18. quam multa vero ini. fieri possunt, quae nemo possit reprehendere, Cic. Fin. 2, 18, 57. neque homini infanti aut impotenti ini. facta conducunt, 1, 16, 52. ut mihi si non inveniendi nova at certe iudicandi de veteribus iniungere laborem non ini. viderentur, Quint. pr. 2. ini. totum ducit venditque poëma, Hor. Ep. 2, 1, 75. fit nova Cycnus avis nec se caeloque Iovique credit, ut ini. missi memor ignis ab illo, Ov. M. 2, 377. qui ini. impetum in quempiam facit aut ira aut aliqua perturbatione incitatus, Cic. Off. 1, 7, 23. ita ut eam (pecuniam) nulli ini. auferret, Eutr. 7, 19. si ini. neminem laesit, Cic. Mur. 40, 87. qui id (d. i. regnare) ini. consecutus sit, Off. 3, 21, 84. numquam passus aliquem a castris ini. abesse, Spart.

Hadr. 10. quin etiam morbus ipse, sive subito solutus est, dein suppuratio exorta est, sive effuso pure permanet, non ini. terret, Cels. 7, 3; — im *superl.*: ita iniustissume luxuria et ignavia, pessumae artes, illis, qui coluēre eas, nihil officiunt, rei publicae innoxiae cladi sunt, Sall. J. 85, 43.

iniŭvĕnesco, ere, zum Jüngling heranwachsen, Mythogr. Vat. ap. A. Mai. auct. cl. t. III. p. 137.

inl-, f. ill-.

inm-, f. imm-.

innābĭlis, e, unbeschwimmbar, sic erat instabilis tellus, innabilis unda, lucis egens aër, Ov. M. 1, 16.

innarrābĭlis, e, unerzählbar, nicht wiederzugeben, Lact. carm. de Phoen. 56., doch schreibt *ed. Fritzsch.*: celeres etiam discriminat horas non errabilibus nocte dieque sonis; sonst erw. in b. Not. Tir. p. 72.

innascĭbĭlis, e, unerzeugbar, innascibilem virtutem, id est deum, in summis et illis infinitis partibus et in superioribus manere, Tert. de praescr. haeret. 46.

innascor, natus sum, nasci, darauf-, daran-, anwachsen, angeboren werden, in-, auf-, an etw. wachsen, innatum esse, angewachsen-, angeboren sein, meist.: innatus, angeboren (verb. ingenitus et inn., insitus atque inn., inn. atque insitus, insitus vel potius inn., u. im Ggsz. zu invitatus et evocatus, arcessitus, traditus, receptus), a) eig.: captique iam sunt (cervi) hedera in cornibus viridante ex attritu arborum ut *in* aliquo ligno teneris, dum experiuntur, innata, Plin. 8, 32 (50), 117; — mit *Abl. local.* od. *Dat.*: eodem innati solo, quod incolunt, Justin. 2, 6, 4. neglectis urenda filix innascitur agris, Hor. Sat. 1, 3, 37. u. vgl.: velut innati triviis (Fauni), AP. 245. te lapis et montes innataque rupibus altis robora, te saevae progenuēre ferae, Ov. Her. 7, 37; vulneri innatus tumor puerile foeda corpus urebat lue, Sen. Oed. 857; — *absol.*: quae passim adposita sunt, adfirmant innasci divinitus (auf der ἡλίου τράπεζα), und: Fortunataeque insulae abundant sua sponte genitis et subinde aliis super aliis innascentibus nihil sollicitos alunt, Mel. 3, 9, 2. humeros innato murice tectum caeruleum Tritona vocat, Ov. M. 1, 332 calvitium uni tantum animalium homini praeterterquam innatum, Plin. 11, 37 (47), 131. — b) übtr.: invidia *in* me nunquam innata est neque malitia, Plaut. Poen. 1, 2, 87. multo prius ipsa animi vis in capite aut umeris aut imis calcibus esse posset, et innasci quavis in parte soleret tandem in eodem homine atque in eodem vase manere, Lucr. 3, 790. hoc quum ceterae gentes sic arbitrantur, tum ipsis Siculis ita persuasum est, ut in animis eorum insitum atque innatum esse videatur, Cic. II. Verr. 4, 48, 106; — mit *Dat.*: unde haec est nobis innata potestas, Lucr. 2, 286. qui natura boni sapientesque gignuntur, quibus a principio innascitur ratio recta constansque, ND. 2, 13, 34. est quaedam animi incitatio atque alacritas naturaliter innata omnibus, quae studio pugnae incenditur, Caes. BC. 3, 92, 3. adfectata aliis castitas, tibi ingenita et innata interque ea, quae inputare non possis, Plin. Pan. 20, 2. non mihi avaritia umquam innata'st: satis habeo divitiarum, Plaut. Mil. gl. 4, 2, 71 (b. Fleckeis.: ignata'st). iracundia et temeritas, quae maxime illi hominum generi est innata, Caes. BG. 7, 42, 2. tanta vecordia innata quoiquam ut siet, Ter. Andr. 4, 1, 2. hinc parentium imperitorum inane gaudium, ipsis vero contemptus operis et inverecunda frons et consuetudo pessime dicendi et - arrogans de se persuasio innascitur, Quint. 2, 4, 16. inde ingens male interpretantibus innatus est error, qui cet., 3, 6, 6; auch: sciebas animum eius liberalibus disciplinis, quibus non innutritus tantum, sed innatus est, sic esse fundatum, ut supra omnes corporis dolores emineret, Sen. Cons. ad Polyb. 2, 5. — Bildl.: quo didicisse, nisi hoc fermentum et, quae simul *intus* innata est, rupto iecore exierit caprificus? Pers. 1, 24; — *absol.*: natura ius est, quod non opinio genuit, sed quaedam innata vis inseruit, ut religionem, pietatem cet., Cic. Inv. 2, 53, 161. quoniam insitas eorum vel potius innatas cognitiones habemus, ND. 1, 17, 44. innatam esse homini probitatem gratuitam, non invitatam voluptatibus nec praemiorum mercedibus evocatam, Fin. 2, 31, 99. habere (nos) etiam insitam quamdam vel potius innatam cupiditatem scientiae, 4, 2, 4. sed illud odiosum est, quod in hac elatione et magnitudine animi facillime pertinacia et nimia cupiditas principatus innascitur, Off. 1, 19, 64. conversae sunt omnium mentes summaque alacritas et cupiditas belli gerendi innata est, Caes. BG. 1, 41, 1. Cecropias innatus apes amor urguet habendi munere quamque suo, Virg. G. 4, 177. hunc innata libido extimulat, Ov. M. 6, 458. quo rabies innata perit? Claud. in Rufin. 1, 48. verum id vitium numquam decrevi esse adulescentiae: nam id innatum'st, Ter. Hec. 4, 1, 28. reliqua est ea causa, iudices, quae non iam recepta, sed innata, neque delata ad me, sed in animo sensuque meo penitus adfixa atque insita est, Cic. II. Verr. 5, 53, 139. non respiciendum ad haec, sed in promptu habenda, nec tamquam tradita, sed tamquam innata, Quint. 7, 10, 14. nam per se frigida et inanis affectatio, cum in acres incidit casus, innata videtur habere, non arcessita, 9, 3, 74.

innăto, āvi, āre, 1) hineinschwimmen, quum pisciculi parvi *in* concham hiantem innataverunt, Cic. ND. 2, 48, 123. — 2) in-, auf-, od. über etw. schwimmen, u. v. Flüssen: fließend sich verbreiten, übtr. oben darauf od. auf der Oberfläche schwimmen, auf od. über etw. wallen u. dgl., a) eig., von leb. u. lebl. Wesen, mit *Dat.* od. *Abl.*: qui et flumini innatant, Plin. 8, 25 (38), 93. haec (Nereis) caeruleae suspensa leaenae innatat, Claud. Nupt. Hon. et M. 164; aspicis, ut summa cortex levis innatet unda, Ov. Tr. 3, 4, 11. innatat unda freto dulcis leviorque marina est, Pont. 4, 10, 63. lanugo populi aut spina volitans aquisque pluma innatans, Plin. 18, 35 (86), 360. dulce (vinum) minus inebriat, sed stomacho innatat, austerum facilius concoquitur, 23, 1 (22), 38. lactuca innatat acri post vinum stomacho, Hor.

Sat. 2, 4, 59. u. vgl. Macr. Sat. 1. pr. 7. 7, 8, 2. Tiberis alveum excessit et demissioribus ripis alte superfunditur: — premit valles, innatat campis, quaque planum solum, pro solo cernitur, Plin. Ep. 8, 17, 2. certis tamen diebus auctu magno per totam spatiatus Aegyptum fecundus (Nilus) innatat terrae, Plin. 5, 9 (10), 54; — mit *Acc.*: nec non et torrentem undam levis innatat alnus missa Pado, Virg. G. 2, 451; — *abs.*: lacus (adeo est infirmus), ut folia etiam proximis decisa frondibus non innatantia ferat, sed pessum et penitus accipiat, Mel. 3, 9, 2. — b) übtr., mit *Abl.*: condensata (humus) subsidit ac velut innatantes radices vitium summo solo destituit, Col. 4, 1, 7. tenui vagus innatat unda crinis ad obscurae decurrens cingula mammae, wellenförmig, VFlacc. 3, 525; — scribendum certe nunquam est magis, quam cum multa dicemus ex tempore: ita enim servabitur pondus et innatans illa verborum facilitas in altum reducetur, sicut rustici proximas vitis radices amputant, quae illam in summum solum ducunt, ut inferiores penitus descendendo firmentur, welche auf der Oberfläche zum Vorschein kommt und der es an Tiefe mangelt, Quint. 10, 7, 28. illi vero, quibus propositum quidem melius sed cura in proximo est, haec velut innatantia videbunt cet., dann: at, qui naturam sequetur, illa cogitabit profecto cet., 7, 1, 45 sq.

innātūrālis, e, **unnatürlich**, Boëth. Arist. categ. 3. p. 178.

innātus, a, um (negat. in u. nascor), **ungeboren**, innatus deus, an non et innata materia? Tert. adv. Hermog. 5. u. vgl. adv. Valentin. 15. ne quid innatum et inconditum praeter solum deum crederemus, adv. Hermog. 18. nec pater ipse autem, qui filius, ut quia natum scimus ab innato, vere pater et sata vere sit suboles, Prud. Apoth. 245.

innātus, a, um, *Ptcp.*, s. innascor.

innāvĭgābĭlis, e, **unbeschiffbar**, insignis annus hieme gelida ac nivosa fuit, adeo ut viae clausae, Tiberis innavigabilis fuerit, Liv. 5, 13, 1. mare innavigabile constituetur, Lact. 7, 16.

innāvĭgo, āre, **darauf segeln od. fahren**, per eundem amnem (Tanaim) in Maeotida remeantibus ad dextram Europe est, modo sinistro latere innavigantium adposita, Mel. 2, 1, 1.

innecto, nexui, nexum, nectĕre, **hineinknüpfen, -flechten, -schlingen, einflechten, umknüpfen, -schlingen, -legen, verknüpfen, verflechten, in od. um etw. knüpfen, flechten, schlingen**, a) eig., mit *Dat.* od. *Abl.*: lauroque innectite crinem, Ov. M. 6, 161. festaque odoratis innectunt tempora sertis, Tr. 5, 3, 3. armis innectere palmas dat famulis, VFlacc. 4, 253. hic placet adsuetas bello iam tradere palmas nexibus, his rigidas nodis innectier ulnas, Prud. Psych. 356. tum lactea colla auro innectuntur, Virg. A. 8, 660. barbara ferratis innectunt colla catenis, Claud. Laud. Stil. 2, 374. huic agedum - meritas innecte catenas, Sil. 11, 240. erigitur laqueoque innectere fauces destinat, Ov. M. 10, 378. innectens ambobus colla lacertis, 11, 240. mutuaque alternis innectite colla lacertis, Claud. Rapt. Pros. 2, 368. ternaque te nudis innectens Gratia membris afflavit docuitque loqui, Laus. Ser. reg. 88. prensare commanipularium pectora, cervicibus innecti, Tac. H. 4, 46. correptum pedibus curvis innexuit hydrum, Claud. BGild. 469. tu modo, cum gelido sopita quiescet in antro ignaram laqueis vincloque innecte tenaci, Ov. M. 11, 251. mancipia ergastuli per nomina quotidie citare debebit atque explorare, ut sint diligenter compedibus innexa, Col. 11, 1, 22. multique cum equis interfecti, iacentes etiam tum eorum dorsis videbantur innexi, Amm. 15, 4, 12. paullo postea innexi Persarum multitudine tutius irruebant Romana impedimenta rapturi, 25, 1, 3. u. bildl.: voluptatum multos innexuit hamis, Claud. Laud. Stil. 2, 138; — dichterische Verbindungen: iamque parabantur pompae simulacra futurae - ut Massyla tuos anteirent oppida currus, Palladiaque comas innexus arundine Triton Edomitis veheretur equis, Claud. VI. Cons. Hon. 373. vipereum crinem vittis innexa cruentis, Virg. A. 6, 281. Herculeoque umeros innexus amictu, 7, 669. nam pectora ferro terribilesque innexa iubas ruit agmine nigro latratuque cohors, VFlacc. 6, 111. nodos et vincula linea rupit, quis innexa pedem mala pendebat ab alto, Virg. A. 5, 510; — lucus erat - densus et innexis Aetnaea cacumina ramis, qua libet usque, tegens, Claud. Rapt. Pros. 3, 333. iam neque Partheniis innectere retia lustris nec pharetram gestare libet, 2, 241. quoscumque Prometheus excoluit multumque innexuit aethera limo, hi longe ventura notant, in Eutr. 2, 492; — *abs.*: fit tortile collo aurum ingens coluber, fit longae taenia vittae innectitque comas et membris lubricus errat, Virg. A. 7, 351. — b) übtr., mit *Dat.* od. *Abl.*: Tiberium spernendis rumoribus validum et conscientiae matris innexum esse, Tac. A. 3, 10. eoque multorum amicitiis innexum similitudine fortunae sibi conciliat, 16, 14 Hyrcanis Carmaniisque per adfinitatem innexus erat, 6, 36. Arretinum Clementem, domui Vespasiani per adfinitatem innexum et gratissimum Domitiano, praetorianis proposuit cet., H. 4, 68. fraus innexa clienti, Virg. A. 6, 609. quid nunc invictis fraudes innectere fatis - iuvat? Auct. Laud. Herc. 36. sensus istos motusque animi - innexos inplicatosque esse vigoribus quibusdam mentium et alacritatibus, Gell. 19, 12, 4; — *absol.*: utinam plures innectere pergas, Phoebe, moras, Stat. Theb. 5, 743. vetat ille domari innectitque moras et congrua tempora differt, Claud. in Rufin. 1, 314. tu modo posce deos veniam sacrisque litatis indulge hospitio causasque innecte morandi, Virg. A. 4, 50. mitiga pectus ferum: innecte mentem, Sen. Hipp. 416; post haec interrogati plerique senatores sententias dixerunt, quas longum est innectere, Vopisc. Aurelian. 20.

innītor, nixus sum, niti (auch: innisus, Tac. A. 2, 29. Plin. Ep. 10, 52 od. 60; selten im Verb. finit., meist in der Form innixus, bisweilen innitens), **auf etw. sich stützen, sich stemmen, auf etw. fußen, sich gründen**, a) eig.: *in* cubitum innixus, Nep. Att. 21, 5. u. grammat.: quid? quod syl-

labae nostrae in B litteram et D innituntur adeo aspere, ut plerique non antiquissimorum quidam sed tamen veterum mollire temptaverint non solum aversa pro abversis dicendo, sed et in praepositione B litterae absonam et ipsam S subiiciendo, Quint. 12, 10, 32; — mit *Abl.* od. *Dat.*: in latus erigitur cubitoque innixa sinistro - inquit, Ov. M. 9, 518. cum - in lixam inermem impetum fecisset (elephans) eumque sub pedem subditum dein genu innixus pondere suo - premeret, Auct. BAfr. 84, 1. Plancus - cum caeruleatus et nudus caputque redimitus arundine et caudam trahens genibus innixus Glaucum saltasset in convivio, refrigeratus ab Antonio - transfugit ad Caesarem, Vell. 2, 83, 2. tandem haurire parat demissis flumina palmis innixus dextro plena trahens humero, Prop. 1, 20, 44. innixus umeris familiarium, Suet. Ner. 43. innixi humeris et super iteratam testudinem scandentes prensarent hostium tela brachiaque, Tac. H. 3, 28. teque, senex Peripha, pariter videre volantes innixamque novis septem Polypemonis alis, Ov. M. 7, 400. lectica delatus ad fores curiae innisusque fratri, Tac. A. 2, 29. ni conferti illi sibique vicissim innixi stetissent immobiles, Amm. 16, 12, 38; — celsior ipse (Juppiter) loco sceptroque innixus eburno terrificam capitis concussit terque quaterque caesariem, Ov. M. 1, 178. aut pastor baculo stivave innixus arator, 8, 218. innitens baculo, 14, 655. intendit crinitus Apollo arcum auratum, luna innixus, Diana facem iacit a laeva, Enn. trag. 53. b. Cic. Acad. 2, 28, 89. stabant innixi pilis exercitus omnis, Sil. 13, 308. innixus tamen telo - inter primores dimicat, Curt. 4, 28 (6), 24. quem cum ictum equo deiecisset, confestim et ipse hasta innixus se in pedes excepit, Liv. 4, 19, 4. per devia fractae innitens hastae furtoque ereptus opacae noctis iter tacitum Perusina ferebat in arva, Sil. 6, 69. innixusque hastae pressos temone cruento impavidus conscendit equos Gradivus, Ov. M. 14, 819. ut nostri etiam, qui vulneribus confecti procubuissent, scutis innixi proelium redintegrarent, Caes. BG. 2, 27, 1. ita steterunt scutis innixi, Liv. 28, 15, 5. excussit equitem, qui cuspidi parmaque innixum attollentem se ab gravi casu Manlius ab iugulo - terrae adfixit, Liv. 8, 7, 11; — sandalio innixa digitulis primoribus, Turpil. 31. quo mea se molli candida diva pede intulit et trito fulgentem in limine plantam innixa arguta constituit solea, Catull. 68, 70. innitens, quae stabat proxima moli, - inquit, Ov. M. 13, 916. si flumina morarentur, nando traiciens vel innixus inflatis utribus, Suet. Caes. 57; — triarii sub vexillis considebant sinistro crure porrecto, scuta innixa humeris, hastas suberecta cuspide in terra fixas, Liv. 8, 8, 10. templa manent hodie vastis innixa columnis, Ov. Pont. 3, 2, 49. quidve domus prodest Phrygiis innixa columnis, Tibull. 3, 3, 13. totum opus, quod stipitibus fuerat innixum, fundamento lapso sequebatur, Curt. 4, 13 (3), 10. esse vitis radicem in medio scrobe oportet, sed ipsam innixam solido in orientem aequinoctialem spectare, Plin. 17, 22 (35), 168. — b) übtr.: inde quasi depositi imperii qua securitate qua gloria laetus - non secus ac praesenti tibi innixus - tuo robore invaluit, Plin. Pan. 8, 4. mox praecipuus, cui secreta imperatorum innilerentur, Tac. A. 3, 30. omnia curae tutelaeque unius innixa, Quint. 6, 1, 35. salutem suam incolumitate Pisonis inniti, Tac. A. 15, 60. diem - quanta mereris laetitia celebravimus, precati deos, ut te generi humano, cuius tutela et securitas saluti tuae innisa est, incolumem florentemque praestarent, Plin. Ep. 10, 52 (60). si ingenium eius nullis alienarum artium adminiculis inniti videretur, Tac. Or. 2.

inno, āre, darauf od. auf etw. schwimmen, schiffen, segeln, etw. beschiffen, bespülen, sowohl eig. v. Leb., als auch v. Schiffen u. dgl., mit *Dat.* od. *Abl.*: tum pueros eadem fluviis innare docebit, Col. 10, 388. nihil, dummodo innare aquae et capere onera possent, curantes, Liv. 21, 26, 9; — miratur nemus insuetum fulgentia longe scuta virûm fluvio pictasque innare carinas, Virg. A. 8, 93. quo levior classis vadoso mari innaret vel reciproco sideret, Tac. A. 1, 70. innabat pelago veniens sine remige classis, Sil. 12, 448; — pelago credas innare revolsas Cycladas, Virg. A. 8, 691; — qui Formiarum moenia dicitur princeps et innantem Maricae litoribus tenuisse Lirim late tyrannus, Hor. Od. 3, 17, 6; — mit *Accus.*: pontem auderet quia vellere Cocles et fluvium vinclis innaret Cloelia ruptis, Virg. A. 8, 650; — non saltu superare viam (quisquam) sit passus et acri carpere prata via fluviosque innare rapaces, G. 3, 142. si tanta cupido bis Stygios innare lacus, A. 6, 134. flumina tanta para Stygiamque innare paludem, 6, 369; — *absol.*: nymphae - innabant pariter fluctusque secabant, quot prius auratae steterant ad litora prorae, 10, 222. ille innare parans infantis amore tardatur, 11, 549. dum piscatorios quaerunt lenunculos vel innare temere contextis ratibus parant, Amm. 14, 2, 10. quot genera quamque disparia partim submersarum partim fluitantium et innantium beluarum, partim ad saxa nativis testis inhaerentium! Cic. ND. 2, 39, 100. exhibuit et naumachiam marina aqua, innantibus beluis, Suet. Ner. 12.

innōbĭlĭtātus, a, um, ungeadelt, quod veteres imperatores adfinibus detulerunt et his maxime, quae nobilitatos maritos non habuerant, ne innobilitatae remanerent, Lamprid. Heliog. 4.

innŏcens, entis, unschädlich, unschuldig, 1) v. Lebl.: nos innocenti sanguine Senecio perfudit, Tac. Agr. 45. hic innocentis pocula Lesbii duces sub umbra, Hor. Od. 1, 17, 21. secedit animus in loca pura atque innocentia, Tac. Or. 12. tantae, Regule, post metum querellae quis curam neget esse te deorum, propter quem fuit innocens ruina? Mart. 1, 82, 9. epistolam tuam, quam accepi ab L. Arruntio, conscidi innocentem: nihil enim habebat, quod non vel in concione recte legi posset, Cic. Fam. 7, 18, 4. praeter excellentes triumphos honoresque amplissimos et - acres innocentesque pro re publica cum inimicis contentiones quattuor filios sustulit, Vell. 1, 11, 6; im *compar.*: utiliora

persica sucusque eorum, etiam in vino aut in aceto expressus: qui alius eis pomis innocentior cibus? Plin. 23, 7 (67), 132. u. *adv. comp.*: omnia quae caeduntur, carpuntur, conduntur innocentius decrescente luna quam crescente fiunt, Plin. 18, 32 (75), 321. — 2) v. Leb., unschädlich, unschuldig, schuldlos, unbescholten, unsträflich, insbes. uneigennützig, redlich, a) im Allg., vgl.: innocens is dicitur, non qui leviter nocet, sed qui nihil nocet, Cic. Tusc. 5, 14, 41; ferner mit synon. u. entgegengesetzten Begriffen: decet innocentem servom [hominem] atque innoxium confidentem esse, suum aput erum potissimum, Plaut. Capt. 3, 5, 7. respersa labe nullā et intacta, innocens (proles), Sen. Hipp. 668. u. vgl.: crimine et culpa carent (liberi): sunt innocentes, fateor, Med. 924. fuit C. Octavius ut non patricia, ita admodum speciosa equestri genitus familia, gravis, sanctus, innocens, dives, Vell. 2, 59, 2. T. Aufidius - volebat esse similis horum eratque et bonus vir et innocens, sed dicebat parum, Cic. Brut. 48, 179. vir iustus, probus, innocens timeris, Mart. 3, 44, 18; tibi innocens sit, quisquis est pro te nocens, Sen. Med. 504. u. vgl. Herc. Oet. 889. utilius est autem absolvi innocentem quam nocentem causam non dicere, Cic. SRosc. 20, 56. petunt atque orant - ne communi odio Germanorum innocentes pro nocentibus pendant, Caes. BG. 6, 9, 7. u. vgl. Quint. 5, 12, 13. quantum diversitas temporum posset, tum maxime cognitum est, cum isdem quibus antea cautibus innocentissimus quisque nunc nocentissimus affigeretur, Plin. Pan. 35, 2. neque me praeterit, quanto tutius factio noxiorum agat quam soli innocentes, Sall. H. 3, 61, 3. poenae innocentium, immunitates noxiorum, Suet. Galb. 15; saepe impetravit veniam confessus reus: quanto innocenti iustius debet dari, Phaedr. 3. epil. 22; — neben *Subst.*: pro malefactis Helena redeat, virgo pereat innocens: tua reconcilietur uxor, mea necetur filia? sagt Agamemnon, Enn. trag. 266. stant patroni fortiter causam tuentes innocentis feminae, Phaedr. 3, 10, 38. illic matre carentibus privignis mulier temperat innocens, nec dotata regit virum coniunx, Hor. Od. 3, 24, 17. u. vgl. Sen. Med. 193. non vel hoc modo servabit orator non innocentem modo sed etiam laudabilem civem? Quint. 12, 1, 41. innocens reus multis verisimilibus premitur, quo fit, ut eadem actionis ratione defendendus sit, qua, si nocens esset, 12, 1, 45; — als *Praedic.*: quem poenitet peccasse, paene est innocens, Sen. Agam. 243. quid ergo? ignorantia rerum innocentes erant? Sen. Ep. 14, 2, 46. in quibusdam innocentes sumus, quia non successit, dIra 2, 28, 2. innocens animus mihi, scelesta manus est, Sen. Herc. Oet. 965. putat se innocentem esse civitas: erit, Sen. Clem. 1, 23, 2; admirari se dixit stultitiam rhetoris Attici, qui non animadverterit, innocentes illos natos domi, scelere admisso cum patria essent expulsi, receptos esse ab Atheniensibus, Nep. Epam. 6, 3. ut innocentem se in tormentis pertendat, Quint. 9, 2, 83. illa te, Alcida, vocat, facere innocentes terra quae superos solet, sagt Theseus, Sen. Herc. fur. 1343. nemo, inquam, invenietur qui se possit absolvere: et innocentem quisque se dicit respiciens testem, non conscientiam, Sen. dIra 1, 14, 3. non spe conatuque depulsus, sed indemnatus, innocens in exsilium eiectus a consule vi et minis esse dicetur, Cic. Cat. 2, 7, 14. quis est iste, qui se profitetur omnibus legibus innocentem? Sen. dIra 2, 28, 2. equitem R. obiectum feris, cum se innocentem proclamasset, reduxit abscisaque lingua rursus induxit, Suet. Cal. 27. ut se innocentem probaret, Capitol. Anton. phil. 27. o virum Sparta dignum! ut mihi quidem, qui tam magno animo fuerit, innocens damnatus fuerit, Cic. Tusc. 1, 42, 100; filiis propter te obiecta sum innocens Nerei, Enn. trag. 137. quodque antea principes ad odium sui leniendum tumentibus plebis animis obiectabant, id tu tam innocens populo dedisti quam populus accepit, Plin. Pan. 28, 3; — im *compar.*: tanti sceleris indicium per Fulviam emersit, vilissimum scortum, sed patriciis innocentius, Flor. 2, 12 (4, 1), 6; — im *superl.*: eam potestatem nacti equites Gracchanis legibus cum in multos clarissimos atque innocentissimos viros saevissent, tum cet., Vell. 2, 13, 2. qui ab isto homine crudelissimo patre innocentissimo pecuniaque patria privatus est, Cic. II. Verr. 2, 33, 80; Tiberius Gracchus - tribunus plebis creatus, vir alioqui vitā innocentissimus, - descivit a bonis, Vell. 2, 2, 2; — als *Substant.*: mors innocentem sola fortunae eripit, Sen. Oed. 933. etiam innocentes cogit mentiri dolor, Syr. 141. si hoc crimen est, paucos innocentes habes, Curt. 7, 4 (1), 30. postquam res publica adolevit et multitudine civium factiones valuēre, circumveniri innocentes - coepēre, Sall. C. 51, 40. qui fictis causis innocentes opprimunt, Phaedr. 1, 1, 15. ferte misero atque innocenti auxilium, Ter. Ad. 2, 1, 1. verba, inquit, innocenti reperire facile est, Curt. 6, 37 (10), 1. petendumque innocentibus misericordiae auxilium, Quint. 11, 1, 49. cum eius generis copia defecit, etiam ad innocentium supplicia descendunt, Caes. BG. 6, 16, 5; — mit *Genit.*: verba mea - arguuntur: adeo factorum innocens sum, Tac. A. 4, 34. — *Adv.*: in qua (deprecatione) plurimum valent ex ipso, qui reus est, haec tria in vita praecedere, si innocens, si bene meritus, si opes in futurum **innocenter** victuri et in aliquo casu futuri, Quint. 7, 4, 18. non sane aliae legiones per omnes civilium bellorum motus innocentius egerunt, Tac. H. 1, 9. — b) insbes.: non divitiis cum divite neque factione cum factioso, sed cum strenuo virtute, cum modesto pudore, cum innocente abstinentia certabat (Cato), Sall. C. 54, 5. vir innocens et industrius, sed amore libertinae perinfamis, Suet. Vit. 2. vix autem per multos annos innocentesque praetores aliqua ex parte recreari aliquando posse videatur (Sicilia), Cic. I. Verr. 4, 12. u. vgl. II. Verr. 4, 4, 7. — *Adv.*: magnae opes innocenter partae et modeste habitae, Tac. A. 4, 44.

innŏcentia, ae, *f.*, die Unschädlichkeit, 1) von

Lebl. u. Leb.: nocentes spiritus innocentia fumi graveolentis exagitat, Pallad. 1, 35, 11. in toto orbe - pulcherrima omnium est in rebusque merito principatum naturae optinet Italia - ferorum animalium innocentia, soli fertilitate, pabuli ubertate, Plin. 37, 13 (77), 201. — 2) v. Leb., die Unschuld, Schuldlosigkeit, Unbescholtenheit, Unsträflichkeit, insbes. die Uneigennützigkeit, Redlichkeit, vgl.: est innocentia adfectio talis animi, quae noceat nemini reliquas enim virtutes frugalitas continet, Cic. Tusc. 3, 8, 16. u. vgl. Macrob. Somn. Scip. 1, 8, 7. Also a) im Allg., mit verwandten Begriffen, mihi spes omnes in memet sitae, quas necesse est virtute et innocentia tutari, Sall. J. 85, 4. civitati grande desiderium eius mansit per memoriam virtutis et successorum alterius segnem innocentiam, alterius flagrantissima flagitia, Tac. A. 14, 51. quod et res publica me et nostra amicitia hortatur, libenter facio, ut tuam virtutem, innocentiam, diligentiam cognitam in maximis rebus, domi togati, armati foris, pari industria administrari gaudeam, Cic. Fam. 15, 5, 1. neque aliud est ullum huius in re militari illustre factum quam huius imperii memoria, iustitiae vero et aequitatis et innocentiae multa, Nep. Arist. 2, 2. cognosce ex me - quam multa esse oporteat in eo, qui alterum accuset: — primum integritatem atque innocentiam singularem, Cic. DiC. 9, 27. in eadem sententia fuit homo summa integritate atque innocentia, C. Turranius, Phil. 3, 10, 25. — Verbindungen, im *log. Subi.*: innocentia eloquentia'st, Caecil. 248. paupertas probro haberi, innocentia pro malevolentia duci coepit, Sall. C. 12, 1. quam angusta inn. est ad legem bonum esse, Sen. dIra 2, 28, 2. mihi securitatem primum inn. mea, deinde tua dextera obtulerant, Curt. 6, 38 (10), 14. ecquid ergo discimus experimento fidissimam esse custodiam principis ipsius innocentiam? Plin. Pan. 49, 3. ut generosi atque nobiles equi melius facili freno reguntur, ita clementiam voluntaria innocentia inpetu suo sequitur et dignam putat civitas, quam servet sibi, Sen. Clem. 1, 24, 2; — im *log. Obi.*: rarissimam laudem et nulli adhuc principum concessam concupisti, innocentiam, 1, 1, 5. quod cum nuntiatum Artaxerxi esset, arcessitum ad se fratrem et innocentiam dissimulatione belli simulantem conpedibus aureis vinxit, Justin. 5, 11, 4. ingenii praesidio innocentiam iudiciorum poena liberare, Cic. dOr. 1, 46, 202. militibus R. aut innocentiam detis aut maturam et sine noxia paenitentiam, Tac. H. 4, 58. tamquam pro virili portione innocentiam principi donares, Agr. 45; — im *Dat.*: innocentiae plus periculi quam honoris est, Sall. J. 31, 1. invident honori meo: ergo invideant labori, innocentiae, periculis etiam meis, 85, 18. modo ne fratrum innocentiae fuga imputetur mea, Curt. 7, 6 (2), 2; — im *Genit.*: ubi lubido dominatur, innocentiae leve praesidium est, Crassus b. Cic. Or. 65, 219. si facultatem dicendi, sociam scelerum, adversam innocentiae, hostem veritatis invenit (natura), Quint. 12, 1, 2. sed ne ad illam quidem artissimam innocentiae formulam praestare nos possumus: alia fecimus, alia cogitavimus, alia optavimus, aliis favimus, in quibusdam innocentes sumus, quia non successit, Sen. dIra 2, 28, 3. in qua civitate raro homines puniuntur, in ea consensus fit innocentiae et indulgetur velut publico bono, Clem. 1, 23, 2. asperi procul dubio animi et linguae acerbae et immodice liberae fuit (Cato), sed invicti a cupiditatibus animi, rigidae innocentiae, contemptor gratiae, divitiarum, Liv. 39, 40, 10; — im *Abl.*: quem posse reperiri, qui non metuat, oderit, speret? plurimos tamen haec salva innocentia facere, Quint. 7, 2, 37. periculosum esse in tot humanis erroribus sola innocentia vivere, Liv. 2, 3, 4. statum hucusque ac securitatem melius innocentia tueor quam eloquentia, Tac. Or. 11. mollissimo genere poenae contentum esse debere patrem dixit in filio adulescentulo inpulso in id scelus, in quo se, quod proximum erat ab innocentia, timide gessisset, Sen. Clem. 1, 15, 7. — b) insbes.: suam innocentiam perpetua vita, felicitatem Helvetiorum bello esse perspectam, Caes. BG. 1, 40, 13. in his (Aristide et Themistocle) cognitum est, quanto antestaret eloquentia innocentiae: quamquam enim adeo excellebat Aristides innocentia, ut cet., Nep. Arist. 1, 1. in provincia singularem innocentiam praestitit, Suet. Vit. 5. quis erit umquam posthac reus tam perditus, qui non ad Q. Mucii innocentiam referatur, si cum isto conferatur, Cic. II. Verr. 2, 10, 27. fuit (Cn. Pompeius) - innocentia eximius, Vell. 2, 29, 2. simul de innocentia eius Romae certior factus, Sall. J. 46, 1. patria cedere quam cum tribuno plebis humillimo contendere de inn. sua maluit (Africanus), Quint. 11, 1, 12.

innŏcuus, a, um, 1) unschädlich, ungefährlich, unschuldig, gutartig, übtr. unschuldig, schuldlos, unbescholten, bisw. mit *Dat.* verb., a) eig.: intactae fueratis aves, solacia ruris, adsuetum silvis innocuumque genus, Ov. F. 1, 441. illic innocui late pascuntur olores, Am. 2, 6, 53. quid meruēre boves, animal sine fraude dolisque, innocuum, simplex, natum tolerarē labores? M. 15, 120. inter harundineta Mesopotamiae fluminum et frutecta leones vagantur innumeri, clementia hiemis ibi mollissimae semper innocui, Amm. 18, 7, 5. luporum id genus est - innocuum homini, Plin. 8, 34 (52), 123; tunc arma relinquens victori miles, spoliato pectore tutus innocuusque suas curarum liber in urbes spargitur, Lucan. 4, 382. aperto aethere innocuus errat, Sen. Hipp. 502; — exta per innocuos laetum portare per ignes, Sil. 5, 178. ventura potestas claruit Ascanio, subita cum luce comarum innocuus flagraret apex, Claud. IV. Cons. Hon. 192. dum fuit armorum series, ut grandine tecta innocuā percussā sonant, sic omnia tela respuit, Lucan. 3, 482. imber-leguminibus innoxius praeterquam ciceri, Plin. 18, 17 (44), 152. dis sedem exiguam patriis litusque rogamus innocuum et cunctis undamque auramque patentem, Virg. A. 7, 229. ferrum omne teneat ruris innocui labor ensesque lateant, Sen. Herc. fur. 930. innocuum victo cui (Aeneae) dedit

ignis iter, Ov. F. 4, 800. — *Adv.*: sagittas tanta arte direxit, ut omnes per intervalla digitorum **innocue** evaderent, Suet. Dom. 19. — b) übtr.: et superesse videt de tot modo milibus - innocuos ambos, cultores numinis ambos, Ov. M. 1, 326. viximus innocuae, 9, 373. innocui veniant: procul hinc, procul impius esto frater et in partes mater acerba suos, F. 2, 623. nullus innocuum cruor contaminavit, Sen. Med. 263. ite ad Stygios, umbrae, portus, ite, innocuae, quas in primo limine vitae scelus oppressit patriusque furor, Herc. fur. 1132; — stultam quam scripsimus Artem, innocuas nobis haec vetat esse manus, Ov. Pont. 2, 9, 73. quisquis est placide potens dominusque vitae servat innocuas manus, Sen. Herc. fur. 739. protinus ignari nec quicquam tale timentis innocuum rigido perforat ense latus, Ov. Tr. 3, 9, 26. nostrique novissimus aevi circulus innocuae clauserunt tempora vitae, Calp. 8, 44. — *Adv.*: **innocue** vivite, numen adest, Ov. AA. 1, 640. — 2) **unbeschädigt, ungefährdet, unversehrt,** rostra tenent siccum et sedere carinae omnes innocuae, sed non puppis tua, Tarchon: nam inflicta vadi dorso dum pendet iniquo, — solvitur, Virg. A. 10, 301. ardua Tiphyn navis ob innocuae meritum sic gloria vexit, Claud. BGet. 11. non permissa morari fida per innocuas errent incendia turres, Mall. Th. cons. 329; — tunc et pestiferi pacatum flumen Averni innocuae transistis aves flatumque repressit Amsanctus, Rapt. Pros. 2, 348. quia sequi non valebat gravitate praepeditus armorum, innocuos abire perpessus est, Amm. 16, 2, 6.

innōdo, ātum, āre, **um-, zuschnüren**, übtr. **verwickeln**, innodato gutture laquei nexibus interiit, Amm. 28, 6, 7. 30, 2, 12; — si causa liquida sit et non multis ambagibus innodata, Justin. Cod. 4, 31, 14. spiris categoricis lubricas quaestiones innodare, Sidon. Ep. 9, 9.

innōmĭnābĭlis, e, **unnennbar**, quem quidem coelestem pronuntiat, indictum, innominabilem, Apul. Dogm. Plat. 1, 5. est, inquit, ante omnia Proarche, inexcogitabile et enarrabile et innominabile, quod ego nomino Monoteta, Tert. adv. Valent. 37.

innōmĭnātus, a, um, **ungenannt**, Boëth. Arist. de interp. 2. p. 250.

innōminis, e, **unnennbar**, non enim spero totius maiestatis effectorem omniumque rerum patrem vel dominum uno posse quamvis e multis composito nuncupari nomine: hunc vero innominem vel potius omninominem, siquidem is sit unus et omnia, ut sit necesse aut omnia esse eius aut ipsum omnium nominibus nuncupari, Apul. Herm. trim. 20.

innōtesco, notui, ĕre, **bekannt werden**, übtr. **deutlich -, klar werden**, a) eig., mit *Abl.*: fallimur, an nostris innotuit illa libellis? Ov. Am. 3, 12, 7. Ctesilochus Apellis discipulus petulanti pictura innotuit, Plin. 35, 11 (40), 140. quicunque turpi fraude semel innotuit, etiamsi verum dicit, amittit fidem, Phaedr. 1, 10, 1. qui, dum aeternam memoriam adsequerentur, etiam sceleribus innotescere non dubitarunt, VMax. 8, 14. Ext. 3; — *absol.*: veraque et falsa more famae in maius innotuēre, Tac. H. 4, 50. quando enim rarissimarum recitationum fama in totam urbem penetrat? nedum ut per tot provincias innotescat, Or. 10. ubi Apulis oraculum innotuit, Justin. 12, 2, 10; mit *Subiectssatz*: non enim tam crudelem se innotescere cuperet primis maxime diebus imperii, nisi illum necessitas ad hanc atrocitatem occisionis adtraheret, Vopisc. Numer. 14. ex quo innotuit tutori, se tutorem esse, scire debet periculum tutelae ad eum pertinere, Ulp. Dig. 26, 7, 5. §. 10. miratur igitur, cur honoraria actio sit inducta, quum sint civiles: nisi forte, inquit, ideo, ut innotesceret praetorem (*al.*: praetor) curam agere reprimendae improbitatis hoc genus hominum, 4, 9, 3. §. 1. — b) übtr.: innotescente iam luce, Amm. 19, 8, 1; ut liquido mens operis de quo loquimur innotescat, Macrob. Somn. Scip. 1, 1, 3.

innōtĭtia, ae, *f.*, die **Unkenntniß**, obscura oblitterataque sunt municipiorum iura, quibus uti iam per innotitiam non queunt, Gell. 16, 13, 9.

innŏvātio, ōnis, *f.*, die **Erneuerung**, ordo et tempus innovationem omnium rerum, quae in mundo sunt, per alternationem faciunt, Apul. Herm. trism. 30. nec vir prudens extimuit humani generis subversionem, cladem, ruinas, interitus, funera rerum innovationem vocare, Arnob. 1, 8. ut per coitus et conubia corporum res caduca et labilis successionis perpetuae innovatione duraret, 3, 8; innovationis eius (operis) occasio aliquid adiicere persuasit, Tert. adv. Marc. 1, 1.

innŏvo, āvi, ātum, āre, **erneuern**, tamdiu innovabis calefactionem (der Umschläge), donec ventum reddat, Veg. 2, 24, 4; deus enim veniet, ut - redivivas iustorum animas corporibus innovatis ad sempiternam beatitudinem suscitet, Lact. inst. div. 7, 22. u. so vgl. Minuc. Fel. Oct. 11; — Ateius Capito in his, quae ei tradita fuerunt, perseverabat, Labeo - plurima innovare studuit, Pompon. Dig. 1, 2, 47; — quo in oppido cum tibi spe falsa, quod Q. Ancharium non esse successurum putares, animum rumor inflasset, quo te modo ad tuam intemperantiam, scelerate, innovasti, hast du dich von Neuem vorbereitet, hast du von vorn angefangen u. s. w., Cic. Pis. 36, 89.

innoxius, a, um, 1) **unschädlich, ungefährlich, unschuldig, gutartig,** übtr. **unschuldig, schuldlos, unbescholten,** auch: **unverschuldet,** a) eig.: confer - deducendum corio bovis in mare cum quo clauditur adversis innoxia simia fatis, Juv. 13, 155. nihil enim in Ponto huius modi aliquando est visum praeter innoxios delphinas et parvos, Amm. 22, 8, 47. libavitque (anguis) dapes rususque innoxius imo successit tumulo et depasta altaria liquit, Virg. A. 5, 92. vos quoque, qui cunctis innoxia numina terris serpitis, aurato nitidi fulgore dracones, pestiferos ardens facit Africa, Lucan. 9, 727. iam quaedam animalia indigenis innoxia advenas interimunt, Plin. 8, 59 (84), 229; heia Megadore, haud decorum facinus tuis factis facis, ut inopem atque

innoxium abs te atque abs tuis me inrideas, Plaut. Aul. 2, 2, 43. obtrectatoribus etiam-lenis et innoxius, Suet. Cal. 3; — nec credit, quod bruma rosas innoxia servet, Claud. Rapt. Pros. 3, 222. lumenque innoxia (fax) fudit purpureum, miseris olim implorabile nautis, VFlacc. 1, 572. visus - apex tactuque innoxia molles lambere flamma comas, Virg. A. 2, 683. plura (tela) in humum innoxia cadebant, Curt. 3, 26 (11), 4. ita nec ipsos tela ex muro missa subeuntes laeserunt et testudini iniecta imbris in modum lubrico fastigio innoxia ad imum labebantur, Liv. 44, 9, 9. lapis contra omnium opinionem deciderat innoxius, Apul. M. 9, 37. inerticulum e nigris (vitibus) appellavēre, iustius sobriam dicturi, inveterato praecipue commendabilem vino sed viribus innoxiam, Plin. 14, 2 (4), 31. in tanta copia innoxiorum medicaminum, 21, 31 (105), 181. caeli temperies, tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxii saltus, tam opaca nemora (Campaniae), 3, 5 (6), 41. adspiravit auram quamdam salutis fortuna innoxio die cum hostili clade emenso, Amm. 19, 6, 1. venenatam partem (vulvae) fratri edendam propinans et sibi innoxiam reservans, Capitol. Ant. phil. 15. si nemo obsisteret, innoxium iter fore, Tac. H. 4, 20. exsultantes innoxii praelii gloria milites, Amm. 27, 2, 2. auro insectis alarum articulis - non aliter innoxiis vulneribus, Plin. 10, 37 (52), 109; miscueruntque herbas et non innoxia verba, Virg. G. 2, 129. 3, 283. Aelium Lamiam ob suspiciosos quidem, verum et veteres et innoxios iocos (interemit), Suet. Dom. 10; — hinc vel illinc appellere indiscretum et innoxium est, Tac. H. 3, 47. — *Adv.*: emollit et alvom in vino mixto **innoxie** et taeniarum genera pellit in vino potus (sal), Plin. 31, 9 (45), 102. addit etiam illud, quod vinctum fasciola Aurelianum aquila innoxie de cunis levaverit et in aram posuerit, quae iuxta sacellum forte sine ignibus erat, Vopisc. Aurel. 4. — b) übtr.: decet innocentem servom [hominem] atque innoxium confidentem esse, suum aput erum potissimum, Plaut. Capt. 3, 5, 4. et plebei innoxiae patrias sedes occupavēre pauci satellites, Sall. H. 1, 41, 12. adunato XXX milium exercitu Scythis bellum intulit caesusque cum omnibus copiis poenas temere inlati belli genti innoxiae luit, Justin. 12, 2, 17. rei publicae innoxiae cladi sunt (luxuria et ignavia), Sall. J. 85, 43. ne candidatis quidem honores reisve tam innoxiis quam nocentibus absolutiones venditare cunctatus est, Suet. Vesp. 16. quosdam etiam senatores innoxios interemerunt, Cal. 58. forte innoxius viator est deductus in eundem locum, Phaedr. 2, 1, 5; — deditque postea consulatum Simplici innoxium et inemptum, Tac. H. 2, 60. sincera adhuc et innoxia postoritiae illius sectae integritas, Flor. 1, 47 (3, 12), 2. et erant qui Helvidium quoque miserarentur, innoxiae adfinitatis poenas daturum, Tac. A. 16, 29. quibus Messala paupertatem innoxiam sustentaret, 13, 34. cognita fraude non minus scelere Persei quam innoxia Demetrii morte cruciabatur, Justin. 32, 3, 3; — *abs.* u. *subst.*: nulla sibi turpi conscius in re volvitur in flammis innoxius inque peditur turbine caelesti subito correptus et igni, Lucr. 6, 394. has litteras Sisenes, utpote innoxius, ad Alexandrum saepe deferre tentavit, Curt. 3, 18 (7), 13. non possum innoxia dici, Ov. M. 9, 628. plures notare conatus - innoxios fere reperit, Suet. Claud. 16. inauditos et innoxios relegavit, 38. plurimos innoxios occidit, Eutr. 9, 19. nam quid habebunt posthac [insigne] inpii, si ad hunc modum'st honos aput nos innoxiis? Plaut. Rud. 1, 3, 10. scilicet quia non aliter salvi satisque tuti in imperio eritis, nisi adprobaritis omnes proscriptionem innoxiorum ob divitias, Sall. H. 1, 41, 17; — mit *Genit.*: Callisthenes quoque tortus interiit initi consilii in caput regis innoxius, Curt. 8, 29 (8), 21; — mit *Ablat.*: eodem anno Postumia virgo Vestalis de incestu causam dixit crimine innoxia, Liv. 4, 44, 11. — *Compar.*: quantoque suam vitam superiorem atque ampliorem atque antiquiorem animum inducent esse quam innoxiiorem, Cato frg. p. 42, 9. — *Adv.*: quamdiu eum (deum) caste, **innoxie** religioseque coluerunt, Minuc. Fel. 33. — 2) unbeschädigt, ungefährdet, unversehrt, vera cano: sic usque sacras innoxia laurus vescar, et aeternum sit mihi virginitas, Tibull. 2, 5, 63. ipsi innoxii, florentes, sine metu aetatem agere, ceteros iudiciis terrere, Sall. C. 39, 2. Alexandriam, unde oriebatur, innoxius abire permissus est, Amm. 19, 12, 12. ut abiret innoxius, praeminantes excipit, Apul. M. 6, 15; — eiusdem (rutae) frutex pluribus annis permanet innoxius, Col. 11, 3, 38. sed et quod (suci) non decoxeris, poterit innoxium durare biennio, si modo munde et diligenter id feceris, 12, 38, 8. cum eos (scopulos) Argo prima omnium navis Colchos ad direptionem aurei properans velleris praeterisset innoxia, Amm. 22, 8, 15. nec innoxius ei saltem regressus evenit, Apul. M. 9, 39; — gens unica terras incolit *a* saevo serpentum innoxia morsu, Marmaridae Psylli, Lucan. 9, 891. sic condita a curculionibus erit innoxia (faba), Col. 2, 10, 12. celsior truncus constituetur, ut sit innoxius ab iniuria pecorum, 5, 9, 10.

innūbĭlo, āre, trüben, de saginae qualitate reddunt habitus unionum: nam si purum fuerit quod acceperint, candicant orbiculi lapillorum, si turbidum, aut pallore languent aut rufo innubilantur, Solin. 53, 24. u. übtr.: serenitatem gaudii foeda innubilare tristitia, Augustin. Ep. 238.

innūbĭlus, a, um, wolkenlos, quas (divûm sedes) neque concutiunt venti nec nubila nimbis aspergunt neque nix acri concreta pruina cana cadens violat semperque innubilus aether integit, Lucr. 3, 19.

innūbis, e, wolkenlos, fulsit Iole qualis innubis dies, Sen. Herc. Oet. 239.

innūbo, nupsi, ĕre, hineinheirathen, quae haud facile his, in quibus nata erat, humiliora sineret ea, quo innupsisset, Liv. 1, 34, 4. ne thalamis Auram patiare innubere nostris, Ov. M. 7, 856. u. vgl.: suam enim invadere atque

innubere censent, Lucil. p.22, 18. u. dazu Non.: innubere positum transire, quod hae, quae nubent, ad domus maritorum transeant, p.125, 10.

innūbus, a, um, unverheiratbet, unvermählt, innuba Pallas, VFlacc. 1, 87. Auson. Epigr. 106, 5. MCap. 7, 725. u. vgl.: Enyo divaque Gorgonei gestatrix innuba monstri, VFlacc. 4, 605. tibi virgines comas innuba fundit stirps Inachia, Sen. Agam. 312. nec requies datur ulla toris, quibus innuba caecum vulnus et amissas suspirat femina taedas, Prud. in Symm. 2, 1072. nec tiliae molles nec fagus et innuba laurus, in den die unvermählte Daphne verwandelt worden war, Ov. M. 10, 92; — territa sorte dei per opacas innuba silvas vivit, Ov. M. 10, 567. contempto munere Phoebi innuba permaneo, 14, 141.

innucleātus, a, um, nicht ausgekernt, urae, Plin. Val. 1, 7.

innŭmĕrābĭlis, e, unzählig, zahllos, mit *Subst.*: cum deinde immanes res - C. Caesar in Gallia ageret nec contentus plurimis ac felicissimis victoriis innumerabilibusque caesis et captis hostium milibus etiam in Britanniam traiecisset cet., Vell. 2, 46, 1. innumerabilem multitudinem adduxerant, Auct. BAl. 2, 1. quum inn. multitudo bonorum de Capitolio supplex ad eum sordidata venisset, Cic. post red. in sen. 5, 12. equitum peditumque propemodum inn. turba, Curt. 3, 4 (2), 3. divideret saltem copias inn., 3, 19 (8), 2. contra magnas copias et insidiosae nationis equitatumque inn. se expositos videbant, Auct. BAfr. 10, 4; si quid itaque vix in millesimo corpore aliquando decipit, id notam non habet, quum per inn. homines respondeat, Cels. 2, 7; — innumerabilem enim numerum summamque profundi esse infinitam docui, Lucr. 6, 485. stellas istas, quas erraticas dicerent, - infinito prope et inn. numero annorum ad eundem locum - [regredi], Gell. 14, 1, 18. inn. annorum series, Hor. Od. 3, 30, 4. in hac igitur immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum infinita vis innumerabilium volitat atomorum, Cic. ND. 1, 20, 54. corpora - innumerabilibus plagis vexata per aevom, Lucr. 1, 583. unum in se descensum habet (labyrinthus), intus paene inn. vias, Mel. 1, 9, 5. doce te petisse ab eo istam nescio quam inn. pecuniam, Cic. Quinct. 11, 37. inn. argumentorum copia, Quint. 5, 10, 100. inn. accidunt subitae necessitates, 10, 7, 2; — als *Praedic.*: quod homines inn. essent, Cic. dOr. 2, 33, 142. qui (auctores) sunt inn., Quint. ep. ad Tryph. 1; — nativos esse deos longis intervallis orientes occidentesque eosque inn. esse mundos, Cic. ND. 1, 10, 25. u. so Acad. 2, 17, 55. quae vero, quum de facto non ambigitur, quaeruntur, qualia sint, ea si ex reis numeres, et inn. sunt et obscura, si ex rebus, valde et modica et illustria, dOr. 2, 32, 137. ut non modo plura haec genera, sed paene inn. videantur, Quint. 3, 4, 2. sunt autem inn. (figurae), 6, 1, 3. inn. sunt modi plurimaeque eodem viae ducunt, 10, 5, 7. amphiboliae species sunt inn., 7, 9, 1. quum facultatum materia non ita multiplex sit, innumerabilia mixturarum genera sunt, Cels. 5, 17, 3; — *Subst.*: reperiam multos vel innumerabiles potius non tam curiosos nec tam molestos, quam vos estis, Cic. Fin. 2, 9, 29. Fabricii, Curii, Reguli, Decii, Mucii aliique inn., Quint. 12, 2, 30; innumerabilia sunt bonis causis malisque communia, testes, litterae, suspiciones, 12, 1, 45. — *Adv.*: aëra nunc igitur dicam, qui corpore toto **innumerabiliter** privas mutatur in horas, Lucr. 1, 273.

innŭmĕrābĭlĭtas, ātis, *f.*, die Unzähligkeit, Zahllosigkeit, pleraque dicit eadem, atomos, inane, imagines, infinitatem locorum innumerabilitatemque mundorum, eorum ortus cet, Cic. ND. 1, 26, 73. u. inn. atomorum, 1, 39, 109.

innŭmĕrālis, e, unzählig, fatendum'st terramque et solem, lunam, mare, cetera quae sunt, non esse unica, sed numero magis innumerali, Lucr. 2, 1084.

innŭmĕrandus, a, um, unzählbar, Jornand. Get. 54.

innŭmĕrātus, a, um, ungezählt, unzählig, Tert. adv. Marc. carm. 2, 17.

innŭmĕrōsus, a, um, zahllos, Coripp. Ioann. 3, 662.

innŭmĕrus, a, um, unzählig, zahllos, a) im Allg., nur neben *Subst.* (dagegen vgl. innumerabilis): innumeras hominum ditare catervas, Claud. Prob. et Ol. cons. 43. innumerae adversariorum copiae, Suet Caes. 68. hunc circum innumerae gentes populique volabant, Virg. A. 6, 706. cum mors - gentes innumeras manibus intulit, Sen. Herc. fur. 555. gentes et urbes quam innumeras, si quis omnes persequi velit, Plin. 6, 17 (21), 58. vastatisque circum omnibus locis innumeros homines interemit, Treb. Poll. Gallien. duob. 10. innumeri circa stantque silentque viri, Ov. F. 3, 360. inde omnem innumeri reges per litoris oram hospitii quîs nulla fides, VFlacc. 4, 613. inn. senatores (acies habuit), Eutr. 6, 20; — tunc vitula innumeros lustrabat caesa iuvencos: nunc agna exigui est hostia parva soli, Tibull. 1, 1, 21. innumeras sine parcimonia pecudes mactans, Amm. 25, 4, 17. cum mille tubas armataque campis agmina et innumerûm flatus confingis equorum, VFlacc. 2, 130. inter harundineta Mesopotamiae fluminum et frutecta leones vagantur innumeri, Amm. 18, 7, 5. Butes Actaeis dives ab oris: innumeras nam claudit apes, VFlacc. 1, 394. innumeris piscibus implet aquas, Ov. F. 4, 106; — undique cum vorsum spatium vacet infinitum seminaque innumero-volitent aeterno percita motu, Lucr. 2, 1053. u. vgl. 3, 778. Latini innumeras struxēre pyras, Virg. A. 11, 204. u. so VFlacc. 3, 332. stravimus innumeris tumidum Pythona sagittis, Ov. M. 1, 459. protinus innumerae caedunt pineta secures illa, F. 4, 273. per omne littus innumerae rates tenuēre pontum, Sen. Hipp. 87. cum bella innumera gessisset, Eutr. 9, 17. innumerae in eo animi corporisque virtutes claruerunt, 10, 7. quin ipsae sordes - innumeros prope usus habent, Plin. 29, 2 (10), 35; — mit Collectivbegriffen: unus is (Hector) innumeri militis instar habet, Ov. Her. 16, 366.

cinctus ab innumero me tenet hoste locus, Tr. 5, 12, 20. praedator cupit inmensos obsidere campos, ut multa innumerā iugera pascat ove, Tibull. 2, 3, 42. innumero quotiens silva leone furit, Mart. 8, 55, 2; innumera rusticos cura distringat, Plin. 18, 26 (65), 239; — adverbial: ergo propterea nobis quoque licebit innumerum nubere? Tert. exhort. cast. 6. — b) insbes. in Bezug auf das Versmaß der Komiker: epigramma Plauti, quod dubitassemus Plauti foret, nisi a M. Varrone positum esset in libro de poetis primo: „postquam est mortem aptus Plautus, comoedia luget, scaena est deserta [ac] dein Risus, Ludus locusque et Numeri innumeri simul omnes conlacrimarunt", Gell. 1, 24, 3. innumeros numeros doctis accentibus effer, Auson. Id. 4, 48.

innuo, nui, nuĕre, hin-, her-, zuwinken, Py. nil dixit, tu ut sequerere sese? Ch. nil, nisi abiens mi innuit. Py. eho, nonne id sat erat? Ter. Eun. 4, 5, 9. non innueram, Ad. 2, 1, 20. innuet illa, feras: scribet, ne tange tabellas, Ov. AA. 2, 543. spectantem specta: ridenti mollia ride: innuet, acceptas tu quoque redde notas, 3, 513. vos adeo, ubi innuero vobis, ni ei caput exoculassitis, quasi iuncis murteta, item ego vos virgis circumvinciam, Plaut. Rud. 3, 4, 26. ne mora sit, si innuerim, quin pugnus continuo in mala haereat, Ter. Ad. 2, 1, 17. quid abest quin perditis Sidicinis non Romanorum solum sed Samnitium quoque dicto pareamus respondeamusque Romanis nos, ubi innuerint, posituros arma? Liv. 8, 4, 2; — libertas emitur, coram licet innuat adque rescribat, vidua est, locuples quae nupsit avaro, Juv. 6, 140.

innuptus, a, um, unverheiratbet, unvermählt, Minerva, Virg. A. 2, 31. Claud. Prob. et Ol. cons. 83. silvarum tenebris captivarumque ferarum exuviis gaudens innuptaeque aemula Phoebes, Ov. M. 1, 475. innupta manus, der Amazonen, Sil. 2, 74. pueri innuptaeque puellae, Virg. G. 4, 476. liber ut innuptae poteretur flore novercae, Catull. 64, 402. u. übtr.: quod hoc nefas? conceptus innuptae bovis, Sen. Oed. 373; qua tempestate Paris Helenam innuptis iunxit nuptiis, γάμος ἄγαμος, eine ungiltige Ehe, Cic. als Uebers. in dOr. 3, 58, 219; — *subst.*: cernitis, innuptae, iuvenes? Jungfrauen, Catull. 62, 6. u. so vs. 12. sunt aliae innuptae Latio, Virg. A. 12, 24. electos iuvenes et decus innuptarum Cecropiam solitam esse dapem dare Minotauro, Catull. 64, 78. at libet innuptis ficto te carpere quaestu, 62, 36.

innūtrībĭlis, e, unnahrhaft, viscellum, CAurel. Acut. 2, 9, 55.

innūtrio, ītum, īre, in-, an-, bei etw. nähren, -aufziehen, im Pass. med. sich an etw. nähren, meist im Ptcp. perf., körperlich u. geistig: donec homines innutritos mari subiret timendi pudor, Plin. Ep. 9, 33, 6. ne castris innutriretur et armis exitiale caput monui, Sil. 2, 286. amplis enim innutritus opibus honores et adeptus est facile et egregie administravit, Suet. Aug. 3. innutritus bellicis laudibus pacem amas, Plin. Pan. 16, 1. innutritus coelestium praeceptorum disciplinis, Vell. 2, 94, 2. sciebas animum eius liberalibus disciplinis, quibus non innutritus tantum, sed innatus est, sic esse fundatum, ut supra omnes corporis dolores emineret, Sen. Cons. ad Polyb. 2, 5. u. medial: certis ingeniis inmorari et innutriri oportet, si velis aliquid trahere, quod in animo fideliter sedeat, Ep. 1, 2, 2.

innūtrītus, a, um (negat. in u. nutrio), ungenährt, ohne Nahrung, innutritum aegrotantem relinquere, CAurel. Acut. 1, 17, 177.

ĭnŏbaudientia, ae, *f.*, der Ungehorsam, inobaudientiam illis exprobrare, Tert. adv. Marc. 4, 17. von **inobaudio,** īvi, ire, ungehorsam sein, intende illi et exaudi eum, ne inobaudieris eum, 3, 16.

ĭnŏbēdiens, entis, ungehorsam, Vulg. Deuter. 8, 20. Augustin. de gen. ad litt. 1., *adv.* **inobedienter,** u. *subst.* **ĭnŏbēdientia,** ae, *f.*, der Ungehorsam, Augustin. Civ. dei 14, 17., von **ĭnŏbēdio,** ungehorsam sein, Ambros. Serm. Epiph. 1.

ĭnŏbēdus, a, um, von Ungehorsam zeigend, inoboeda cessatio, Arnob. 7, 43., *al.*: in obeundo, *Meurs. coni.*: in obedientia.

ĭnobiurgātus, a, um, untadelhaft, utrumcumque dixeris (näml. haec cyma od. hoc cyma), inobiurgatum est, Charis. p. 57, 2.

ĭnoblector, āri, sich ergötzen, inoblectabatur in filiis hominum, Tert. adv. Hermog. 18.

ĭnoblitĕrātus, a, um, unauslöschlich, unvergeßlich, homini omnium forsitan obliviosissimo inobliterata perseverabit sola scientia naturalium, Tert. Anim. 14

ĭnoblītus, a, um, der etw. nicht vergißt, semper inoblita repetam tua munera mente, Ov. Pont. 4, 15, 37.

ĭnobrŭtus, a, um, unüberschüttet, unüberfluthet, Deucalioneas effugit inobrutus undas, Ov. M. 7, 356.

ĭnobscūrābĭlis, e, unverdunkelbar, unzweideutig, klar, muniti et illic divinae determinationis inobscurabili regula, Tert. Anim. 3.

ĭnobseptus, a, um, uneingehegt, schutzlos, earum (aurium) foramina noluit esse nuda et inobsepta, Lact. Off. dei 8.

ĭnobsĕquens, entis, ungehorsam, inobsequentes protinus frenis equi rapuĕre currum, Sen. Hipp. 1069. ut - contumaces et inobsequentes pronuntiaret, quos non potuisset experiri, Tert. adv. Marc. 4, 17.

ĭnobsĕquentia, ae, *f.*, der Ungehorsam, quod eorum culpa inobsequentiae argueremini, Jul. Val. de reb. gest. Al. 2, 21.

ĭnobservābĭlis, e, unbemerkbar, der Beobachtung sich entziehend, ne labyrintheis e flexibus egredientem tecti frustaretur inobservabilis error, Catull. 64, 114. in Martis sidere, cuius est maxume inobs. cursus, Plin. 2, 17 (15), 77.

ĭnobservans, antis, unachtsam, homines, Pallad. 1, 35, 12.

ĭnobservantia, ae, *f.*, die Nichtbeobachtung, der Mangel an Beobachtung od. an Achtsamkeit, die Unachtsamkeit, ex hac inobservantia nonnunquam vel ante initum vel post dimissum convivium solus caenitabat, Suet. Aug. 76. quae ne fecisse inobs. quadam videatur, Quint. 4, 2, 107.

ĭnobservātus, a, um, **unbeobachtet, unbeachtet**, at ille, scilicet ut vacuis et inobservatus in herbis, huc it et hinc illuc, Ov. M. 4, 340. placuit tibi, Delphice, certe (Coronis), dum vel casta fuit vel inobservata, 2, 543. qui (milites) negotiatorum specie inobservati portas aperuerunt suis, Frontin. Strat. 3, 2, 8. luserat hoc casus, nisi inobservata maneret (columba) permissāque sibi nollet abire fugā, Mart. 8, 32, 3; — libera currebant et inobservata per annum sidera, Ov. F. 3, 111. ubi tempus eius rei, de qua quaeritur, inobservatum vel incertum est, Sen. NQ. 3, 26, 8. u. vgl. Ep. 4, 11, 13 (40).

ĭnobsŏlētus, a, um, **unveraltet**, vestimenta et calceamenta filiorum Israelis quadraginta illis annis indetrita et inobsoleta manserunt, Tert. resurr. carn. 58.

inoccĭduus, a, um, **nicht untergehend**, übtr. **unvergänglich, unauslöschlich, unermüdlich**, qui non mergitur undis axis inocciduus, gemina clarissimus arcto, Lucan. 8, 174. oceanum petit arctos inocciduique triones occasum didicere pati, Claud. Gigant. 11; — cum Ianus, temporis auctor, pandit inocciduum bissenis mensibus aevum, Nemes. Cyn. 104. cum numinibus ipsis dicat Plato medias esse naturas, sed continuam et inocciduam vitam principali benivolentia subrogari, Arnob. 2, 36. tum, ne deficerent tantis erroribus ignes, semper inocciduos insopitosque manere iussit, Claud. Rapt. Pros. 3, 400. Io post tergum, iam prona, dolorque parentis spectat inocciduis stellatum visibus Argum, Stat. Theb. 6, 276.

ĭnocco, ātum, āre, **eineggen**, sementi facta inoccare oportet, quod sparseris, Col. 11, 2. 82. quod (semen) sicco solo ingestum et inoccatum est, 2, 8, 4. u. vgl. 3, 15, 1. lupini modii tres vel quatuor in singula iugera sparguntur et ita inoccantur, 11, 2, 60.

ĭnŏcŭlātio, ōnis, *f.*, **das Einsetzen eines Auges** (Pfropfreises), **das Oculiren**, tria genera insitionum antiqui tradiderunt: unum, quo resecta et fissa arbor resectos surculos accipit, alterum, quo resecta inter librum et materiam semina admittit, - tertium, quo ipsas gemmas cum exiguo cortice in partem sui delibratam recipit, quam vocant agricolae emplastrationem vel, ut quidam, inoculationem, Col. 5, 11, 1. emplastratio et ipsa inoculatione nata videri potest, crasso autem maxume cortici convenit, sicut est ficis: ergo amputatis omnibus ramis, ne sucum avocent, nitidissima in parte quaque praecipua cernatur hilaritas, exempta scutula ita ne descendat ultra corticem ferrum, inprimitur ex alia cortex par cum sui germinis mamma, sic conpage densata ut cicatrici locus non sit et statim fiat unitas, nec umorem nec adflatum recipiens, nihilo minus tamen et luto munire et vinculo melius, Plin. 17, 16 (26), 118. hinc nata inoculatio sutoriae simili fistula aperiendi in arbore oculum cortice exciso semenque includendi eadem fistula sublatum ex alia: in ficis autem et malis haec fuit inoculatio antiqua: Vergiliana (G. 2, 73) quaerit sinum in nodo gemmae expulsi corticis gemmamque ex alia arbore includit, Plin. 17, 14 (23), 100.

ĭnŏcŭlātor, ōris, *m.*, **der Oculirer**, Plin. 18, 33 (76), 329.

ĭnŏcŭlo, ātum, āre, **ein Auge** (Pfropfreis) **od. Augen einsetzen, oculiren**, nunc etiam ficum debemus inserere in ligno vel sub cortice et eam locis siccis inoculare, Pallad. 5, 5, 2. his quidem diebus arbores ficorum inoculantur, Col. 11, 2, 59. inoculari ficus locis siccis aprili, Pallad. 4, 10, 32. u. vgl. 8, 3, 2. locis frigidis persicus inoculatur, 7, 5, 2. circa calendas maias persicus inoculari potest, 5, 5, 1. u. vgl. 12, 7, 7. unde mox illis et frutices inoculantur et folia formantur cet., Tert. Anim. 9. u. übtr.: ad hunc porro iustitiae affectum pectoribus inoculandum nihil aeque patrocinaturum vidit, quam cet., Macrob. Somn. Scip. 1, 1, 5; auch: monilibus bullisque te multis aureis inoculatum, veluti stellis sidereis relucentem - te meum sospitatorem quotidie saginabo, Apul. M. 6, 28.

ĭnŏdōro, āre, **riechend machen**, nam sic sata (allium vel ulpicum) et rursus sic recondita existimantur neque acerrimi saporis existere neque mandentium halitus inodorare, Col. 11, 3, 22.

ĭnŏdōrus, a, um, 1) **geruchlos**, urnae ossa inodora dabit, ohne Salben u. Wohlgerüche, Pers. 6, 34. — 2) **ohne Geruchssinn**, quaedam animalia alia alio (sensu) carent et aut caeca natura gignuntur aut inodora inauditave, Gell. 6 (7), 6, 1.

ĭnoffensus, a, um, **ohne an etw. angestoßen zu sein** (mit dem Nebenbegriff entweder des dadurch erlittenen Schadens, oder nur des dadurch verursachten Aufenthaltes, daher): **ohne Anstoß od. Schaden erlitten zu haben, ohne von etw. aufgehalten od. behindert zu sein, ohne Anstoß, ohne Aufenthalt, ohne Hinderniß, unbeschädigt, unbehindert, gleichmäßig, ununterbrochen**, eig. u. übtr., neben *Subst.*: te canit agricola, e magna cum venerit urbe serus inoffensum rettuleritque pedem, Tibull. 1, 7, 61. ille per excubias custodum leniter ire monstrat: inoffensos dirigit ille pedes, Ov. Am. 1, 6, 7. inoffensā currit harundo viā, Mart. 14, 109. 2. siccitate et amnibus modicis inoffensum iter properaverat, Tac. A. 1, 56. astra inoffensos agant aeterna cursus, Sen. Herc. fur. 928. cursu honorum inoffenso legioni post praeturam praepositus probatusque, Tac. H. 1, 48. cogit inoffensae currus accedere metae (moderator equorum), Lucan. 8, 201. detur inoffensam vitae tibi tangere metam, Ov. Tr. 1, 9, 1. late pervius humor ducit inoffensos liquido sub gurgite visus, Claud. Rapt. Pros. 2, 115. capitis firma sinceritas, inoffensum lumen oculorum, purus auditus, Pallad. 1, 3. temperantia fuisse eum tanta traditum est, ut omnia fere vitae suae tempora valitudine inoffensa vixerit, Gell. 2, 1, 4. quamquam omnes, quicumque tui cognominis, anni semper inoffensum dederint successibus omen, Claud. VI. Cons. Hon. 13; — servat inoffensam divina modestia vocem, Mall. Th. cons. 217. erumpebat interdum magnus clamor laudantium, sed quem rerum magnitudo evocaverat, non sonus inof-

fensae ac molliter orationis elapsae, Sen. Ep. 5, 12, 11 (52). nisi forte in carminibus tantum et in canticis exigitur structura quaedam et inoffensa copulatio vocum, Quint. 1, 10, 23. inoffensa atque indubitata litterarum inter se coniunctio, 1, 1, 31; — als *Praedic.*: speculatus litora Tarchon, qua vada non sperat nec fracta remurmurat unda, sed mare inoffensum crescenti adlabitur aestu, Virg. A. 10, 290. ancorarum funes non extenti fluitabant, ut augescente flumine inoffensus ordo navium attolleretur, Tac. H. 2, 34. est enim (deus), cuius consilio huic mundo providetur, ut inoffensus exeat et actus suos explicet, Sen. NQ. 2, 45, 2; nunc enim praecipue simul esse cupiebam, ut oculis meis crederem quid viribus, quid corpusculo adparares, ecquid denique secessus voluptatis regionisque abundantiam inoffensa transmitteres, Plin. Ep. 6, 4, 2. — *Adv.*: si sunt per naturam primitus salubriter utiliterque ficta (ingenia), omnem illam vim, quae de fato extrinsecus ingruit, **inoffensius** tractabiliusque transmittunt, Gell. 7 (6), 2, 8.

ĭnoffĭcĭōsus, a, um, pflichtwidrig, iure, legibus, auctoritate omnium, qui consulebantur, testamentum P. Annius fecerat, non improbum, non inofficiosum, non inhumanum, Cic. II. Verr. 1, 42, 107. audisne? furiosum, inquam, non inofficiosum testamentum reprehendimus, Asin. b. Quint. 9, 2, 9. u. vgl. de inofficioso testamento, Dig. 5. tit. 2. Paul. Sent. 4, 5; v. Personen = pflichtwidrig *, rücksichtslos handelnd, quivis vel aeque ut ego spernens hereditatis tamen vindicari de tam inofficioso privigno non recusasset? Apul. Mag. 99. si quidem inofficiosus (libertus) patrono, patronae liberisve eorum sit, tantummodo castigari eum sub comminatione aliqua severitatis non defuturae, si rursum causam querelae praebuerit, et dimitti oportet, Ulp. Dig. 37, 14, 1. de epistola ad Caesarem nobis vero semper rectissime placuit, ut isti ante legerent: aliter enim fuissemus et in hos inofficiosi et in nosmet ipsos, si illum offensuri fuimus, paene periculosi, Cic. Att. 13, 27, 1; mit *Genit.*: semper humana gens male de deo meruit: primo quidem ut inofficiosa eius, quem cum intelligeret ex parte, non solum non requisivit timendum, sed et alios sibi citius commenta est, quos coleret, dehinc cet., Tert. Apolog. 40.

ĭnŏlens, entis, geruchlos, cum primis quaerere par est, quo ad licet ac potis es reperire, inolentis olivi naturam, nullam quae mittat naribus auram, Lucr. 2, 849.

ĭnŏlesco, ŏlēvi, ŏlĭtum, ŏlescere, 1) *intr.*, hineinwachsen, in etw. wachsen, mit etw. verwachsen, a) eig., mit *Dat.* od. *absol.*: aliena ex arbore germen inducunt udoque docent inolescere libro, Virg. G. 2, 77. nunc Silarus quos nutrit aquis, quo gurgite tradunt duritiem lapidum mersis inolescere ramis, Sil. 8, 580. Phlegethonteo sub gurgite sanxit edaces perpetuis scelerum paenis inolescere vermes, Prud. Hamart. 826; vastior plaga nisi habeat superpositam valentem materiam, quo possit inolescere, solis habitu torretur, mox deinde roribus et imbribus putrescit, Col. 4, 22, 5; — quod quidem non fit in traduce, qui a materno sustinetur ubere, dum inolescat, 4, 29, 14. quae (partes) sic resectae inolescunt nec ultra vitibus obsunt, Arb. 5, 4. — b) übtr.: hinc certatim *in* omnes luxuriae pudor, parsimoniae cultus inolevit, Pacat. 14, 4; — mit *Dat.* od. *absol.*: hinc tibi concreta radice tenacius haeret et penitus totis inolevit Roma medullis, Claud. VI. Cons. Hon. 77. quae nosti meditando velis inolescere menti, Auson. Epigr. 141, 2. spreta opinione, quae minus cautis animis pro vero inolescit, quaerit discere certiora, Macrob. Somn. Scip. 1, 10, 3. assidua veterum scriptorum tractatione inoleverat linguae illius vox, quam in libris saepe ostenderat, Gell. 5, 21, 3. en pectus inustae deformant maculae vitiisque inolevit imago, Claud. in Rufin. 2, 504; ita enim nomen Antoninorum inoleverat, ut velli ex animis hominum non posset, Spart. Carac. 9. veritus sum, ne vitia eorum sub aliis inolescentia emendare non posses, sich einnisten, Capitol. Maxim. duob. 5. non tamen omne malum miseris nec funditus omnes corporeae excedunt pestes penitusque necesse est multa diu concreta modis inolescere miris, Virg. A. 6, 736. — 2) *trans.*, hineinwachsen lassen, einpflanzen, tu Gratiano - eiusmodi semina nostri amoris inolesti, ut nihil in digressu segnior factus meminisset et relicti, Auson. Grat. act. 36. p. 301. natura, inquit, omnium rerum, quae nos genuit, induit nobis inolevitque in ipsis statim principiis, quibus nati sumus, amorem nostri et caritatem, Gell. 12, 5, 7. in moribus inolescendis magnam fere partem nutricis ingenium et natura lactis tenet, Macrob. Sat. 5, 11, 15. inolitum nomen tuum urbi nunc conditae olim posse mutari, Jul. Val. res gest. Al. 1, 33.

ĭnōmĭnālis, e, Unglück verkündend, ante diem quoque quartum kalendas vel nonas vel idus, tamquam inominalem diem, plerique vitant, Gell. 5, 17, 3. Macrob. Sat. 1, 16, 26.

ĭnōmĭnātus, a, um, verwünscht, unselig, mollis et expes inominata perprimat cubilia, Hor. Epod. 16, 37.

ĭnŏpāco, āre, beschatten, quae (viridia) inopacant avium receptacula, Col. 8, 15, 4.

ĭnŏpĕrātus, a, um, unbeschäftigt, unthätig, me natura inoperatam debuit continuisse bonitatem, nec cet., Tert. adv. Marc. 2, 11.

ĭnŏpĕror, ātus sum, āri, hineinversetzen, ille inoperatus est in Christum valentiam suam suscitando eum a mortuis et collocando eum ad dexteram suam, Tert. adv. Marc. 5, 17.

ĭnŏpertus, a, um, unverhüllt, corpora mutua, nosse nefas, post epulas inoperta vident, lubricus error et erubuit, Prud. Cathem. 3, 116. utinam quidem iam tenerentur omnia et inoperta ac confessa veritas esset nihilque ex decretis mutaremus! Sen. de otio 3, 1.

ĭnŏpĭa, ae, *f.*, die Mittellosigkeit, Hülflosigkeit, Armuth, Dürftigkeit, der Mangel, die Erschöpfung, Verlegenheit, vgl. Sätze mit *entgegeng.* u. *verwandt. Begriffen*: instructa inopia est in di-

vitiis cupiditas, Syr. 229. quasi is non ditiis abundet, gnatus eius profugit inopia, Ter. Heaut. 3, 2, 17. soli omnium opes atque inopiam pari adfectu concupiscunt, Tac. Agr. 30. ad summam quondam ubertatem vini, frumenti vero inopiam existimans nimio vinearum studio neglegi arva, Suet. Dom. 7. quid ego ex hac inopia nunc capiam et quid tu ex istac copia, Ter. Phorm. 1, 3, 15. nec enim in summa inopia levis esse senectus potest, ne sapienti quidem, nec insipienti etiam in summa copia non gravis, Cic. Sen. 3, 8. avaritia pecuniae studium habet, quam nemo sapiens concupivit: ea quasi venenis malis imbuta corpus animumque virilem effeminat, semper infinita, insatiabilis est neque copia neque inopia minuitur, Sall. C. 11, 3. u. vgl. Amm. 26, 3, 6. u. rhetor.: vitium utrumque: peius tamen illud, quod ex inopia quam quod ex copia venit, Quint. 2, 4, 4. primum mihi Plautus nomen Luxuriae indidit: tum illanc mihi esse gnatam voluit Inopiam, Plaut. Trin. prol. 8. luxuria atque inopia praeceps abierat, Sall. C. 25, 4. quos gravior criminum vel inopiae luxuriaeve vis urgeret, Suet. Caes. 27. u. vgl.: desunt inopiae pauca, avaritiae omnia, Syr. 121; — utrum propter imbecillitatem atque inopiam desiderata sit amicitia, Cic. Am. 8, 26. humilem sane relinquunt et minime generosam, ut ita dicam, ortum amicitiae, quam ex inopia atque indigentia natam volunt, 9, 29. vixit - in summa pauperie et paene inopia, Suet. Gr. 11. neque ego ceteras copias, ornamenta, praesidia vestra cum illius latronis inopia atque egestate conferre debeo, Cic. Cat. 2, 11, 24. si propter inopiam in egestate estis, pecuniam non habetis, Inv. 1, 47, 88. quos magis dominationis spes hortabatur, quam inopia aut aliqua necessitudo, Sall. C. 17, 5; in magnis omnium rerum difficultatibus summaque frugum inopia, Suet. Tib. 16. u. vgl. Vell. 2, 94, 3. 2, 54, 3; ferner vgl.: eodem tempore inopiam et laborem tolerare, Sall. J. 85, 33. exercitum ex labore atque inopia refecit, Caes. BG. 7, 32, 1. populus militia atque inopia urguebatur, Sall. J. 41, 7. discessu meo frugum inopia, fames, vastitas, caedes, incendia, rapinae, scelerum impunitas, fuga, formido, discordia fuisset, Cic. Dom. 7, 17. habes ubi ostentes tuam illam praeclaram patientiam famis, frigoris, inopiae rerum omnium, Cat. 1, 10, 26. per vastas solitudines, etiamsi nemo insequi velit, euntes fame atque inopia debellari posse, Curt. 3, 12 (5), 6. quum ingravesceret annona, ut iam plane inopia ac fames, non caritas timeretur, Cic. Dom. 5, 11. si - vir bonus Alexandria Rhodum magnum frumenti numerum advexerit in Rhodiorum inopia ac fame summaque annonae caritate, Off. 3, 12, 50. querentem de inopia et caritate vini populum severissima coercuit voce, Suet. Aug. 42. harum videre inluviem sordes inopiam, Ter. Eun. 5, 4, 15. multis sum modis circumventus, morbo, exilio atque inopia, Enn. trag. 42. timetur inopia, timentur morbi, timentur quae per vim potentioris eveniunt, Sen. Ep. 2, 2, 3 (14); endlich rhetor.: cavenda est presso illi oratori inopia et ieiunitas, amplo autem inflatum et corruptum orationis genus, Cic. Brut. 55, 202. u. vor Gericht: quod si tu iudex nullo praesidio fuisse videbere contra vim et gratiam solitudini atque inopiae, Quinct. 1, 5. vgl. mit: ne quis inopia advocatorum potentibus obnoxius sit, Tac. A. 11, 7. — Mit *Attrib.*: nimis miser sum: nummum nusquam reperire argenti queo: ita miser et amore pereo et inopia argentaria, Plaut. Pseud. 1, 3, 65. ad hunc modum - facillime inopiae frumentariae sese mederi posse existimavit, Caes. BG. 5, 24, 6. saepe suis opibus inopiam eorum publicam levavit, Nep. Att. 2, 3. in amore suave est summo summaque inopia, parentem habere avarum inlepidum, in liberos difficilem cet., Caecil. 199. festinantibus in summa inopia patribus, Sall. H. frg. inc. 28. u. so Suet. Ter. 1. Vesp. 16. maxuma argenti in., Plaut. Curc. 2, 3, 54. in. rerum intolerabilis, Vell. 2, 120, 2. in. pudenda, Tac. A. 2, 38. — Mit *Genit. object.*: antehac si flabat aquilo aut auster, inopia erat tum piscati, Turpil. 21. quorum (serpentium) vis, sicut omnium ferarum, inopia cibi acrior, Sall. J. 89, 5. anseres non fefellēre, quibus sacris Iunonis in summa inopia cibi tamen abstinebatur, Liv. 5, 47, 4. mulieres - si lactis inopia premuntur, Col. 5, 12, 2. si sit leguminum inopia, 6, 3, 4. frugum in., Cic. Dom. 7, 17. Suet. Tib. 16. quum - impulsu Clodii mea opera frumenti inopiam esse clamarent, Cic. Att. 4, 1, 6. u. so Sall. J. 90, 1. 91, 1. maximamque difficultatem annonae ac rei frumentariae inopiam ita Ostiae atque in urbe - moderatus est, ut cet., Vell. 2, 94, 3. frumenti commeatusque inopia permotus - in provinciam reverti contendit, Caes. BG. 3, 6, 4. veritus ex anni tempore et inopia aquae, ne siti conficeretur exercitus, Sall. J. 50, 1. u. so Nep. Eum. 8, 5. eo anno - aquarum incessit inopia metuenda, Amm. 22, 13, 4. Ianiculum quoque adiectum, non inopia loci, sed ne quando ea arx hostium esset, Liv. 1, 33, 6. nec tantum condicio illos temporum aut locorum inopia pauperibus exaequat, Sen. Cons. ad Helv. 12, 3. u. vgl. dagegen subj.: eorumque copias auxerat M. Cato ingenti cum difficultate itinerum locorumque inopia perductis ad eos legionibus, Vell. 2, 54, 3. cum (Galli) - propter hominum multitudinem agrique inopiam trans Rhenum colonias mitterent, Caes. BG. 6, 24, 1. extorres inopia agrorum profecti domo per asperrimam Illyrici oram - has terras ceperunt, Liv. 38, 17, 16. propter inopiam tecti in foro pernoctans, Cic. Dom. 30, 80. Helvetii omnium rerum inopia adducti legatos de deditione ad eum miserunt, Caes. BG. 1, 27, 1. u. so 6, 43, 3. Cic. Cat. 1, 10, 26. Liv. 45, 11, 7. omnibus difficultatibus superatis, quas inopia rerum intolerabilis, vis hostium faciebat inexsuperabilis, Vell. 2, 120, 2. inopia rei nummariae, Tac. A. 6, 17. respondit - quod tibi'st item sibi esse, maxumam argenti inopiam, Plaut. Curc. 2, 3, 54. agitabatur magis magisque in dies animus ferox inopia rei familiaris et conscientia scelerum, Sall. C. 5, 7. in. scutorum fuerat, Sall. H. 4, 1. in. remedii (gegen das Feuer), Tac.

b) in anderen Beziehungen (oft mit subj. Genit.), vgl. zunächst folgende Verbindungen: consilia et insidias eorum antevenire, Sall. J. 88, 2; in quorum subiere locum fraudesque dolique insidiaeque et vis et amor sceleratus habendi, Ov. M. 1, 130. cuncta sine insidiis nullamque timentia fraudem plenaque pacis erant, 15, 102. frater quoque eius Perdicca pari insidiarum fraude decipitur, Justin. 7, 5, 6. u. vgl. 1, 8, 9. insidias retegunt et in ipsa cubilia fraudum ducunt, Claud. Laud. Stil. 2, 214. vos modo ab intestina fraude et domesticorum insidiis praestate securum, Curt. 9, 25 (6), 24. hoc quum sentit Saturius esse apertum, resistere et repugnare contra veritatem non audet: aliud fraudis et insidiarum eodem vestigio deverticulum repperit, Cic. QRosc. 17, 51. quum vero scelera consiliorum vestrorum fraudemque legis et insidias, quae ipsi populo Romano a popularibus tribunis plebis fiant, ostendero, pertimescam cet., Agr. 1, 8, 25. fractum ducem et extrema deditionis agitantem per fraudem et insidias et domesticos percussores adgressus hanc hosti gloriam dedit, ut cet., Flor. 1, 33 (2, 17), 17; talibus insidiis periurique arte Sinonis credita res, Virg. A. 2, 195. totus in suas artes versus insidiis locum quaerebat, Liv. 27, 26, 2. insidiis et occultis artibus rem geret, Quint. 12, 9, 3; se ita - didicisse, ut magis virtute quam dolo contenderent aut insidiis niterentur, Caes. BG. 1, 13, 6. missis, qui - Gannascum dolo aggrederentur nec irritae aut degeneres insidiae fuēre adversus transfugam et violatorem fidei: sed caede eius motae Chaucorum mentes, Tac. A. 11, 19. ille tamen, quibus sibi parietibus et muris salutem suam tueri videbatur, dolum secum et insidias et ultorem scelerum deum inclusit, Plin. Pan. 49, 1. dolos et insidias hostium vereor nimium callidorum, Amm. 23, 5, 21; ciet tenebris (Alecto), cui tristia bella iraeque insidiaeque et crimina noxia cordi, Virg. A. 7, 325. iraeque insidiaeque, dei comitatus, aguntur, 12, 336. si praevenirent Claudium, ut insidiis incautum, ita irae properum, Tac. A. 11, 26; de insidiarum caedisque genere haec fere divulgata sunt, Suet. Dom. 17; nullae hic insidiae tales - nec vim tela ferunt, Virg. A. 6, 399. ubi videt neque per vim neque insidiis opprimi posse hominem tam acceptum popularibus -, statuit eum obiectare periculis, Sall. J. 7, 1. repentina vis dictatorem Caesarem oppresserat, occultae Gaium insidiae, Tac. H. 3, 68. qui domesticis insidiis perierunt aut aperta vi aut dolo, Sen. Ep. 1, 4, 8; bona mente factum, ideo palam: mala, ideo ex insidiis, nocte, in solitudine, Quint. 5, 10, 52. de industriaque non ex insidiis, sed aperte ac palam elaboratur (concinnitas sententiarum), Cic. Or. 12, 38; aperto Marte, an insidiis iacet? Sen. Oed. 275. In diesen Beziehungen

α) von solchen, die dem Leben Jmds. Nachstellungen bereiten: quum, inquit, vomere te post coenam velle dixisses, in balneum te ducere coeperunt: ibi enim erant insidiae: at te eadem tum fortuna servavit: in cubiculo malle dixisti. Di te perduint, fugitive! ita non modo nequam et improbus, sed fatuus et amens es. Quid? ille signa aënea in insidiis posuerat, quae e balneo in cubiculum transire non possent? Habes crimina insidiarum, Cic. Deiot. 7, 21. quo quidem tu loco, Cassi, etiam purgasti inimicos meos meaeque vitae nullas ab iis insidias fuisse dixisti, Planc. 29, 71. in quo itinere futuras insidias dixerant, Nep. Dat. 9, 3; — et latro et cautus praecingitur ense viator: ille sed insidias, hic sibi portat opem, Ov. Tr. 2, 271. deinde, ubi res postulabat, insidias tendit, Sall. J. 35, 5. u. so alci, C. 27, 2. J. 113, 4. alci per amicos, 61, 3. a quo sibi quoque insidias tendi videbat, Suet. Caes. 35. insidias ei latenter obtendi prodiderat ab militibus obscurissimis, Amm. 14, 7, 4. ubi tentatis frustra mactare nequivit insidiis, Claud. BGild. 393. ipsi parare voluit insidias, Eutr. 6, 22. omnibus modis insidias parabat Ciceroni, Sall. C. 26, 2. quibus insidiae parabantur, 43, 2. quum ad me L. Tubero - decedens ex Asia venisset easque insidias, quas mihi paratas ab exsulibus coniuratis audierat, ad me - detulisset, Cic. Planc. 41, 100. insidias vitae huiusce Sex. Roscii parare, SRosc. 9, 26. tum sic statuit, per C. Fabricium - insidias Avito comparare, Cluent. 16, 47. aperit, in tertium diem regi insidias comparatas, Curt. 6, 25 (7), 6. in eam ipsam noctem, quae decederet, insidias comparatas fuisse, 8, 23 (6), 23. u. capiti meo, 6, 34 (9), 17. u. in caput eius, 6, 4 (2), 4. in caput meum praeparatas insidias biduo texit, 6, 28 (7), 31. ibi priorem se petitum ab Alexandro allegat, nec fecisse se, sed occupasse insidias, Justin. 16, 1, 10. neque insidiae, quas consuli in campo fecerat, prospere cessēre, Sall. C. 26, 5. quonam igitur pacto probari potest insidias Miloni fecisse Clodium? Cic. Mil. 12, 32. u. vgl. Quint. 4, 2, 25. num quid igitur aliud in iudicium venit, nisi uter utri insidias fecerit? Cic. Mil. 12, 31. insidias vitae suae fieri, II. QFratr. 3, 4. insidias sibi fieri intellexit, Nep. Paus. 5, 1 a Callicrate sibi fieri insidias, Dion. 8, 4. cum mihi, qui fulmen, qui vos habeoque rogoque, struxerit insidias notus feritate Lycaon, Ov. M. 1, 197. vgl. mit 224. ab illo die nullum locum praetermisit, in quo non strueret insidias aliquas ac dies omnes atque noctes tota mente mater de pernicie filii cogitaret, Cic. Cluent. 66, 190. neque cessavit ex eo, insidias struere fratri clam palamque, Suet. Dom. 2. exinde externo metu deposito inpium et facinorosum animum ad domestica scelera convertit insidiasque Ar-

sinoae sorori suae instruit, Justin. 24, 2, 1. quem virum - domui meae certi homines ad eam rem positi monuerunt, ut esset cautior, eiusque vitae a me insidias apud me domi positas esse dixerunt, Cic. Sest. 18, 41. non illum miserum, ignarum casus sui, redeuntem a coena videtis? non positas insidias? SRosc. 35, 98. Roma subito ipse profectus pridie est, ut ante suum fundum - Miloni insidias collocaret, Mil. 10, 27. dediderim periculis omnibus, obtulerim insidiis, obiecerim invidiae, Quint. 9, 3, 45. Cethego atque Lentulo ceterisque mandat, insidias consuli maturent, Sall. C. 32, 2. u. vgl. neque insidiae consuli procedebant, 32, 1. quibus (litteris) insidiae Parmenionis in regem - continebantur, Curt. 7, 9 (2), 30 quod ab amico nullas vereretur insidias, Nep. Dat. 2, 3. duces porro nostri non tam regum exterorum quam suorum principum insidias - metuebant, Plin. Pan. 18, 4. quasdam insidias temere delatas adeo expavit cet., Suet. Claud. 36. insidias quidam suspicati tumultum excitaverunt, Oth. 8. non in me querentem deprehensas insidias, sed in eum, qui fecisset, saevires, Liv. 40, 9, 3. detectis insidiis per Faustam filiam, quae dolum viro nuntiaverat, profugit Herculius, Eutr. 10, 3. perfidi hominis insidias - prudenter cauteque vitasset, Curt. 5, 32 (12), 1. insidias undique imminentes subire semel satius est, quam cavere semper, Suet. Caes. 86. insidias virtute superasset, Quint. 11, 1, 40. mater insidias et hinc et rursus illinc abiget, Sen. Phoen. 495. cuius nocturnas ins. - evaserat, Suet. Caes. 74, patiens laborum, acri ingenio, satis providens, belli haud ignarus, firmissimus contra pericula et insidias (consul), Sall. J. 28, 5; — v. Thieren: insidias avibus moliri, Virg. G. 1, 271; — Mucius Scaevola regem *per* insidias in castris ipsius adgreditur, Flor. 1, 4 (1, 10), 5. quid fecerat (filius), quod eum totiens per ins. interficere voluistis? Cic. Dom. 23, 59. per ins. Alexandrum interfecit, Justin. 16, 1, 8. per ins. caesi sunt, Eutr. 6, 17. u. per ins. occisus est, 9, 18. legatis per ins. caesis, Suet. Caes. 25; — im *Dat.*: ordinem insidiis composuerunt, ut cet., Tac. A. 15, 55; — im *Abl.*: ut nostrum insidiis caput lacessas, Catull. 15, 16. petitus insidiis, Liv. 40, 9, 1. si quos obscura nocte per urbem fudimus insidiis totaque agitavimus urbe, Virg. A. 2, 420. insidiis interficere studuit (Datamem), Nep. Dat. 9, 1. per litteras purgat Caesarem de interitu Marcelli, in quem, ne si insidiis quidem ille interfectus esset, caderet ulla suspicio, Cic. Att. 13, 10, 3. insidiis Othonis occisus est, Eutr. 7, 16. quum Caesarem - insidiis perdidisset, 9, 19. seu fatalem – seu conflatam insidiis - mortem obiit, Vell. 2, 4, 6. pellis item cecidit vestis contempta ferinae, quam reor invidia tali tunc esse repertam, ut letum insidiis qui gessit primus obiret, Lucr. 5, 1418. dirum in oriente committitur facinus Para Armeniorum rege clandestinis insidiis obtruncato, Amm. 30, 1, 1. tumultuantes deinde milites insidiisque perire regem suspicantes ipse sedavit, Justin. 12, 15, 2. coniugis, heu mel pater insidiis oppresse iaces, Sen. Oct. 30; — Thiere: insidiis cursuque feras agitabat Iulus, Virg. A. 7, 478. non ego te vidi Damonis, pessime, caprum excipere insidiis, Ecl. 3, 17. ille autem (cervus) insidiis et ripa territus alta mille fugit refugitque vias, A. 12, 752. u. vgl. Phaedr. 4, 2, 18; — Brutus erat stulti sapiens imitator, ut esset tutus *ab* insidiis, dire Superbe, tuis, Ov. F. 2, 717. me silva cavusque tutus ab ins. tenui solabitur ervo, Hor. Sat. 2, 6, 117. nam ab ins. eius aliter caveri nequivisse, Sall. J. 108, 2; — eum perisse *ex* insidiis, Suet. Claud. 12. qui (Phalaris) non ex ins. interiit - non a paucis - sed in quem universa Agrigentinorum multitudo impetum fecit, Cic. Off. 2, 7, 26; — im *Genit.*: nec tamen expers insidiarum usquequaque permansit, Suet. Claud. 13. quasi ins. adversus se conscius, Cal. 24; ne suspicionem illi praeberet ins., Nep. Dat. 10, 3. ins. metus, Justin. 7, 6, 3. Besso tamen ins. consilium purganti respondit, Curt. 5, 32 (12), 5. non ignobilis barbarus cum telo repertus ordinem insidiarum seque auctorem et socios per tormenta edidit, Tac. A. 14, 24. quasi remedium ins., Suet. Ner. 56. u. vgl. Tac. A. 14, 6.

β) überh. abstract = Hinterlist, Verrath: vigilandum est semper: multae insidiae sunt bonis, Att. 214. tum vero manifesta fides Danaûmque patescunt insidiae, Virg. A. 2, 309; quo plus dicentibus fidei minusque suspectae advocatorum insidiae forent, Quint. 12, 9, 5; — ex perfidia et malitia, per quam insidiae tenduntur alicui, di immortales hominibus irasci ac succensere censuerunt, Cic. QRosc. 16, 46. animis omnes tenduntur insidiae vel ab iis cet., Leg. 1, 17, 47. ei paratae ut sint insidiae de auro et de servo meo, Plaut. Poen. 3, 1, 46. furialiter odit et parat insidias et cupit ulta mori, Ov. F. 3, 637. insidias, quas civibus paraverat, in ipsum Mithridatem verterat, Justin. 16, 4, 8. insidias mihi instruentem tangam te prior irrumatione, Catull. 21, 7. insidias fecit virgini, ins. postquam fecit, vim in loco attulit, Poët. b. Aller. 1, 9, 14. lepide ipsi hi sunt capti, suis qui filiis fecēre insidias, Plaut. Bacch. 5, 2, 88. insidias nostrae fecit adulescentiae ac vicit, Ter. Phorm. 2, 1, 44. somnis facient insidias tuis lascivae nemorum deae montivagique Panes, Sen. Hipp. 782. nec enim aliter impetrabunt quod petunt, nisi quasdam insidias auribus fecerint, Petr. 3, 3. consulto hoc factum est: mihi ut insidiae fierent, Plaut. Poen. 3, 5, 43. dico ego mi insidias fieri, Ter. Eun. 3, 3, 26. an tibi mavis insidias fieri pretiumque avellier ante quam mercem ostendi? Hor. Sat. 1, 2, 104. videmus auro insidias fieri, Plaut. Bacch. 2, 3, 65. u. vgl.: Threces postquam eum cum magna pecunia venisse senserunt, insidias fecerunt: qui ea, quae apportarat, abstulerunt, ipsum capere non potuerunt, Nep. Alc. 9, 2. quum omnes insidias fortunis suis a praetore fieri videret, Cic. II. Verr. 2, 17, 41. lubet scire hic quid venerit cum machaera: [pol] huic quam rem agat hinc dabo [nunc] insidias, Plaut. Pseud. 2, 1, 19. u. so 4, 7, 141. u. 147. Mil. gl. 2, 3, 32. u. vgl. is nostrae navi lem-

bus insidias dabat, Bacch. 2, 3, 52. dum patefacio vobis, quas isti penitus abstrusas insidias se posuisse arbitrantur contra Cn. Pompeii dignitatem, Cic. Agr. 2, 18, 49. an gloria magna insidias homini composuisse deum (Amorem)? Tibull. 1, 6, 3. metuo hercle ne illa mulier mi insidias locet, Plaut. Rud. 2, 5, 17. u. vgl. Curc. 1, 1, 25. at virgo quamquam insidias aestusque novercae sentiat - obsequitur tamen, VFlacc. 3, 506. cognitis insidiis ad regem pergit, Sall. J. 71, 4. dic, hospes, origine nobis insidias - Danaûm, Virg. A. 1, 753. u. so 2, 65. has insidias mulier quaedam regis cognata prodidit, u. dann: insidias aperuit, Justin. 43, 4, 8. insidias non timuisse decet, Tibull. 1, 2, 28. nil sancta superbae pellicis insidias - tremiscas, Auct. Laud. Herc. 46. tollite Massylas fraudes: removete bilingues insidias et verba soli spirantia virus, BGild. 284. in his (causis) vitandae insidiae, Quint. 5, 7, 12. mage cavenda amicorum est invidia quam insidiae hostium, Syr. 523. execratus itaque aniculae insidias operui caput, Petron. 7, 4; antequam in has aetatis veniat insidias, Quint. 12, 11, 4; — im *Dat.*: utriusque consilio dies insidiis statuitur, Sall. J. 70, 3. gnatum praeferocem et insidiis magis opportunum, Tac. A. 4, 60; — im *Genit.*: quos socios insidiarum cognoverat, Sall. J. 72, 1. mea quidem sententia paci, quae nihil habitura sit insidiarum, semper est consulendum, Cic. Off. 1, 11, 35. nimis enim insidiarum ad capiendas aures adhibere videtur, si etiam in dicendo numeri ob oratore quaeruntur, Or. 51, 170; — im *Abl.*: Catus, ut rettuli, Libonem inlexerat insidiis, deinde indicio perculerat, Tac. A. 4, 31. omnibus insidiis tentatus elicientium cogentiumque se ad querelas, Suet. Cal. 10. quum is est auditor, qui non vereatur ne compositae orationis insidias sua fides attemptetur, gratiam quoque habet oratori voluptati aurium servienti, Cic. Or. 61, 208. insidiis quid nunc fallacibus ambit, nostra ut Phrixeo spolientur templa metallo? VFlacc. 5, 632. sit licet ille Numa gravior, sit denique Minos, cedet et insidiis nostri flectetur alumni, Claud. in Rufin. 1, 114. oppressus auspiciis Pompei, insidiis fili Pharnacis Mithridates, Vell. 2, 40, 1; in iis ipsis intercludĕre insidiis, quas mihi conaris opponere: „non deieci, sed eieci", Cic. Caecin. 29, 84. qui nihil ex occulto, nihil de insidiis agendum putant, veritatis cultores, fraudis inimici, Off. 1, 30, 109. numquam se sine insidiis futuros (Romanos), Nep. Hann. 12, 2; — mit *Gen. obj.*: omnes pudoris hauserat insidias: custodia nulla tuendo fida toro, Claud. in Eutr. 1, 79.

II) übtr. auf Lebl.: nam simul insidiis hominum pelagique laboro et faciunt geminos ensis et unda metus, Ov. Tr. 1, 11, 27. infidi maris insidias virisque dolumque ut vitare velint, Lucr. 2, 557. securus in aequor haud minus Erginus, proles Neptunia, fertur qui maris insidias, clarae qui sidera noctis norit, VFlacc. 1, 414. u. vgl.: natura insidias pontum substravit avaris, Prop. 4, 6 (3, 7), 37. insidias natura loco caecamque latendi struxit opem, Stat. Theb. 2, 501. numquam te crastina fallet hora neque insidiis noctis capiēre serenae, Virg. G. 1, 425. quid enim venenorum feracius aut unde plures testamentorum insidiae, Plin. 29, 1 (8), 20. habent insidias hominis blanditiae mali, Phaedr. 1, 21, 1.

insĭdiātor, ōris, *m.*, der im Hinterhalte liegt, der Nachsteller, Auflaurer, Verräther, eig. u. übtr., 1) militär.: nostri constanter incursum sustinent insidiatorum, Hirt. BG. 8, 18, 4. neque opinantes insidiatores subito in convallibus latentes - concidit, Auct. BAfr. 66, 2. victus Neoptolemus ad Antipatrum et Polyperconta profugit hisque persuadet, ut continuatis mansionibus laeto ex victoria et securo fuga sua Eumeni superveniant: sed Eumenem non latuit: itaque insidiae in insidiatores versae et qui securum aggressuros se putabant securis in itinere et pervigilio noctis fatigatis occursum est, Justin. 13, 8, 6. — 2) in anderen Beziehungen, u. zw. a) von solchen, die dem Leben Jmds. nachstellen: ultro mihi non insidiatoris modo, sed latronis manifesti et percussoris speciem induit, Liv. 40, 12, 4. insidiator erat in foro collocatus atque in vestibulo ipso senatus: ei viro autem mors parabatur, cuius in vita nitebatur salus civitatis, Cic. Mil. 7, 19. Bomilcari imperat, pretio, sicuti multa confecerat, insidiatores Massivae paret ac maxume occulte, sin id parum procedat, quovis modo Numidam interficiat, Sall. J. 35, 4. insidiatores - decepti ordine atque vestitu impetum in eum faciunt, qui suppositus erat, Nep. Dat. 9, 4. ipse, ut concurrentes insidiatores animum advertit, tela in eos coniecit, 9, 5. voluit occidere insidiatorem Clodium aut non, Quint. 7, 1, 36. an sit ius insidiatorem occidendi, 3, 5, 10. oporteatne insidiatorem interfici, 10, 5, 13. non creditur nisi perpetratum facinus et eadem petitus insidiis audio, quae latro atque insidiator, Liv. 40, 9, 1. exclusus inter ceteros ab insidiatoribus Gai - in diaetam - recesserat, Suet. Claud. 10. — b) allgem.: nullus est portis custos, nullus insidiator viae: si qui exire volunt, connivere possum, Cic. Cat. 2, 12, 97. captes astutus ubique testamenta senum, neu, si vafer unus et alter insidiatorem praeroso fugerit hamo, aut spem deponas aut artem illusus omittas, Hor. Sat. 2, 5, 23. bonorum insidiatores latrocinia, vitam innocentissimi cuiusque petistis, AHer. 4, 15, 22. non insidiator oberrat facturus quemcunque reum, Claud. Laud. Stil. 2, 120. nullius pepercit vitae, quem eius (näml. singularis perpetuique imperii) insidiatorem putaret, Nep. Reg. 2, 2. u. vgl. Amm. 27, 11, 2.

insĭdiātrix, īcis, *f.*, im Hinterhalt liegend, subsedisse (circa muros in foveis) manum insidiatricem latenter, ut improviso inde exorta agminis nostri terga feriret extrema, Amm. 24, 4, 29. per ignota itaque et palustres uligines devius tendens insidiatricis manus locatae per obliqua subito oppetiisset occursu, ni cet., 27, 10, 11. superest, ut aviditate rapiendi posthabita, quae insidiatrix saepe Romani militis fuit, quisque agmini cohaerens incedat, 23, 5, 21.

insĭdior, ātus sum, āri (als *Act.*: insidiave-

rint, Callistr. Dig. 48, 19, 28. §. 11. *Hal.*, Anb.: insidiati erunt), im Hinterhalt liegen, auflauern, lauern, Nachstellungen bereiten, nachstellen, eine List ersinnen, einen Anschlag gegen Jmdn. vorhaben, eig. u. übtr., I) eig. 1) militär., mit *Dat.*: si mea facta requiris, hostibus insidior, Ov. M. 13, 211. navigiis locis idoneis - dispositis navibus insidiabantur nostris commeatuque, Auct. BAl. 25, 2; Thiere: insidiemur apris, Mart. 12, 14, 10. ac veluti pleno lupus insidiatus ovili quom fremit ad caulas, Virg. A. 9, 59; — *absol.*: hic insidiantes vigilant, partim requiescunt contecti gladiis sub scutis ore foventes, Enn. A. 414. procedit in tumulum facillumum visu insidiantibus, Sall. J. 113, 5. hortari ne ad ambigua sonitus aut simulationem quietis cassum insidiantibus aperirent, Tac. A. 4, 50. nullum ab insidiantibus imprudentes acceperant detrimentum, Hirt. BG. 8, 19, 3. u. vgl. Justin. 6, 6, 6. neque ex occulto insidiandi et dispersos circumveniendi singulis deerat audacia, Caes. BG. 6, 34, 6. — 2) in and. Beziehungen, a) dem Leben Jmds., mit *Dat.*: quam diu mihi consuli designato, Catilina, insidiatus es, non publico me praesidio, sed privata diligentia defendi, Cic. Cat. 1, 5, 11. Bessus et Nabarzanes insidiantur tibi, Curt. 5, 31 (11), 8. cum ei nuntiatum esset quosdam sibi insidiari, qui in amicorum erant numero, Nep. Dat. 9, 2. quem tamen scribit colloquio petito insidiatum sibi coniectumque a se in custodiam, Suet. Aug. 27. in hac fuga Numidae, qui simul cum eo ex acie excesserant, insidiati sunt ei, Nep. Hann. 6, 4. comperisse ait se, insidiari ei Dataphernem, Curt. 7, 22 (5), 22. cum uterque utrique insidiaretur, Auct. BAl. 4, 1. neminem eorum, qui stirpi suae insidiati sunt, latere patietur, Curt. 6, 39 (10), 28. u. Amyntas - insidiatus est regi, §. 24. sit aliquis insidiatus tyranno, Quint. 12, 3, 40. insidiatus auctoribus saluti suae est, Curt. 9, 27 (7), 7. bene meritis non insidiari, 6, 40 (10), 36. quum insidiaretur capiti regis, 6, 41 (11), 6. u. so 8, 26 (8), 6. Adherbalem dolis vitae suae insidiatum, Sall. J. 22, 3; — *absol.*: cum ipse, ex quo ab Roma redii, per occulta cum suis conloquia dies noctesque insidietur, Liv. 40, 12, 4. si insidiatus sum, poenam non deprecor, Curt. 6, 40 (10), 37. si insidiantibus sit inpune, 40, 9, 4. nullus erat alius insidiandi locus? Cic. Deiot. 7, 19. — b) im Allgem., mit *Dat.*: hiscine tu amabo non contra insidiabere? Ter. Hec. 1, 1, 13. Nicanorem - insidiari Piraeo Atheniensium, Nep. Phoc. 2, 4. vigilare non solum insidiantem somno maritorum, verum etiam bonis occisorum, Cic. Cat. 1, 10, 26. in quo me somnusque meus male prodidit et tu, per facinus somnis insidiate meis, Ov. Her. 10, 5. huic Gracchus insidiandum tempori ratus, Liv. 23, 35, 16. u. so: temporibus, Vell. 2, 21, 2; — *absol.*: ubi cum stimulis aut flagris insidiantur, Plaut. Pseud. 4, 7, 142. plura iubet fieri simili caelata figura, error ut ante oculos insidiantis eat, Ov. F. 3, 381. recluso pectore patebat insidiantibus multis, Amm. 15, 3, 3; rhetor.: non enim id agit, ut insidietur et observet, sed iam favet processumque vult dicendique vim admirans non anquirit quid reprehendat, Cic. Or. 62, 210. quod enim neque precibus umquam nec insidiando nec speculando adsequi potui, ut, quid Crassus ageret meditandi aut dicendi causa, non modo videre mihi, sed ex eius scriptore et lectore Diphilo suspicari liceret, id cet., dOr. 1, 30, 136. saepe praeparat, dissimulat, insidiatur, Quint. 10, 1, 21. — II) übtr. v. Lebl.: haec (sica) intentata nobis est, huic ego vos obiici pro me non sum passus, haec insidiata Pompeio est, Cic. Mil. 14, 37. insidians fortuna, Quint. 6. pr. 8. cum insidiatur (mens), 12, 1, 7. quod (genus orationis) non insidietur, 8, 3, 11.

insĭdiōsus, a, um, voll Hinterlist, • Verrath, hinterlistig, ränkevoll, verrätherisch, neben Subst. od. als Praedic.: Saturnia, Ov. F. 1, 266. 6, 507. bellare - contra Gallos, homines apertos minimeque insidiosos, Auct. BAfr. 73, 2. natio, 10, 4. qui-sim passus a tali amicitia distrahi neque intellexerim, quibus aut ut apertis inimicis obsisterem, aut ut insidiosis amicis non crederem, Cic. Dom. 11, 29. blandus pariter et insidiosus adloquio qui plura promitteret quam praestaret, Justin. 9, 8, 8. adspice Plautus quo pacto partes tutetur amantis ephebi, ut patris attenti, lenonis ut insidiosi, Hor. Ep. 2, 1, 170; est in te facies, sunt apti lusibus anni: o facies oculis insidiosa meis! Ov. Her. 15, 21. huius insidiosa clementia delectantur, illius iracundiam formidant, Cic. Att. 8, 16, 2; — fodere terram - vides quotidie aprum insidiosum, Phaedr. 2, 4, 9; — perstat enim fortuna tenax votisque malignum opponit nostris insidiosa pedem, Ov. Pont. 4, 6, 7. scilicet ex illo sollemnia more theatra nunc quoque formonsis insidiosa manent, AA. 1, 133. illa nihil: tacito tantummodo victa pudore insidiosa malo cum coniuge limina fugit, M. 7, 743. ins. itinera, Suet. Caes. 58. ad insidiosa vocatus pocula, Ov. M. 14, 294. insidiosorum si ludis bella latronum, gemmeus iste tibi miles et hostis erit, Mart. 14, 20. hinc fessos penitus subrepsit in artus insidiosa quies et pigrae oblivio vitae, Stat. Silv. 1, 4, 56. erant sub oculis naufragia multorum, quos insidiosa tranquillitate provectos improvisus turbo perculerat, Plin. Pan. 66, 3. quod in tanto et tam insidioso bello vix optandum videtur, Cic. Cat. 2, 13, 28. haec (Fides) nullis avidam rumoribus aurem pandit, ut ignarum numquam laesura clientem insidiosa tuos alienent murmura sensus, Claud. Laud. Stil. 2, 47. nec famam meam aliquo responso, utili fortasse, inhonesto tamen laeseram, nec me laqueis tam insidiosae interrogationis involveram, Plin. Ep. 1, 5, 7. ins. actiones, Quint. 5, 13, 21. versatur enim magnus error propter insidiosas non nullorum simulationes, qui cet., Cic. Agr. 2, 3, 7. u. vgl.: rationes, Amm. 15, 5, 19; nihil in me non modo perfidiosum et insidiosum et fallax in amicitia, sed ne humile quidem aut ieiunum debes agnoscere, Cic. Fam. 3, 10, 7; — im *Comp.*: res quanto est maior, tanto est insidiosior, Syr. 451; im *Superl.*: si cursu quodam provectus ab illo insidiosissimo principe ante quam profiteretur odium bonorum, post-

quam professus est, substiti, Plin. Pan. 95, 4. haec fuerint dicenda - adversus artem, in qua conditione insidiosissima auctoritatem pessimis boni faciunt, Plin. 29, 1 (8), 28. — *Adv.*: si per eum reductus **insidiose** redissem, me scilicet maxime, sed proxime illum quoque fefellissem, Cic. Rab. Post. 12, 33. omnia falsa atque insidiose ficta comperta sunt, Mil. 25, 67; im *superl.*: me summa simulatione amoris summaque adsiduitate cotidiana sceleratissime insidiosissimeque tractavit, I. QFratr. 3, 8. per eos qui cottidie ins. frequentabant initas factiones, ut tu decipereris, Treb. Poll. Gord. tert. 24.

insīdo, sēdi, sessum, sīdĕre (*Perf.*: insīdi, Naev. 107. Sil. 5, 1. 12, 486. Tac. A. 3, 61. 16, 27), sich in od. auf etw. setzen, im *Perf.*, sich gesetzt haben, sitzen, 1) eig. a) im Allg., v. Menschen: ille (bucephalus) nec *in* dorso insidere suo patiebatur alium, Curt. 6, 17 (5), 18; — mit *Dat.* od. *Abl.*: duobus sedilibus iunctis duo valentes insidunt, Cels. 7, 26, 2. cui (equo) per festinationem insedit, Vopisc. Aurel. 5. insedit nigra cervice gementum (elephantorum) et fixum dea quassat ebur penitusque cruentis stirpibus avulsis patulos exarmat hiatus, Claud. Cons. Stil. 3, 351; — mit *Acc.*: dictator ubi currum insidit, pervehitur usque ad oppidum, Naev. 107. Liberum patrem, bello victorem, supplicibus Amazonum, quae aram insiderant, ignovisse, Tac. A. 3, 61. iam summas arces Tritonia, respice, Pallas insedit, Virg. A. 2, 615; — v. Thieren mit *Dat.* od. *Abl.*: floribus insidunt variis et candida circum lilia funduntur (apes), 6, 708. fastigio Capitolii examen apium insedit, Tac. A. 12, 64. insessum diris avibus Capitolium, 12, 43. horrendis insessa cubilia monstris, Stat. Theb. 12, 236. — b) insbes. α) sich wo niederlassen, *Perf.* sich wo niedergelassen haben, einen Ort bewohnen, mit *Dat.*: urbis Agyllinae sedes, ubi Lydia quondam gens, bello praeclara iugis insedit Etruscis, Virg. A. 8, 479; — mit *Acc.*: non satius cineres patriae insedisse supremos atque solum, quo Troia fuit? 10, 59. Aegaeos insedit Graecia portus, Claud. in Eutr. 2, 246. electus quippe inter aras et altaria eodemque loci, quem deus ille (Juppiter) tam manifestus ac praesens quam caelum ac sidera insedit, Plin. Pan. 1, 5. Sarmaticas utinam fortuna dedisset insedisse domos tristesque habitasse pruinas, VFlacc. 2, 177. u. vgl. 1, 512. — β) militär. sich wo festsetzen, lagern, einen Ort besetzen, in Besitz nehmen, occupiren, *Perf.* sich wo festgesetzt -, gelagert haben, einen Ort besetzt haben, mit *Dat.*: arripuitque locum et silvis insedit iniquis, Virg. A. 11, 531. ipse insequenti nocte sub oppido silvestribus locis cohortibus insidere iussis decem milites delectos secum per ardua ac prope invia in arcem ducit, Liv. 9, 24, 5; — mit *Accus.*: partim armati, qui occulti propinqua moenibus insiderent loca, partim togati tectis veste gladiis, qui sub lucem apertis portis urbem ingrederentur, 9, 25, 7. soli Cherusci loca insedēre, ut proeliantibus Romanis desuper incurrerent, Tac. A. 2, 16. agrosque vacuos et militum usui sepositos insedēre, 13, 54. omnia itinera insidere iubet, Liv. 25, 21, 4. Cretensium quibusdam ad itinera insidenda missis velut interceptas litteras, 24, 31, 6. ibi ingens hostium exercitus itinera occultus insederat, 9, 31, 8. nocte praetergressi castra Romana saltum, qua transeundum erat Romanis, insederunt, Liv. 35, 4, 4. u. vgl. Sall. H. 1, 108. omnes saltus insidere praesidiis statuit, 44, 2, 9. certior factus, quos saltus cum exercitu insedisset rex, 32, 6, 1. saltus et vertices montium insederunt, Tac. G. 43. qui praemissi a Dareo iugum montis insederant, Curt. 3, 24 (9), 10. erigentibus in primos agmen clivos apparuerunt imminentes tumulos insidentes montani, qui, si valles occultiores insedissent, coorti ad pugnam repente ingentem fugam stragemque dedissent, Liv. 21, 32, 8. ceperat Etruscos occulto milite colles Sidonius ductor perque alta silentia noctis silvarum anfractus caecis insiderat armis, Sil. 5, 1. armata (plebes) montem sacrum atque Aventinum insedit, Sall. H. 1, 9. u. so: Aventinum insidunt, Liv. 3, 50, 13. u. vgl. 9, 34, 3. cum Porsina Ianiculum insedit, 6, 40, 17. Mulvium pontem collemque Ianiculum Lutatius Catulus Gneiusque Pompeius - alio exercitu insederant, Flor. 2, 11 (3, 23), 6. quingentis militibus arcem insedit, quingentos tumulo urbis in orientem verso inponit, Liv. 26, 44, 2. arcem Capitolii insedit mixto milite, Tac. H. 3, 69. arcemque Capitolii - quasi captivam victor insedit, Flor. 2, 9 (3, 21), 7. prima civilis belli harena Italia fuit, cuius arces levibus praesidiis Pompeius insederat, Flor. 2, 13 (4, 2), 18. ex tot castellis aliquanto altioribus -, quae validis praesidiis insedissent, priore anno deiectos, Liv. 44, 35, 7. postera luce duae praetoriae cohortes armatae templum Genetricis Veneris insidēre, Tac. A. 16, 27. quamquam insideret urbem proprius miles, 4, 5. arduus ipse Tifata insidit, proprior qua moenibus instat collis, Sil. 12, 486. Augustus - seposuit Aegyptum, ne fame urgeret Italiam quisquis eam provinciam claustraque terrae ac maris quam levi praesidio adversum ingentes exercitus insedisset, Tac. A. 2, 59. nec ideo Rhenum insedimus, ut Italiam tueremur, H. 4, 73. Corbulo numquam neglectam Euphratis ripam crebrioribus praesidiis insedit, A. 15, 9. iam et classe medium mare insederat, Flor. 2, 18 (4, 8), 1; — ut, priusquam consules in agros suos educerent legiones viaeque omnes hostium praesidiis insiderentur, frumentum ex propinquis locis convehi iuberet Capuam, Liv. 25, 13, 2. incessis omnibus viis, per quas commeatus ex Samnio subvehebantur, 9, 15, 3. Augustoduni civitatis antiquae muros, spatiosi quidem ambitus, sed carie vetustatis invalidos barbarorum repentino insessos - defendisse, Amm. 16, 2, 1. Pannonicae Alpes praesidiis insessae nuntios retinebant, Tac. H. 2, 98. u. so 3, 1. in palatos populatores cum erupissent ab Antigonea armati, fugientes eos persequentes effusius in vallem inesssam ab hostibus praecipitant, Liv. 43, 23, 4; auch im freundlichen Sinne: insidere vias examina infantium futurusque populus solebat, Plin. Pan. 26, 1. turba

ferarum blanda voce sequax regionem insederat Orphei, Auct. Cul. 277.

2) übtr., sich wo festsetzen, etw. besetzen, *Perf.* in od. auf etw. sitzen, festsitzen, sich wo gelagert haben, wo haften, einer Sache anhaften, a) von concreten Dingen: quum autem *in* locis semen insedit, rapit omnem fere cibum ad sese, Cic. ND. 2, 51, 128. id autem (iugulum) - altero (capite) in exiguo sinu pectoralis ossis insidit, Cels. 8, 1; — mit *Dat.*: inferiora ossa superioribus leniter insidunt, Cels. 8, 1. eae vero (venae), quae mediae imaeve tunicae insidunt ut magis conditae non aeque quidem cernuntur, 7, 18. vehementius imprimi (debet acus), ut inferiori parti insidat, 7, 7, 14. quo mitius corpori insidat (sutura et fibula), 5, 26, 23. iugumque melius aptum cervicibus insidat, Col. 2, 2, 22. si quid scrobis membranae insedit colligendum, Cels. 8, 3. ut aegris iucundius insidat (cibus), 3, 4. sit perspicui coloris (aqua) neque ullo aut sapore aut odore vitietur, nullus illi limus insidat, Pallad. 1, 4, 1. nec tantus umquam siderum insedit siticulosae Apuliae nec munus umeris efficacis Herculis inarsit aestuosius, Hor. Epod. 3, 15; grammat.: litera i sibi insidit, coniicit enim est ab illo iacit, et u, quomodo nunc scribitur uulgus et seruus, Quint. 1, 4, 11. ubi supra tertiam tunicam ramex insedit, mediam excidi necesse est, Cels. 7, 22; — mit *Abl.*: tum Tiberius duodecim villarum nominibus et molibus insederat (Capreas, hatte besetzt), Tac. A. 4, 67. stat sublimis apex ventosque imbresque serenus despicit et tantum fessis insiditur astris, Stat. Theb. 2, 35. insessaque pondere tanto subter anhelat humus, Silv. 1, 1, 56; — *abs.*: eademque (lamina), quidquid (ex osse fracto) deorsum insedit, attollendum, Cels. 8, 4. oportet in utrolibet candens ferramentum gingivis admovere, ut attingat leviter, non insidat, 7, 12, 2. quod (telum) perrupta cute integrum intus insedit, 7, 5, 4. si non alte telum insedit, 7, 5, 1. u. so: altissime insidit (sagitta), 7, 5, 2. — b) von abstr. Dingen: delenda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore concepta, quae penitus iam insedit ac nimis inveteravit *in* populi Romani nomine, Cic. Pomp. 3, 7. quum autem hic fervor concitatioque animi inveteraverit et tamquam in venis medullisque insederit cet., Tusc. 4, 10, 24; — mit *Dat.*: inscia Dido, insidat quantus miserae deus, Virg. A. 1, 718. quidquid rudibus et omnium ignaris insederit, Quint. 1, 8, 4. in loquendo, non si quid vitiose multis insederit, pro regula sermonis accipiendum erit, 1, 6, 44. dicta vitiose corrigat protinus nec insidere illi sinat, 1, 1, 11; — utriusque adhuc oculis paulo ante dimissi fasces oberrabant, utriusque sollemnis ille lictorum et praenuntius clamor auribus insederat, Plin. Pan. 61, 7. non animo sanguis et pallor et gemitus extremus denique expirantis hiatus insidet? Quint. 6, 2, 31. dum illa verba memoriae insidant, 10, 7, 2; — mit *Acc.*: memorem, mea quod vates insedit Apollo pectora? VFlacc. 4, 445; — *absol.*: longus tamen morbus quum penitus insedit, quod ad difficultatem pertinet, acuto par est, Cels. 3, 1. torpor insedit per artus, Sen. Oed. 224. quae cogitatio quum mihi non omnino excidisset, etenim penitus insederat, vi tamen tempestatum - erat aliquantum labefactata atque convulsa, Cic. Fam. 5, 13, 2. in eluendis, quae semel insederint, vitiis, Quint. 2, 3, 2.

insigne, is, *n.*, s. insignis.

insignĭfĭcātīvus, a, um, bezeichnungslos, impersonativum hunc quoque (den Infinitiv) non nulli et insignificativum dixerunt, quoniam parum tali sermone definita est persona, Diom. p. 340, 37.

insignio, īvi, ītum, īre (*Imperf.*: insignibat, Virg. A. 7, 789. Claud. Rapt. Pros. 1, 247), einzeichnen, kenntlich -, erkennbar machen, bezeichnen, im guten u. schlimmen Sinne, in letzterem auch: kennzeichnen, brandmarken, 1) im Allg.: quod plenus aër sit immortalium animorum, *in* quibus tamquam insignitae notae *veritatis appareant*, Cic. Div. 1, 30, 64. quarum rerum nullum subest quasi corpus, est tamen quaedam conformatio insignita et impressa in intelligentia, quam notionem voco, Top. 5, 27; — mit *Abl.*: barba gemina insigniuntur (mulli) inferiore labro, Plin. 9, 17 (30), 64; — *absol.*: hic elementorum seriem sedesque paternas insignibat acu, Claud. Rapt. Pros. 1, 246. quisquis ille, qualiscumque sileatur, quem insignire exempli nihil, non insignire humanitatis plurimum refert, Plin. Ep. 8, 22, 4; dah. *Subst.*: insignita, orum, n., Male, Flecken, ins. ac livida, Plin. 27, 4 (5), 18. ins. et alia liventia, 27, 12 (105), 128; — im übeln Sinne, mit *Abl.*: intelligebamque me non tralaticia deformitate esse insignitum, Petron. 110, 4. imperioso quoque Manlio cognomen inditum, Postumius nulla tristi nota est insignitus, Liv. 4, 29, 6. ut et hostem publicum appellaret et depositis statuis eius per orbem terrae gravi eum insigniret iniuria, Spart. Sever. 14; — tot facinoribus foedum annum etiam dii tempestatibus et morbis insignivēre, Tac. A. 16, 13. cum damna damnis continuarentur atque omnis annus funeribus et cladibus insigniretur, Agr. 41. quod nullis calamitatibus publicis insignirentur (tempora sua), Suet. Cal. 31. — 2) prägnant: hervorstechen lassen, putzen, schmücken, zieren, auszeichnen, mit *Abl.*: passimque tropaeis insignis agros, Virg. A. 11, 385. haec tu Sidonio potes insignitus amictu dicere? Ov. Her. 9, 101. adeo melius est oratorem vel hirta induere quam fucatis et meretriciis vestibus insignire, Tac. Or. 26; insignita est praeterea hoc titulo, ut castrorum se diceret matrem, Treb. Poll. trig. tyr. 31; — *absol.*: insigneita (archaist.) fere tum milia militum octo duxit dilectos bellum tolerare potentes, Enn. A. 336. at levem clipeum sublatis cornibus Io auro insignibat, Virg. A. 7, 789; hoc multo fortius est, ebrio ac vomitante populo siccum ac sobrium esse: illud temperatius, non excerpere se nec insigniri nec misceri omnibus et eadem, sed non eodem modo facere: licet enim sine luxuria agere festum diem, hervorzustechen, sich auszuzeichnen, Sen. Ep. 2, 6, 4 (18). — Dah. *Adj.* **insignitus**, a, um, hervorstechend,

ausgezeichnet, auffallend, außerordentlich, *abs.*: locis est utendum multis, illustribus, explicatis, modicis intervallis: imaginibus autem agentibus, acribus, insignitis, quae occurrere celeriterque percutere animum possint, Cic. dOr. 2, 87, 358. insignitas iniurias, plagas, verbera, vibices, eos dolores atque carnificinas per dedecus atque maximam contumeliam inspectantibus popularibus suis atque multis mortalibus te facere ausum esse! Cato frg. p. 41, 6; — im *Compar.* mit *Abl.*: Capito insignitior infamia fuit, Tac. A. 3, 70. trecentos septem milites Romanos captos Tarquinienses immolarunt, qua foeditate supplicii aliquanto ignominia populi Romani insignitior fuit, Liv. 7, 15, 10; *absol.*: his partae victoriae spes et, si cedant, insignitius flagitium, Tac. A. 4, 51. u. umschrieben: si cruentam aut coeno oblitam aut rubrica delibutam (rem) inducemus, quo magis insignita sit forma, AHer. 3, 22, 37. — *Adv.*: iniuriam illic **insignite** postulat, Plaut. Poen. 3, 6, 14. ratu'sne esse hominem me omnium minumi preti, si ego me sciente paterer vicino meo eam fieri aput me tam ins. iniuriam? Mil. gl. 2, 6, 75. obsecro te, quisqui's, operam mihi ut duis, neu sinas in me ins. fieri tantam iniuriam, Men. 5, 7, 18. mulieres duae innocentes intus hic sunt, tui indigentes auxili, quibus adversum ius legesque hic ins. iniuria facta'st fitque in Veneris fano, Rud. 3, 2, 27. u. so Cas. 5, 4, 31. neque se tam insignite locuturum, ut absona inauditaque diceret, Gell. 6, 25, 5. nec bonum virum proprie et copiose laudari sine virtutum nec improbum notari ac vituperari sine vitiorum cognitione satis ins. atque aspere posse, Cic. dOr. 2, 85, 349. locos appellamus eos, qui breviter perfecte insignite aut natura aut manu sunt apsoluti, ut eos facile naturali memoria comprehendere et amplecti queamus, AHer. 3, 16, 29; — neque tamen quisquam inventus est tam ins. improbus, qui violare P. Quinctii existimationem absentis auderet, Cic. Quinct. 23, 73. quis autem rex umquam fuit tam ins. impudens, ut haberet omnia commoda, beneficia, iura regni venalia? Phil. 3, 4, 10. Dae. haut iniquom dicit, Gripe, ut ostendatur vidulus. Gr. immo hercle ins. inique, Plaut. Mil. gl. 4, 4, 52; — im *compar.*: anno insequenti, L. Furio Camillo C. Maenio consulibus, quo insignitius omissa res Aemilia superioris anni consuli exprobraretur, Pedum armis virisque et omni vi expugnandum ac delendum senatus fremit, Liv. 8, 13, 1.

insignis, e, kenntlich, kennbar, erkennbar, unterscheidbar, deutlich, bezeichnend, auffallend, hervortretend, im guten u. schlimmen Sinne (vgl.: insignis tam ad laudem, quam ad vituperationem inflecti potest, PDiac. p. 111, 12), in letzterem auch: gekennzeichnet, gebrandmarkt, a) *absol.*: ipsi (reges apum) per medias acies insignibus alis ingentes animos angusto in pectore versant, Virg. G. 4, 82. flaminem Iovi adsiduum sacerdotem creavit insignique eum veste et curuli regia sella adornavit, Liv. 1, 20, 2; — ex quo exstitit illud, multa esse probabilia, quae quamquam non perciperentur, tamen quia visum quemdam haberent insignem et illustrem, iis sapientis vita regeretur, Cic. ND. 1, 5, 12. ut ei multa vera videantur neque tamen habere insignem illam et propriam percipiendi notam, Acad. 2, 31, 101. iteratus (dochmius) aut continuatus numerum apertum et nimis insignem facit, Or. 64, 218. si una virtus, unum istud, quod honestum appellas, rectum, laudabile, decorum, erit enim notius quale sit pluribus notatum vocabulis idem declarantibus, id ergo, inquam, si solum est bonum, quid habebis praeterea quod sequare? aut, si nihil malum nisi quod turpe, inhonestum, indecorum, pravum, flagitiosum, foedum, ut hoc quoque pluribus nominibus insigne faciamus, quid praeterea dices esse fugiendum? Fin. 3, 4, 14. genus huius ridiculi insigni aliqua et nota re notari volo, dOr. 2, 64, 259. qui (imitatores) aut ea, quae facilia sunt, aut etiam illa, quae insignia ac paene vitiosa, consectantur imitando, 2, 22, 90. accedit, ut ne in ipsum quidem Clodium meum insigne odium fuerit umquam, Att. 14, 13B, 3. conlaudata gente, quod -, insigne adversus Persea odium Romanorum fecit, Liv. 42, 6, 2; — v. Thieren: insignes appellantur boves, qui in femine et in pede album habent, quasi insigniti, PDiac. p. 114, 7. ante omnes furor est insignis equarum, Virg. G. 3, 266; — v. Menschen, im umschrieb. *Superl.*: ita quisque, ut erat maxime insignis, quo notior testatiorque virtus esset eius, telis hostium-se offerebat, Hirt. BG. 8, 42, 4; — im schlimmen Sinne: quod naturae damnum (näml. quia infacundior sit et lingua inpromptus) utrum nutriendum patri, si quidquam in eo humani esset, an castigandum ac vexatione insigne faciendum fuisse? Liv. 7, 4, 6. quorum tam insignis paucitas erat, ut vix unam navem complerent, Justin. 13, 7, 4. quae (temeritas) tum esset insignis, quum aut falsa aut incognita res approbaretur, Cic. Acad. 1, 12, 45. rem esse insigni infamia, Att. 1, 12, 3; — v. Menschen: si quos insignes aut aliqua parte membrorum inutiles notaverant, necari iubent, Curt. 9, 5 (1), 25. insignis tota cantabitur urbe, Hor. Sat. 2, 1, 46; — quum esset cito necatus tamquam ex XII tabulis insignis *ad* deformitatem puer, brevi tempore recreatus multoque taetrior et foedior natus est, Cic. Leg. 3, 8, 19. — b) mit *Ablat.*: dispositae per litora et ripas deversoriae tabernae parabantur insignes ganea et matronarum institorio copas imitantium atque hinc inde hortantium, ut appelleret, Suet. Ner. 27; — von Menschen: Hippodameque umeroque Pelops insignis eburno, Virg. G. 3, 7. ipse autem incensas promissa piacula turmas flagitat insignis nudato vulnere ductor, Sil. 2, 41. u. im umschrieb. *Compar.*: et iam magis insignis et sordibus et facie reorum turba Manliana erat, Liv. 6, 16, 8; — v. Thieren: nec mihi displiceat (vacca) maculis insignis et albo, Virg. G. 3, 56. bos niger (Apis), certis maculis insignis, Mel. 1, 9, 7. insignis sargusque notis insignis et alis, Ov. Hal. 105. laude insignis caudae melanurus, 113; — im schlimmen Sinne: prodigiosa corpora et monstris insignia, Quint.

1, 1, 2. venit cursu propero Carras, antiquum oppidum, Crassorum et Romani exercitus aerumnis insigne, Amm. 23, 3, 1. insigni anno Caiana nece, Suet. Tit. 1. annus insignis incendio ingenti, Liv. 30, 26, 5. tum de diebus religiosis agitari coeptum diemque ante diem XV Kal. sextiles duplici clade insignem, quo die ad Cremeram Fabii caesi, quo deinde ad Aliam cum exitio urbis foede pugnatum, a posteriore clade Aliensem appellarunt, insignemque rei nullius publice privatimque agendae fecerunt (d. i. ins. diem fecerunt diem rei - agendae), 6, 1, 11. exequi sententias haud institui nisi insignes per honestum aut notabili dedecore, Tac. A. 3, 65. et mea Musa potest proprio deprensa colore insignis vitiis forsitan esse suis, Ov. Pont. 4, 13, 13; — v. Menschen: senio vel aliqua corporis labe insignibus, Suet. Aug. 38. insignes debilitate aliqua corporis, Cal. 26. quum hominem omnibus insignem notis turpitudinis, P. Furium, accusaret summo studio bonorum omnium, Cic. Rabir. 9, 24.

c) *Subst.* **insigne**, is, *n.*, ein Abzeichen, Kennzeichen, Merkmal, Wahrzeichen, Symbol, *absol.* im *Sing.*: hunc Creon rex, quod ex Draconteo genere omnes in corpore insigne habebant, cognovit, Hygin. f 72. Lu. unocule, salve. Curc. quaeso deridesne me? Lu. de Coclitum prosapia te esse arbitror: nam i sunt unoculi. Curc. catapulta hoc ictum'st mihi aput Sicuonem, u. später: adulescens, ob rem puplicam hoc intus mihi quod insigne habeo quaeso ne me incomities, Plaut. Curc. 3, 22 sqq. quod insigne mansit et in posteris eius (näml. barba rutila), Suet. Ner. 1; quod erat insigne, eum qui id faceret facere civibus omnibus consilii sui copiam, Cic. dOr. 3, 33, 133; — mit *Genit.* im *Sing.*: torques, insigne loci, VFlacc. 2, 112. est ornamentum academiae proprium meae (Hermathena), quod et Hermes commune omnium et Minerva singulare est insigne eius gymnasii, Cic. Att. 1, 4, 3; im *Plur.*: aetatis indeflexa maturitas nec sine quodam munere deûm festinatis senectutis insignibus ad augendam maiestatem ornata caesaries, Plin. Pan. 4, 7. magno natu quidam cum omnium malorum suorum insignibus se in forum proiecit: obsita erat squalore vestis, foedior corporis habitus pallore ac macie perempti, Liv. 2, 23, 3. quaero, faciasne quod olim mutatus Polemo? ponas insignia morbi, fasciolas, cubital, focalia cet., Hor. Sat. 2, 3, 253. iustitium edici, saga sumi dixi placere, quo omnes acrius graviusque incumberent ad ulciscendas rei publicae iniurias, si omnia gravissimi belli insignia suscepta a senatu viderent, Cic. Phil. 6, 1, 2.

d) *Adv.* **insigniter**, kenntlich, hervortretend, bezeichnend, turbae gratulantium exsultans insigniter permiscuit sese, Apul. M. 8, 2; — neque minus ins. veteres quoque nostri hoc genus homines in verba proiectos locutuleios et blaterones et linguaces dixerunt, Gell. 1, 15, 20. figuras habitusque verborum nove aut insigniter dictorum in Laeviano illo carmine ruminabamur, 19, 7, 2.

2) prägnant: ausgezeichnet, sich auszeichnend, außerordentlich, im guten u. schlimmen Sinne, im ersteren auch: glänzend, geschmückt, geziert, prächtig, schön, gefeiert, berühmt, neben Subst. od. als Praed., a) *absol.*, α) von concr. u. abstr. lebl. Dingen: aceto diluit insignem bacam, Hor. Sat. 2, 3, 241. facie insigni, Suet. Cal. 25. unus (infans) iam puerascens insigni festivitate, 7. gerit insigni myrtea serta coma, Tibull. 1, 3, 66. qualis videtur opera tibi vocis meae insignis? Phaedr. 1, 11, 14. huic totum insignibus armis agmen - fulgebat, Virg. A. 10, 170. Possidio - arma insignia - dono dedit, AVict. Epit. 4, 8. galea, Virg. A. 3, 468. 5, 367. pharetra, 8, 166. iuvatque novos decerpere flores insignemque meo capiti petere inde coronam, unde prius nulli velarint tempora Musae, Lucr. 1, 929. crateres mensaeque volant araeque deorum poculaque insignis veterum labor, VFlacc. 1, 142. vellera Martis in umbra ipse sui Phrixus monumentum insigne pericli liquerat ardenti quercum conplexa metallo, 5, 229. Cyllene, quod Mercurium ibi natum arbitrantur, insignis, Mel. 2, 3, 9; — matrem Antoniam non aput auctores rerum, non diurna actorum scriptura reperio ullo insigni officio functam, Tac. A. 3, 3. quem nullis ante actae vitae insignibus in huiusmodi negotiis cognitum nec vituperari est aequum nec laudari, Liv. 25, 9, 7. ad Probum et ad Probi gesta insignia revertemur, Vopisc. Florian. 4. pressa est (ist in Dunkel gehüllt) insignis gloria facti, Virg. A. 12, 322. sed metus in vita poenarum pro male factis est insignibus insignis scelerisque luella carcer et horribilis de saxo iactu' deorsum, verbera, carnifices, robur, pix, lammina, taedae, Lucr. 3, 1014. in M. Calidio insignis haec virtus, Quint. 12, 10, 39. nec mihi soli versatur ante oculos, qui illam semper in manibus habui, sed etiam posteris erit clara et insignis (virtus), Cic. Am. 27, 102. in reliquum pudicitia insignis est, Mel. 1, 8, 8. insignis iustitia et fides - auctorum, Tert. Apolog. 21. u. subst.: huius insigne est, quod cet., Treb. Poll. trig. tyr. 23; — inter quas (matronas) unius Claudiae Quintae insigne est nomen, Liv. 29, 14, 12. non ullum insignem honorem recipere publice passus est, Suet. Tib. 50. insignis honorum pagina, Juv. 10, 57. insignem non immerito famam tribus orationibus meruit, Quint. 10, 1, 116. te duce ut insigni capiam cum laude coronam, Lucr. 6, 95. u. so: laus, Virg. A. 1, 625. Cic. Prov. cons. 14, 35. Quint. 10, 1, 93. AVict. Vir. ill. 52, 3; — propterque insignem reginae Berenices amorem, Suet. Tit. 7. insignes amicitias iuvenis ambitiose coluerat, Tac. H. 1, 10. os hominis insignemque impudentiam cognoscite, Cic. II. Verr. 4, 29, 66. quem hominem, C. Verres, tanta, tam insigni iniuria adfecisti? 2, 45, 110. propter suam calamitatem atque istius insignem iniuriam omnibus notus, 2, 34, 83. quumque - populo R. communique causae legatorum facta esset insignis iniuria, 1, 33, 84. accepta insigni iniuria, Quinct. 7, 28. u. so Caecin. 13, 36. Fam. 5, 2, 8. hanccine ego ut contumeliam tam insignem in me accipiam? Ter.

si in pueritia non his artibus ac disciplinis institutus eras, ut ea, quae litteris mandata sunt, disceres atque cognosceres, Cic. II. Verr. 1, 18, 47. plurimum enim intererit, quibus artibus et quibus hunc tu moribus instituas, Juv. 14, 73. quibus instituendus sit artibus, Quint. 1, 3, 18. qui et doctrina mihi liberaliter institutus et aliquo iam imbutus usu et satis acri ingenio esse videatur, Cic. dOr. 2, 39, 162. Graecis doctrinis institutus, Brut. 47, 173. institui lyra, Quint. 1, 10, 13; — *ex* eius disciplina Carus Diocletianus - instituti sunt, Vopisc. Prob. 22; — quid *ad* lectionem instituentur, Quint. 1, 7, 17. institutus est ad philosophiam, Eutr. 8, 12. ad quam (legem) non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus, Cic. Or. 49, 165. ut tamen ad forum, non ad scaenam institutus videretur, Brut. 55, 203. eos instituere atque erudire ad maiorum instituta, ad civitatis disciplinam, non ad tua flagitia neque ad tuas turpitudines debuisti, II. Verr. 3, 69, 161. si quem nunc plane rudem institui ad dicendum velim, dOr. 2, 39, 162. u. vgl.: adeptus imperium ad priscum se statim morem instituit et tenendae per orbem terrarum paci operam intendit, Spart. Hadr. 5; — puerum quem *in* hoc instituimus, Quint. 1, 11, 1. quemadmodum autem bubulcus in arando bovem instituat, primo praecepi volumine, Col. 6, 2, 8; — *alqm.*: qui instituunt aliquos atque erudiunt, Cic. dOr. 3, 9, 35. an ne eas quidem vires senectuti relinquimus, ut adolescentes doceat, instituat, ad omne officii munus instruat? Sen. 9, 29. id autem scire et videre omnes, non ut ille filius instituatur, sed ut e patriciis exeat et tribunus plebis fieri possit, idcirco adoptari, Dom. 14, 37. tibi quid facias definit, te instituit, tibi praecepta dat, Quinct. 27, 84. duces praeclarissimos instituit, Vopisc. Prob. 22. ille vir, quem instituimus, Quint. 12, 1, 28. ille, quem instituebamus, orator, 12. pr. 8. oratorem institui rem arduam, etiam cum ei formando nihil defuerit, 1, 1, 10. illi praeceptori, quem instituebam in libro secundo, credidi non ea sola docenda esse, ad quae cet., 10, 2, 20. qui instituuntur, 1, 1, 25. principes illi Diodotus, Philo, Antiochus, Posidonius, a quibus instituti sumus, Cic. ND. 1, 3, 6. u. vgl.: atque ita servom par videtur frugi sese instituere, Plaut. Amph. 3, 3, 4; — *alqd.*: varietatem autem iniuriasque fortunae facile veterum philosophorum praeceptis instituta vita superabat, Cic. Fin. 4, 7, 17. tanquam instituendis artibus magis sit apta mediocritas praeceptoris, Quint. 2, 3, 1. haec (rhetorice) quam instituere conamur, 2, 20, 4. ante palatum eorum quam mores instituimus, 1, 2, 7; — mit *Infin.*: instituitque rudes melior Lucusta propinquas per famam et populum nigros efferre maritos, Juv. 1, 71. Pan primum calamos cera coniungere plures instituit, Virg. Ecl. 2, 32. Daphnis et Armenias curru subiungere tigres instituit, 5, 29. prima Ceres ferro mortales vertere terram instituit, G. 1, 147; — mit *ut* u. *Conj.*: quasi pueros primae teneritudinis, quos pisciculos vocabat, instituerct, ut cet., Suet. Tib. 44; — *absol.*: simplicius autem instituenti non est necesse per tam minutas rerum particulas rationem docendi concidere, Quint. 3, 11, 21.

Dav. *PSubst.* **institutum**, i, *n.*, die Anweisung, der Unterricht, Grundsatz, der Vorgang, das Beispiel, vgl. zunächst: te - abundare oportet praeceptis institutisque philosophiae, Cic. Off. 1, 1, 1; quid vero hoc elegantius, quod non fit natura, sed quodam instituto, Or. 48, 159. quum autem de aequo et iniquo disseritur, aequitatis loci colligentur: hi cernuntur bipertito, et natura et instituto, Top. 23, 89; in discendo rimari necessarium est, quae personae, quae tempora, quae loca, quae instituta, Quint. 12, 8, 14; — sic vetere instituto vitae effugit nova pericula, Nep. Att. 7, 3. u. vgl.: duarum enim vitarum nobis erunt instituta capienda, Cic. Fin. 4, 15, 40. qui potentiorem facere linguam Latinam studebant nec alienis egere institutis fatebantur, Quint. 1, 5, 60. praeceptoris mei (beneficium est), quod institutis liberalibus profeci, Sen. Ben. 3, 34, 1. informandam quam optimis institutis mentem infantium, Quint. 1, 1, 16. quos in tantum afflictaverat, uti praetorianis caedem vulgi quondam annuerit primusque instituto pessimo munerum specie patres oratoresque pecuniam conferre prodigenti sibi cogeret, AVict. Caes. 40, 24. scilicet meo instituto usus sum et eum statim missum feci, Cic. Att. 9, 7, 2. labentibus iam filii moribus ab instituto suo, Capitol. Anton. phil. 27; — is soceri instituto - is tamen instituto Laelii Panaetium audiverat, Cic. Brut. 26, 101. quodsi omnia a philosophis essent petenda, Peripateticorum institutis commodius fingeretur oratio, 31, 119. horum nos hominum sectam atque instituta persequimur, II. Verr. 5, 60, 181. ex instituto Tiberii, Suet. Tit. 8.

institūtio, ōnis, *f.*, 1) die Einrichtung, das Verfahren, der Brauch, sic ego conservans rationem institutionemque nostram tueor, ut possum, illam a me conglutinatam concordiam, Cic. Att. 1, 17, 10; — neque enim dici potest in ulla rerum institutione non esse aliquid extremum atque perfectum, ND. 2, 13, 35. magis ad institutionem vitae communis spectare videntur (officiorum praecepta), Off. 1, 3, 7. institutio autem aequitatis tripartita est, una pars legitima est, altera conveniens, tertia moris vetustate firmata, Top. 23, 90. movendi autem (näml. mensulam consecratam imprecationibus carminum secretorum), quoties super rebus arcanis consulebatur, erat inst. talis, Amm. 29, 1, 29. — 2) die Bildung, Anweisung, Unterweisung, mit *Gen. subj.*: quum ad cuiusque naturam institutio doctoris accommodaretur, Cic. dOr. 3, 9, 35. u. dem entsprechend mit *Adj.*: in hac re videtur vehementer errasse nec ex inst. Stoica se egisse, Sen. Ben. 2, 20, 2. maxime intentus Demetrio, Cynicae institutionis doctori, Tac. A. 16, 34. complures enim Graecis institutionibus eruditi ea quae didicerant cum civibus suis communicare non poterant, Cic. ND. 1, 4, 8. quamquam patrio patre genitus, tamen institutione Romana satis cultus et patiens, AVict. Epit. 42, 11; ad meam insti-

tutionem regulamque proficiet (hic commentarius), Frontin. Aquaed. 2. si parum nostra inst. probaretur a ceteris, Quint. 4. pr. 1; — mit *Gen. obj.*: nemini minus institutionem puerorum vel iuvenum committendam, Suet. Gr. 23; cuius philosophiam litterarumque institutionem semper imitatus est, Spart. Anton. Get. 2. ex quo palam est, quam turpiter deserat eam partem rhetorices institutio, quam et primam habuit et diu solam, Quint. 2, 1, 9. de prima pronuntiationis et gestus institutione, Quint. 1. cap. 11. brevis est inst. vitae honestae beataeque, 12, 11, 12. u. dem entsprechend mit *Adj.*: L. Crassum non plus attigisse doctrina, quam quantum prima illa puerili institutione potuisset, Cic. dOr. 2, 1, 1. ab inst. puerili, Quint. 1, 1, 9. libri de inst. oratoria, Ep. ad Tryph. 1; — omnis enim quae a ratione suscipitur *de* aliqua re institutio, debet a definitione proficisci, Cic. Off. 1, 2, 7; — *abs.*: non posse ea, quae inter se discrepant, iisdem praeceptis atque una institutione formari, dOr. 3, 9, 32. difficultate institutionis tam numerosae atque perplexae deterreri solent, Quint. 8. pr. 2. universam inst. aggressi sumus, 5, 7, 6. nos institutionem professi non solum scientibus ista sed etiam discentibus tradimus, 11, 1, 5. instituisse et ipsos quaedam genera institutionum ad eloquentiam praeparandam, Suet. Gr. 4.

institūtor, ōris, *m.*, 1) der **Gründer**, v. Städten: urbem - hecatompylos Thebas institutores ex facto cognominarunt, Amm. 17, 4, 2. u. so: veteres inst., 14, 8, 6. 20, 7, 1; v. Thaten: in quibus tu ita fortiter multa gessisti, ut ea non non tantum Alexander aut Africanus aut Hannibal videre dum discerent, sed parentes atque institutores, Pacat. 8, 5. multum interest inter corruptelam et integritatem, quia multum est inter institutorem et interpolatorem, Tert. Spect. 2. — 2) der **Erzieher, Lehrer**, tantum valet aut ingenii vis aut eorum, qui in aula institutores habentur, Lamprid. Commod. 1. ut Saloninum filium suum eidem Gallienus in Gallia positum crederet quasi custodi vitae et morum et actuum imperialium institutori, Treb. Poll. trig. tyr. 3.

insto, stātum stāre, **darin-, darauf-, dastehen, in-, auf-, über-, vor etw. stehen**, A) im Raume, I) eig., *abs*: duxit me secum: postquam ad aedem venimus, veneratur deos, interea aspexit virginem instantem, in capite indutam ostrinam riculam, Turpil. 72. cum scandit et instat (auf dem Streitwagen), Lucr. 3, 651; — saxoque instare *in* globoso praedicant volubili (Fortunam), Pacuv. 367. instans in medio triclinio, Suet. Tib. 72; — mit *Dat.* od. *Abl.*: instare iugis et grandia volvere saxa, Virg. A. 11, 529. iam curru instabat Achilles, Ov. M. 12, 73.

II) übtr. 1) im Allg., *abs.*: cuius - rei simulacrum et imago ante oculos semper nobis versatur et instat, Lucr. 2, 112; — mit *Dat.*: arduus ipse Tifata insidit, propior qua moenibus instat collis, Sil. 12, 486; — mit *Acc.*: rectam instas viam, Plaut. Asin. 1, 1, 39.

2) insbes. a) im guten Sinne, α) **darauf od. auf etw. bestehen, dringen, etw. eifrig betreiben, sich einer Sache befleißigen, etw. eifrig verfolgen, einer Sache zusetzen, nachhängen**, *abs.*: Sy. quin est paratum argentum. Ba. quin ego maneo. Sy. atqui iam dabitur. Ba. ut lubet: num ego insto? Ter. Heaut. 4, 4, 15. etiam atque etiam insto atque urgeo, insector, posco atque adeo flagito crimen, Cic. Planc. 19, 48. portas explorant pontesque et propugnacula iungunt, tela gerunt: instat Mnestheus acerque Serestus, Virg. A. 9, 169. instamus tamen immemores caecique furore et monstrum infelix sacrata sistimus arce, 2, 244. instant ardentes Tyrii: pars ducere muros cet., 1, 423. his animum adversis instant sub tempus et omnes impendunt curas cet., G. 3, 123. quum cupidius instaret, zuvor: quum a me peteret et summe contenderet, ut cet., Cic. Quinct. 24, 77. Ae. ego ad forum ibo, ut hunc absolvam: tu intro ad illam, Ctesipho. Sa. Syre, insta. Sy. eamus, Ter. Ad. 2, 4, 13. quam ob rem, ut facis, - urgue, insta, perfice, Cic. Att. 13, 22, 1. me quidem fateor semper a genere hoc toto sermonis refugisse et tibi cupienti atque instanti saepissime negasse, dOr. 1, 22, 99. sine responso quamquam instantem reliquit, Tac. A. 4, 53. seu propria electione, sive ut quidam crediderunt Lacone instante, H. 1, 14. acrius hoc instare viri succurrere certi, VFlacc. 2, 457; — mit *Dativ.*: condebat primae Dido Carthaginis arces instabatque operi subducta classe iuventus, Sil. 2, 406. instans operi regnisque futuris, Virg. A. 1, 504. et inde offensae pariter gratiaeque securi instant operibus, Plin. Pan. 18, 2. iam palam presso magis et magis instat aratro, Calp. 4, 121. ille (Centaurus) instat aquae saxumque undis immane minatur arduus, Virg. A. 10, 195. at si triticeam in messem robustaque farra exercebis humum solisque instabis aristis, cet., G. 1, 219. talibus orantem dictis visuque fruentem ille ultro petit et vacuis amplexibus instat, VFlacc. 4, 38. instandum coeptis aut rursus cunctandi utilitates edisserens, Tac. H. 3, 52. quid moror in parvis? animus maioribus instat, Ov. AA. 2, 535. causis fallacibus instat, Claud. in Rufin. 1, 238. nec nimium instare interrogationi (debet), ne omnia respondendo testis fidem suam minuat, Quint. 5, 7, 16. non ignarus instandum famae, Tac. Agr. 18. Civilis instare fortunae, Cerialis abolere ignominiam, H. 5, 15. instat fatis, Sil. 1, 268. successus urgere suos, instare favori numinis, Lucan. 1, 147; — rhetor.: patronus vero, quotiens poterit, instabit huic loco, ut nihil credibile sit factum esse sine causa, Quint. 7, 2, 36. instat tamen huic parti vehementius, ut putet primo firmum aliquid esse ponendum, summo firmissimum, imbecilliora medio, 7, 1, 10. firmissimis argumentorum singulis instandum, infirmiora congreganda sunt, 5, 12, 4. quibus maxime rebus vel occurrendum sit vel instandum, 5, 13, 52; — mit *Accus.*: parte alia Marti currumque rotasque volucres instabant, Virg. A. 8, 433. instant mercaturam: spero rem faciet: frugi est homo, Pompon. 61; — mit *Infin.*: Spartam reportare instat, id si perpetrat, Pacuv. 249. catulorum blanda propago discutere et corpus de terra corripere in-

stant, Lucr. 4, 1002. ille ut Vulcania ferro vulnera protectus depellere navibus instet, Auct. Cul. 319. interea Rutuli portis circum omnibus instant sternere caede viros et moenia cingere flammis, Virg. A. 10, 118. veluti summis antiquam in montibus ornum cum ferro accisam crebrisque bipennibus instant eruere agricolae certatim, 2, 626. auxilium tectis quasi ferre ardentibus instans, Lucr. 3, 1064. ocius instant ferre fugam, VFlacc. 4, 643. ni protenus instent hinc atque hinc acies media pugnare ruina, Sil. 1, 374. instat Scandilius poscere recuperatores, Cic. II. Verr. 3, 59, 136. instabat quidem Narcissus aperire ambages et veri copiam facere, Tac. A. 11, 34; dicht.: suppeditare novom lumen, tremere ignibus instant, instant (pendentes lychni taedaeque) nec loca lux inter quasi rupta relinquit, Lucr. 5, 298; vgl. noch: instare factum Simia atque hoc denique respondet: ni properem illam ac sese abducere, ad me domum intro ad uxorem ducturum meam, Plaut. Merc. 2, 1, 18. ego illud sedulo negare factum: ille instat factum, Ter. Andr. 1, 1, 120.

β) Jmdn. drängen, bestürmen, Jmdm. zusetzen, anliegen, dringend bitten, *absol.*: ille primo se negare: sed postquam acrius pater instat, fecit animi ut incertus foret, Ter. Hec. 1, 2, 46. si vis, potes, addit et instat, Hor. Sat. 2, 6, 39. tanto magis instat et ardet, Ov. M. 5, 602. u. vgl. 10, 391. Sen. Hipp. 726. Oed. 619. Med. 522. Petron. 92, 5. obstipuēre satae Pelia promissaque postquam exhibuēre fidem, tum vero inpensius instant, Ov. M. 7, 322. instabat quippe Seianus incusabatque diductam civitatem ut civili bello, Tac. A. 4, 17. cum nihil aliud ageret nisi ut Valerianum Odenatus liberaret, instabat cottidie, Treb. Poll. Gallien. duob. 10. matura, dum lubido eadem haec manet: nam si altera illaec magis instabit, forsitan nos reiciat, Ter. Phorm. 4, 5, 4. instare miles, arma poscere, Tac. H. 1, 62. ita plorando orando instando atque obiurgando me optudit eam uti venderem, Caecil. 150. instantem turbam violenta procorum condicione fugat, Ov. M. 10, 568. animum flexus dictis instantis (des Tiphys, der von der Mast abmahnt) Iason concedit, VFlacc. 3, 615. saepius instanti „mandata peregimus" inquit, Ov. F. 3, 687. u. vgl. 4, 518. M. 4, 685. 10, 412. exorari nullo modo potuit: deprecanti saepe populo R. et pertinacius instanti cet., Suet. Aug. 65. u. vgl. Galb. 3. nullo instante, Quint. 1, 12, 9. quod profecto quum sua sponte tum te instante faciet, Cic. Att. 3, 15, 3. instantibus suis, Suet. Vesp. 6. instantibus patribus, AVict. Epit. 15, 6. quia tenui iam re familiari et instantibus creditoribus testamento diffideret, Tac. A. 15, 55; — instat amans hostis precibus pretioque minisque, Ov. F. 2, 805. et se terrae adfligentem opertum purpura imperare coēgerunt instantes cum gladiis et cum omni genere telorum, Capitol. Maxim. duob. 14. u. v. Thieren: instant praecipites et equos clamore gubernant, Sil. 16, 324; — rhetor.: hac (pressa pronunciatione) instamus, inculcamus, infigimus, Quint. 11, 3, 111. instant enim (adversarii in altercando), 6, 4, 17. cum is plane instaret interrogatione, qualem se ostensurus esset, 6, 3, 38. quotiens non sciscitandi gratia assumitur (oratio), sed instandi, 9, 2, 7. instandum quibusdam in partibus et densanda oratio, 11, 3, 164; — auch: instat enim et urguet et quo te cumque verteris persequitur (religio), sive tu vatem sive tu omen audieris, sive immolaris cet., Cic. Div. 2, 72, 149. mane piger stertis: surge, inquit avaritia, eia surge! negas: instat, Pers. 5, 132. ut vero iam equitum clamor exire iubentium instabat, iam fragor tectorum quae diruebantur ultimis urbis partibus audiebatur, Liv. 1, 29, 4. — *Adj.*: **instans**, antis, drängend, bestürmend, heftig, in exprobrando et coarguendo acer atque instans (gestus), Quint. 11, 3, 92; *compar.*: donec eadem species terribilior iam et instantior exitium ipsi regnoque denuntiaret, Tac. H. 4, 83. et est hic adhuc priore gestus instantior, Quint. 11, 3, 93. argumentatio plerumque agilior et acrior et instantior, 11, 3, 164. sed praeverti ad Armenios instantior cura fuit, Tac. A. 2, 55. u. *superl.*: petitio, Augustin. retract. 1, 19. — *PAdv.*: **instanter**, eindringend, dringend, heftig, leidenschaftlich, minus miraberis me tam inst. petisse, ut –, Plin. Ep. 7, 22, 1. promissa flagitabat inst., Amm. 25, 9, 1. ut, cum precibus vincere pertinaciam conabar, inst. mortem-intentarent, 20, 8, 10. dum intente instanterque pronuntiat, sanguinem reiecit, Plin. Ep. 5, 19, 6. acriter, inst., pugnaciter dicendum, Quint. 9, 4, 126. u. vgl. 9, 3, 30. respondit Herennius Polio inst. et graviter, Plin. Ep. 4, 9, 14. u. vgl. Amm. 24, 4, 18. 27, 2, 3; im *compar.*: conspicui eoque gnari clamore telisque concurrunt, instantius Pharasmanes, Tac. A. 6, 35. eo ins. debita poscentibus, quo cet., Justin. 6, 2, 11. inst. legitimos (honores) flagitanti, Suet. Claud. 5. cum quid inst. dicimus, Quint. 9, 3, 50. u. im *superl.*: desiderabant in senatu instantissime, ut cet., Gell. 4, 18, 7. praeclaris studiis - inst. deditus, AVict. Epit. 10, 2. u. b. Apul. M.

b) im feindlichen Sinne: Jmdm. auf dem Nacken sitzen, Jmdn. bedrängen, verfolgen, bedrohen, α) im Allg., *absol.*: instant sorores squalidae, Sen. Agam. 759. infestis prope signis inferuntur Galli in Fonteium et instant atque urgent summo cum studio, summa cum audacia, Cic. Font. 10, 44 (16, 34). vox domini furit instantis virgamque tenentis, Juv. 14, 63. iustum et tenacem propositi virum - non voltus instantis tyranni mente quatit solida, Hor. Od. 3, 3, 1. cum puerum instantem quadripes (d. i. cervus) fessaque minantem tela manu procul ad nitidi spiracula fontis ducit, VFlacc. 3, 552. Marius - postquam ei provinciam Numidiam populus iussit, antea iam infestus nobilitati, tum vero multus atque ferox instare: singulos modo, modo universos laedere, Sall. J. 84, 1; mediis fervoribus acrior instat (oestrus), Virg. G. 3, 154; tela, flammae, vulnera instant, Sen. Phoen. 285. nec tu, cum obstiteris semel instantique negaris parere imperio „rupi iam vincula" dicas, Pers. 5, 157. consules, quando nihil ab Antiocho instaret, proficisci ambo in provincias placuit, Liv. 35, 22,

3; — u. mit Abl. instr.: illi instant verbere torto et proni dant lora, Virg. G. 3, 106. talibus instantem monitis quemcumque parentem sic possem adfari, Juv. 14, 210; — mit *Dativ.*: at lupus et turpes instant morientibus ursi, Ov. Tr. 3, 5, 35. ille ego sum nec me iam dicere vera pudebit, instabat tota cui tua nocte canis, Tibull. 1, 6, 31. instat nautis fera tempestas, Sen. Thyest. 960. instantem regi Armenio Parthoque cometen prima videt, Juv. 6, 407. quae (religio) caput a caeli regionibus ostendebat horribili super aspectu mortalibus instans, Lucr. 1, 64; — mit *Accus.*: si magis me instabunt, ad praetorem sufferam, Plaut. Curc. 3, 6. di inmortales meum herum servatum volunt et disperditum hunc lenonem: tantum eum instat exitî, Poen. 4, 2, 95.

β) insb. militär., *absol.*: hinc Pallas instat et urget, hinc contra Lausus, Virg. A. 10, 433. instabat agmen Caesaris atque universum imminebat, Caes. BC. 1, 80, 5. isque ubi se nullo iam cursu evadere pugnae posse neque instantem reginam avertere cernit, consilio versare dolos ingressus et astu incipit haec, Virg. A. 11, 702. dum fugit instantem trepidans Ixione natum, Ov. M. 12, 338. non tulit instantem Phegeus animisque frementem, Virg. A. 12, 371. non instante Pompeio, Suet. Caes. 36. tutaque terga gerens adversaque in agmina versus sustinet instantes: instabat parte sinistra Chaonius Molpeus, dextra Nabataeus Ethemon, Ov. M. 5, 161. pars exercitus eorum - neque instantes sustinere, neque cum facientibus copiam pugnandi dirigentibusque aciem ausa congredi, Vell. 2, 112, 3. terga fuga celeri praestant instantibus Ombis, qui cet., Juv. 15, 75. ita cunctos strepitu, clamore, nullo subveniente, nostris instantibus, tumultu, terrore formido quasi vecordia ceperat, Sall. J. 99, 3. instantibus Sarmatis creatus est imperator, Treb. Poll. trig. tyr. 9. Numidae alii postremos caedere, pars a sinistra ac dextera temptare, infensi adesse atque instare, Sall. J. 50, 4. instare Dareum, victorem antequam vidisset hostem, Curt. 3, 12 (5), 6. instare Alexandrum, gravem, etiamsi omnes praesto essent, 5, 27 (9), 12. Helvetii - rursus instare et proelium redintegrare coeperunt, Caes. BG. 1, 25, 6; — mit *Attrib.*: his copiis ita dimissis eo intentius Romanus undique instat apud stationes, Liv. 32, 11, 10. Aeneas instat contra telumque coruscat, Virg. A. 12, 887. excisurum urbem minitans et saucius instat, 12, 762. veterani pristinae virtutis memores cominus acriter instare, Sall. C. 60, 3. cum - hostes acrius instarent, Caes. BG. 3, 5, 1. dum cupidius instat, 5, 44, 12. Pompeiani hoc insolentius atque audacius nostros premere et instare coeperunt, BC. 3, 46, 3. cum audacius instarent hostes, Nep. Epam. 9, 1. qui ferociter modo instabant, Curt. 4, 60 (16), 5. nec Turnus segnior instat exsuperatque moras, Virg. A. 10, 657. Metellus, ubi videt Numidas minus instare, paullatim milites in unum conducit, Sall. J. 51, 3. instat non setius ac rotat ensem, Virg. A. 9, 441. u. vgl. vs. 350. ut parcius instarent, Curt. 8, 49 (14), 26; quum hostis instaret a fronte, 3, 26 (11), 6; — mit Abl. instr.: et ramis vastisque molaribus instat, Virg. A. 8, 250. caedere ianuam saxis, instare ferro, ligna et sarmenta circumdare ignemque circum subiicere coeperunt, Cic. II. Verr. 1, 27, 69. iuvabat inlidere solo superbissimos vultus, instare ferro, saevire securibus, Plin. Pan. 52, 3. nunc sude, nunc iaculo, nunc saxis inpiger instat, Sil. 1, 321. iaculis tutisque procul clamoribus instant, Virg. A. 10, 713. tenui pugnax instare veruto, Sil. 3, 363. inclusum veluti si quando flumine nanctus cervom - venator cursu canis et latratibus instat, Virg. A. 12, 749. namque videbat, uti bellantes Pergama circum hac fugerent Grai, premeret Troiana iuventus: hac Phryges, instaret curru cristatus Achilles, 1, 466. instat vi patria Pyrrhus, 2, 491. u. vgl. Amm. 19, 1, 6; — mit *Dativ.*: quum Alexandrum instare ei cerneret, Curt. 3, 27 (11), 8. qui averso ei instabant, 4, 58 (15), 22. instat cui Turnus stridentemque eminus hastam conicit, Virg. A. 10, 645. iamque aliis instabat atrox, cum cet., VFlacc. 6, 644. concurrunt Tyrrhenae acies atque omnibus uni, uni odiisque viro telisque frequentibus instant, Virg. A. 10, 691. subvenire suis, hostibus dubiis instare, Sall. J. 51, 5. Titum instare Iudaeae, Vespasianum obtinere claustra Aegypti placuit, Tac. H. 2, 82. neutris animus est ad pugnandum diversique integri atque intacti abissent, ni cedenti instaturum alterum timuissent, Liv. 10, 36, 3. ne hostis instaret cedentibus, Suet. Tib. 16. u. so Curt. 4, 63 (16), 30. quum instarent Parthi fugienti, Eutr. 7, 6. ratus non usque ad perniciem fugienti sibi instaturos victores, Frontin. Strat. 2, 6, 10. fugientibus instat et agmen concitat Antiphates, Ov. M. 14, 238. u. so Curt. 3, 27 (11), 13. instat anhelanti, Ov. M. 9, 59. trepidanti fervidus instat, Virg. A. 10, 788. instat trepidis, Sil. 7, 349. perculsis languidius instat, Curt. 4, 60 (16), 4. ut undique territis instaret, 4, 19 (4), 10. u. so 8, 49 (14), 25; ecce Cloanthum respicit instantem tergo, Virg. A. 5, 167. tanta mole viri turritis puppibus instant, A. 8, 693. nunc pro nefas! cum ultimis hostium fatis instamus fame, ignavissimo mortis genere, tabescentes, Amm. 17, 9, 4.

B) der Zeit nach, **drängen, nahe bevorstehen, bald zu hoffen od. zu fürchten sein, gegenwärtig sein, zunächst vorliegen**, mit u. ohne Dat. der Person: instabat tempus ad bellum proficiscendi, Nep. Alc. 4, 1. iam tempus instabat, Curt. 4, 49 (13), 19. id dividitur in tempora tria: praeteritum, instans, consequens: in praeterito tempore oportet considerare, ubi -: in instanti tempore quaeretur, num -: in consequenti tempore spectabitur, num -, AHer. 2, 5, 8. praeteritum, instans, futurum (tempus), Quint. 5, 10, 42. postquam instabat virginum aetas, Tac. A. 6, 15. nec pietas moram - instanti senectae afferet, Hor. Od. 2, 14, 3. quo (tempore) caeli habitus instanti mensi aptus inveniretur, Macrob. Sat. 1, 12, 39. aspicit instantes mediis sex lucibus idus illa dies, qua sunt vota soluta deae, Ov. F. 6, 247. instabatque dies, qui dat nova nomina fa-

stis, Lucan. 5, 5. quum sacrificii dies instaret, Cic. Inv. 2, 31, 96. diem instare, quo die frumentum militibus metiri oporteret, Caes. BG. 1, 16, 5 postquam senatus in Catonis sententiam discessit, consul optumum factu ratus noctem, quae instabat, antecapere, ne quid eo spatio novaretur, Sall. C. 55, 1. ne torrida nimbis instet hiems, Calp. 5, 108. hiemps quoque iam instabat, Liv. 32, 4, 7. u. hieme instante, 32, 36, 6. u. vgl. 36, 10, 13. Curt. 3, 19 (8), 8. instanti nimborum frigore, VFlacc. 6, 505; — quod instat agamus, Virg. Ecl. 9, 66. quare ante factis omissis illud, quod instet, agi oportere, Cic. Inv. 2, 11, 37. ego tamen me teneo ab accusando - vel quod nolo cum Pompeio pugnare, satis est quod instat de Milone, vel quod iudices nullos habemus, QFratr. 3, 2, 2. quae enim venientia metuuntur, eadem adficiunt aegritudine instantia, Tusc. 4, 6, 11. quae res instet, quid porro deinde sequatur, Lucr. 1, 461. ite, viri, mecum dubiisque evincite rebus, quae meminisse iuvet nostrisque nepotibus instent, VFlacc. 1, 248. magnum aliquid instat, efferum, immane, impium, Sen. Med. 396. nec tamen his contentus eris: maiora peractis instant, Tibull. 4, 1, 118. quum illi iter instaret et subitum et longum, Cic. Att. 12, 23, 1. u. so Div. 1, 28, 59. partus instabat prope, Ter. Ad. 3, 2, 9. u. so Phaedr. 1, 20, 2. instant post hominum memoriam apparatissimi magnificentissimique ludi, quales cet., Cic. Pis. 27, 65. ita me di ament, ut ob istam rem tibi multa bona instant a me, Plaut. Pers. 4, 3, 21. satin' magnam spreti numinis haberet mercedem: maiorem instare, ni cet., Liv. 2, 36, 4. conscius sibi instare donativum et deesse pecuniam, Tac. H. 2, 94; — quantus instat navitis sudor tuis, Hor. Epod. 10, 15. magni - laboris, non irriti discrimen instare praedixi, Curt. 7, 31 (7), 26. quidquid subiti et magni discriminis instat, Juv. 6, 520. instent mille licet premantque curae nostris carminibus tamen vacabit, Mart. 7, 96, 5 vacuus a curis nisi instantibus, Tac. H. 3, 54. anxium de instantibus curis agitabant etiam per somnum species imminentium rerum, Curt. 3, 6 (3), 2. ut primum instantibus curis laxatus est animus, 6, 4 (2), 1. cum alius insuper metus senatoribus instaret, Tac. H. 2, 52. in haec deflenda prolapsos ab recenti nuntio animos terror instans revocavit ad consultandum, quonam modo obviam praesentibus periculis iretur, Liv. 29, 4, 1. tibi ab iis instare periculum, Brut. b. Cic. Fam. 11, 20, 1. u. so Cic. Fam. 12, 14, 6. se instans periculum posse depellere, Nep. Paus. 3, 5. u. vgl. Curt. 5, 27 (9), 16. Petron. 101, 6. instat fatum mihi triste, Hor. Sat. 1, 9, 29. tolle fuga Turnum atque instantibus eripe fatis, Virg. A. 10, 624. u. vgl. Cul. 226. dixerat haec nato motus instare sibique multaque praeterea tempore nacta fidem, Ov. F. 1, 475. ille (sol) autem caecos instare tumultus saepe monet, Virg. G. 1, 464. ita mihi videtur bellum illud instare, Cic. Att. 14, 9, 3. si quidquam aliud a nobis nisi de instanti bello cogitatum putabunt, Phil. 11, 10, 24. u. so vgl. Caes. BG. 6, 4, 3. Liv. 2, 48, 6. 5, 6, 6. 28, 38, 9. 31, 43, 6. quibus ego confido impendere fatum aliquod et poenam iam diu improbitati, nequitiae, sceleri, libidini debitam aut instare iam plane aut certe appropinquare, Cic. Cat. 2, 5, 11. appellato principe instantem damnationem frustrati, Tac. A. 16, 8. dum mora supplicii lucro serumque, quod instat, creditur, Claud. in Eutr. 2, 53. heu quanta nobis instat pernicies, Phaedr. 1, 32, 3. instante sane adhuc pestilentia, Capitol. Anton. phil. 21. heu quantae miseris caedes Laurentibus instant! Virg. A. 8, 537. in dubio' st fortunam quam vehat aetas quidve ferat nobis casus quive exitus instet, Lucr. 3, 1085. ut venatorum fugeret instantem necem, Phaedr. 2, 9, 2. u. so 1, 24, 1. cunctaturque metu letumque instare tremescit, Virg. A. 12, 916. — PSbst. **instans**, antis, *n.*, das Gegenwärtige, id est igitur genus primum causarum in iudiciis ex controversia facti: in deliberationibus plerumque ex futuri, raro ex instantis aut facti, Cic. dOr. 2, 25, 105. praeterita instantia futura pari oblivione dimiserat, Tac. H. 3, 36. praeteritaque et instantia, 4, 69. u. im Sing. vom Präsens: Graeci activo instanti verborum in ω exeuntium addunt syllabam μαι, Macrob. de diff. verb. 15, 1. u. so 16, 9. öft.

instrāgŭlum, i, *n.*, die Bettdecke, Cato RR. 10, 5. 11, 5.

1. **instrātus**, a, um, Ptcp., s. insterno.

2. **instrātus**, a, um (negat. in u. sterno), unbestreut, unbedeckt, inter dura iacet pernix instrato saxa cubili frondibus hirsutis et carice pastus acuta, Virg. G. 3, 229.

instrēnuus, a, um, unthätig, lässig, träg, matt, atque ubi illo inmigrat nequam homo indiligens cum pigra familia, inmundus instrenuos, hic iam aedibus vitium additur, Plaut. Most. 1, 2, 24. ad hunc motum comprimendum cum exercitu ampliore et non instrenuo duce - opus esset, Suet. Vesp. 4; — illud inceptum animi'st pudentis signum et non instrenui, Ter. Heaut. 1, 1, 68. — *Adv.*: in eo bello Lysimachus amissis ante variis casibus quindecim liberis non **instrenue** moriens postremus domus suae ruinae cumulus accessit, Justin. 17, 2, 1.

instrĕpĭto, āre, auf etw. summen, floribus instrepitans (apis) poplite mella rapit, Venant. Carm. 3, 9, 26.

instrĕpo, ĕre, 1) *intr.*, laut ächzen, knirschen, post valido nitens sub pondere faginus axis instrepat, Virg. G. 3, 172. nec dentibus umquam instrepis horrendum, fremitu nec verbera poscis, Claud. Mall. Th. cons. 222. — 2) *tr.*, zuächzen, sic ille senior lamentabiles questus singulis instrepebat, Apul. M. 2, 27.

instrīdo, ĕre, in etw. hineinzischen, zischend in etw. hineinfahren, fax nidore gravi foedavit comminus auras ambusto instridens pelago, Sil. 14, 435.

instringo, strinxi, strictum, stringere, straff anziehen, binden, fesseln, iacet inter vincula, quibus instringat adhuc recentem pirata captivum, Quint. Decl. 5, 16. ut erat adhuc feralibus amiculis instrictus atque obditus, Apul. M. 10, 12. instrictamque fidem gemmis et dentibus Indis

sustinet a laeva, Ov. M. 11, 167. ed. *Merkel.*, Vulg.: instructam; — übtr.: haec admonitio Tauri de orationis Platonicae modulis non modo non repressit, sed instrinxit etiam nos ad elegantiam Graecae orationis verbis Latinis adfectandam, Gell. 17, 20, 7. quo dolore pellicatus uxor eius instricta, Apul. M. 8, 22.

instructe, *PAdv.*, s. instruo.

instructilis, e, nicht zusammenfügbar, nicht bildbar, singularis alioquin (anima) et simplex et de suo tota est non magis instructilis aliunde quam divisibilis ex se, quia nec dissolubilis, Tert. An. 14.

instructio, ōnis, *f.*, 1) das Aufrichten, -stellen, das Errichten, Erbauen einer Sache, die noch nicht vorhanden war, instructio novi balinei oneratura vires Prusensium non est, Plin. Ep. 10, 24 (35); dah. auch: muris velut sinuosis circumdatum et cornutis instructioneque varia inaccessum (munimentum), Amm. 20, 7, 17. — 2) in Bezug auf schon Vorhandenes, a) das Hinein-, Einfügen, propter - tubulorum in cloacas instructionem excipientur aquarum abundantiae, Vitr. 5, 9, 7. — b) die Einrichtung, geordnete Aufstellung, a) eig.: saepe clamore ipso militum aut instructione aspectuque signorum magnas copias pulsas esse et vidimus et audivimus, Cic. Caecin. 15, 43. haec dispositio locorum, tamquam instructio militum, facillume in dicendo, sicut illa in pugnando, parare poterit victoriam, AHer. 3, 10, 18. — b) übtr., die Belehrung, Information, nec - instructiones vel ex ipsis tabulariis suppeterent publicis, Amm. 28, 1, 15.

instructor, ōris, *m.*, der etw. ausstattet, ausrüstet, hi sunt conditores instructoresque convivii, Cic. post red. in sen. 6, 15.

instructura, ae, *f.*, 1) die Aufschichtung, der Aufbau, Bau, von Material, wie Steine u. dgl., Agrim. p. 255, 25. 347, 8. 349, 14. u. übtr.: ut in compositionis instructura aeque mollitia sit delictum, quam in sententiis impudentia, Front. Ep. ad M. Caes. 2, 1. — 2) die Aufstellung, Ordnung, von d. Schlachtordnung: quadrigae hostium - in suos conversae sunt turbaveruntque Macedonum instructuram, Frontin. Strat. 2, 3, 17.

instructus, a, um, *Ptcp.*, s. instruo.

instructus, *abl.* u, *m.*, die Ausstattung, quocumque ingreditur (oratio), eodem est instructu ornatuque comitata, Cic. dOr. 3, 6, 23.

instrūmentum, i, *n.*, ein Mittel entweder zur Herstellung od. zur Ausstattung eines Gegenstandes, vgl.: Praeparatis idoneis locis instrumentum et supellectilem distribuere coepimus ac primum ea secrevimus, quibus ad res divinas uti solemus: postea mundum muliebrem, qui ad dies festos comparatur, deinde ad bella virilem: item dierum sollemnium ornatum nec minus calceamenta utrique sexui convenientia: tum iam seorsum arma ac tela seponebantur et in altera parte instrumenta, quibus ad lanificia utuntur. Post, quibus ad cibum comparandum vasis uti adsolent, constituebantur: inde quae ad lavationem, quae ad exornationem, quae ad mensam cotidianam atque epulationem pertinent, exponebantur u. s. w., Cic. Oecon. frg. 10. p. 263. b. Col. 12, 3, 1 sqq. Also Werkzeug, Geschirr, Geräth, Geräthschaft, Inventar, 1) im Allg. a) eig., neben *Adiect.*: boves, iumenta et instrumentum rusticum, Phaedr. 4, 5, 24. u. so: rusticum, VMax. 4, 4, 6. u. absol. neben plaustra, Varr. RR. 1, 13, 2. neben ferramenta, Col. 1, 8, 8. u. vgl.: instrumenta vero haec, quae ruri necessaria sunt, paremus, Pallad. 1, 43, 1. nunc dicam agri quibus rebus colantur: - alii in tres partes (dividunt) instrumenti genus vocale et semivocale et mutum: vocale, in quo sunt servi: semivocale, in quo sunt boves: mutum, in quo sunt plaustra, Col. 1, 17, 1. u. vgl. das Nähere in d. folg. Capit. in eorum arationes Apronius venit, omne instr. diripuit, familiam abduxit, pecus abegit, Cic. II. Verr. 3, 23, 57. instrumenti ne magni siet (praedium), loco bono siet, Cato RR. 1, 5. is quum arationes magnas conductas haberet - easque magna impensa magnoque instrumento tueretur, Cic. II. Verr. 3, 21, 53; — qui enim restitissent agili et nautico instrumento aptae et armatae classi naves tormenta machinasque portantes -? Liv. 30, 10, 3. inest huic computationi sumptus supellectilis, sumptus atriensium, topiariorum, fabrorum atque etiam venatorii instrumenti, Plin. Ep. 3, 19, 3. instr. piscatorium, Marcian. Dig. 33, 7, 17. §. 1. u. instr. balneatorium u. cauponium, §. 2. u. coquinatorium, Ulp. 34, 2, 19. §. 12. omni militari instrumento erepto, Caes. BG. 6, 30, 2. magistratus mulis tabernaculisque et omni alio instrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent sociis, Liv. 34, 2, 9. u. so: profectus cum instrumentis ambitiosis imperator, Amm. 29, 11, 4; — mit *Genit.*: viderunt quos excelsioribus terris illa tempestas deprehendit alibi divitum apparatus et gravem supellectilem, alibi instrumenta ruris, Plin. Ep. 8, 17, 4. in fundum autem vicini consulis non instrumenta aut ornamenta villae, sed etiam arbores transferebantur, Cic. Dom. 24, 62. iam medici, iam apparatus cibi, iam in hoc solum importatum instr. balinei nullius non succurrit valetudini, Vell. 2, 114, 2. culinarum quoque argentea instrumenta fuēre, Just. 38, 10, 4. ut Alfenus vafer omni abiecto instrumento artis clausaque taberna sutor erat, Hor. Sat. 1, 3, 130. pictoris instrumento legato cerae, colores similiaque horum legato cedunt: item penicula et cauteria et conchae, Marcian. Dig. 33, 7, 17. quin ex instrumento quoque heroum illorum magnitudo aestimanda nobis datur: huc pertinet clipeus Aiacis et Pelias Achillis, Quint. 8, 4, 24. arma, tela, equos et cetera instrumenta militiae parare, Sall. J. 43, 3. iam aes atque ferrum duelli instrumenta, non fani, Cic. Leg. 2, 18, 45. tantus ergo imperator in omni genere belli fuit, proeliis, oppugnationibus, navalibus pugnis totiusque belli instrumento et apparatu, ut cet., Acad. 2, 1, 3. instrumenta bellorum, Amm. 21, 6, 6. 26, 7, 12. cum sua quisque miles circumspiceret - quid ex instrumento hibernorum relinquere cogeretur, Caes. BG. 5, 31, 4. dentes etiam ac ciborum instrumenta, Plin. 7, 50 (51), 168. verbera in aciem,

non arma adferenda omissoque ferro virgas et flagella ceteraque servilis metus paranda instrumenta, Justin. 2, 5, 4. dum crudelia iussae instrumenta necis ferrumque ignesque parantur, Ov. M. 3, 697. mortisque paratae instrumenta videns, 10, 384. ad arbitrium suum instrumenta mortis eligere, Sen. Ep. 8, 1, 19 (70). cum hoc ipsum irati tortores omnia instrumenta crudelitatis suae experirentur, 10, 2, 18 (78). quemadmodum plus agit tortor, quo plura instr. doloris exposuit, 2, 2, 6 (14). quid singulis articulis singula machinamenta (explicas), quibus extorqueantur, aptata et mille alia instr. excarnificandi particulatim hominis? 3, 3, 14 (24). — b) übtr. Werkzeug, Mittel, α) im Allg.: luxuriae nondum instrumenta vigebant, Ov. F. 5, 279. ut matronae auratas vestes ceteraque dignitatis suae ornamenta velut instrumenta luxuriae deponerent, Justin. 20, 4, 11. litteris Graecis et Latinis docta, psallere et saltare elegantius quam necesse est probae, multa alia, quae instr. luxuriae sunt, Sall. C. 25, 2. ne ista miremur, liberos suos nonnulli nuptiis votisque quaesitos avare nutriunt nec disciplinis aut caeteris corporis excolunt instrumentis, Col. 4, 3, 2. instrumenta omnia mediocris ingenii, si suffecerint, commoturus, Amm. 16, 1, 2. haec (sapientia) erit ultimum vitae instrumentum et, ut ita dicam, additamentum? Sen. Ep. 2, 5, 8 (17). u. vgl. 5, 4, 12 (45). 13, 3, 20 (88). 15, 3, 8 (95). quum industriae subsidia atque instrumenta virtutis in libidine audaciaque consumeret, Cat. 2, 5, 9. nullum maius boni imperii instr. quam bonos amicos esse, Tac. H. 4, 7. eum omni seditionum instrumento et furore persecuta est, Treb. Poll. trig. tyr. 22. fuit rex armorum quam conviviorum apparatibus studiosior, cui maxime opes erant instrumenta bellorum, Justin. 9, 8, 5. solvendi sunt numi Caesari et instr. triumphi eo conferendum, Cic. Att. 7, 8, 5; auch v. Personen: ut - haberet instrumenta servitutis et reges (populus R.), Tac. Agr. 14. nuper veneficii damnata (Locusta) et diu inter instrumenta regni habita, A. 12, 66. multos secreta Poppaeae mathematicos, pessimum principalis matrimonii instr., habuerant, H. 1, 22. meretrix est instr. contumeliae, Syr. 634; — cum - proxima quaeque victoria instr. sequentis esset, Justin. 1, 1, 8. nosseque, ut Caesar dictator aiebat, miserum esse instr. senectuti recordationem crudelitatis, Amm. 29, 2, 18. haec tam perniciosa nocentissimis moribus dare instrumenta et nequitiam praeceptis adiuvare, Quint. 2, 15, 32. ut in augenda re non avaritiae praedam, sed instrumentum bonitati quaerere videretur, Cic. Rab. Post. 2, 3. intelliget quem ad modum a natura subornatus in vitam venerit quantaque instrumenta habeat ad obtinendam adipiscendamque sapientiam, Cic. Leg. 1, 22, 59. enormibus instr. remedia quaerere damnorum immanium, Amm. 28, 6, 6. — β) insbes. rhetor.: qui non linguam modo acuisses exercitatione dicendi, sed et ipsam eloquentiam locupletavisses graviorum artium instrumento, Cic. Brut. 97, 331. hanc enim ego omnem scientiam et copiam rerum in tua prudentia sciebam inesse: in oratoris vero instrumento tam lautam supellectilem numquam videram, dOr. 1, 36, 165. instrumenta non artis - sed ipsius oratoris, Quint. 12, 5, 1. quae sint artis oratoriae instrumenta, behandelt 12. c. 5. u. vgl.: personae, causae, facultates, tempora, instrumenta, testimonia comparantur, Quint. 7, 2, 25. u. vgl. 3, 5, 17. 4, 2, 55. hoc instr. causarum et generum universorum in forum deferre debemus, Cic. dOr. 2, 34, 146. opus est intueri omne litis instr., Quint. 12, 8, 12; public.: exhibe librarium illud legum vestrarum, quod te aiunt eripuisse e domo et ex mediis armis turbaque nocturna tamquam Palladium sustulisse, ut praeclarum videlicet munus atque instr. tribunatus, ad aliquem, si nanctus esses, qui tuo arbitrio tribunatum gereret, deferre posses, Urkunde für *, Cic. Mil. 12, 33. sequenda est igitur publici instrumenti auctoritas, Urkunden, Suet. Cal. 8. aerearum tabularum tria millia - restituenda suscepit undique investigatis exemplaribus, instr. imperii pulcerrimum ac vetustissimum, Archiv, Vesp. 8.

2) insbes. Geräth, Geräthschaft, Ausstattung, auch von der Kleidung, vgl.: instrumenti eius et supellectilis parsimonia, in Kleidung u. Zimmergeräth, Suet. Aug. 73. hostium spolia, monumenta imperatorum, decora atque ornamenta fanorum posthac his praeclaris nominibus amissis in instrumento atque in supellectile C. Verris nominabuntur, Cic. II. Verr. 4, 44, 97. primum et excellentissimum triumphum egit Gallicum, sequentem Alexandrinum, - diverso quemque apparatu et instrumento, Suet. Caes. 37. religiosas vestes cum instrumento omni comburere, Tib. 36; — neben *Adject.*: hi sunt, qui sine verecundia pocula et alias res aureas, deis sacrata instrumenta, convivio mercantur, Sall. H. frg. inc. 88. cum - nihil sibi praeter unum murrhinum calicem ex instrumento regio retinuerit, Suet. Aug. 71. uxorem suam - cum omni pecunia et familia regalique instrumento - remittit, Justin. 23, 2, 6. ipsius Demetrii privatum omne instr. ac familiam reddidit, 15, 1, 8. u. so: privatum, 15, 2, 7. 21, 5, 2. anilia demit instrumenta sibi, von d. Kleidung, Ov. M. 14, 766. felices ornent haec instrumenta libellos, diese Ausstattung, Ov. Tr. 1, 1, 9; — mit *Genit.*: invitatus lucro, quidquid instrumenti veteris aulae erat, ab urbe repetiit, Suet. Cal. 39. instr. regii cultus distraxit, Eutr. 8, 13. AVict. Epit. 16, 9. vestem, quam ex instrumento triumphorum ad praesentem usum induerant, Suet. Caes. 84. organa fabricantur hydraulica et lyrae ad speciem carpentorum ingentes et histrionici gestus instrumenta non levia, Amm. 14, 6, 18. inter pauca nitidioris vitae instrumenta haec arbor est, Plin. 13, 16 (30), 100.

instruo, struxi, structum, struĕre, entweder etw., was noch nicht vorhanden war, aufrichten, errichten, herrichten, od. etw., was schon vorhanden war, einrichten, ausstatten, also A) etw., was noch nicht vorhanden war, **aufrichten, errichten, aufführen**, 1) eig.: e regione eius (fontis) vineas agere adversus montem et aggerem instruere

coepit, Hirt. BG. 8, 41, 2. u. so Tac. H. 2, 22. murus instructus laterculo coctili, bitumine interlitus, Curt. 5, 4 (1), 25. audierunt muros instrui, Nep. Them. 6, 4. saxo pilae, quae totum onus sustinebant, instructae sunt, Curt. 5, 5 (1), 33. ubi vineis actis aggere exstructo turrim procul constitui viderunt, primum irridere ex muro –, quod tanta machinatio ab tanto spatio instrueretur, Caes. BG. 2, 30, 3. quae (aedificia) per diversas urbes et oppida vel instauravit vel a primis instruxit auspiciis, Amm. 31, 14, 4. tuguria conchis et ceteris purgamentis maris instruunt, Curt. 9, 40 (10), 10; rudis enim novacula – instruxerat thecam, Petron. 94, 14. — 2) übtr. anrichten, herrichten, herstellen, bereiten, schaffen (bisweilen mit Dat. d. Pers.), epulae instruantur, Sen. Thyest. 62. epulae regia instructae domo, Agam. 867. fuerat hic animus tibi instruere similes inscio fratri cibos, Thyest. 1107. u. vgl.: nam neque edo neque emo, nisi quod est carissumum: sed quoniam cari, quom instruontur, deserunt, nunc ad eum inviso, Plaut. Men. 1, 1, 30. iube sibi aurum atque ornamenta quae illi instruxti mulieri [omnia] dono habere, Mil. gl. 4, 1, 34. u. so 4, 3, 34. postquam capto per dolum rege Carataco instruxisse triumphum Claudii Caesaris videbatur, Tac. H. 3, 45. non instruendum illis iter ad bonam famam, sed non deserendum, non summovenda adulatio, sed non reducenda est, Plin. Pan. 75, 5. quippe memorem esse debere, alienam se victoriam, non suam instruere, Justin. 5, 2, 10; — nunc iam omnes sycophantias instruxi et conparavi, quo pacto ab lenone auferam hoc argentum, Plaut. Pers. 2, 5, 24. cum – dictis factisque omnibus ad fallendum instructis vana accresceret fides, Liv. 1, 54, 2. instruitur omnis fraude feminea dolus, Sen. Hipp. 828. sacrificio adparando et inter id instruendae fraudi aliquanto intentior quam muniendis castris aut ulli militari operi, Liv. 23, 35, 14. facinorosum animum ad domestica scelera convertit insidiasque Arsinoae sorori suae instruit, Justin. 24, 2, 1. si vis illa dicendi malitiam instruxerit, Quint. 12, 1, 1. gratiam fingere in odio, instruere inter concordantes odia, apud utrumque gratiam quaerere sollemnis illi consuetudo, Justin. 9, 8, 9. antea malum publicum occulte, auxilia palam instruebantur et eo boni malos facile anteibant, Sall. H. 1, 48, 13.

B) etw., was schon vorhanden war, I) selten: wo hineinfügen, -bringen, einfügen, mit *in* u. *Acc.* od. *Abl.*, 1) eig.: ubi turris altitudo perducta est ad contabulationem, eam in parietes instruxerunt, Caes. BC. 2, 9, 1. inque earum (cloacarum) parietibus – tubuli instruantur, Vitr. 5, 8, 7. — 2) übtr.: magnas res hic agito in mentem instruere, Plaut. Rud. 4, 2, 31. iam instructa sunt in corde consilia omnia, Ter. Phorm. 2, 2, 7.

II) gewöhnlich: einrichten, ausstatten, ausrüsten, versehen (oft neben ornare), 1) im Allg., a) eig., mit u. ohne *Abl.*: Italiam operibus ac vectigalibus publicis plurifariam instruxit, Suet. Aug. 46. vidi ego te (v. Palast des Priamus) astantem ope barbarica tectis caelatis lacuatis, auro ebore instructam regifice, Enn. Trag. 120. quae (domicilia) essent ornata signis atque picturis instructaque rebus iis omnibus, quibus abundant ii, qui cet., Cic. ND. 2, 37, 95. tabernaculum - omni luxu et opulentia instructum, Curt. 3, 28 (11), 23. cubicula – libris Elephantidis instruxit, Suet. Tib. 43. decubuit super lectum modica culcita vetere pallio strato instructum, Ner. 48. nonnulli strenue fabricant navigia nec consummata perinde instruunt armamentis ministrisque, Col. 4, 3, 1. reliquas (naves) paratas ad navigandum atque omnibus rebus instructas invenit, Caes. BG. 5, 5, 2. u. so BC. 3, 111, 3. omnibus rebus instructa classe, 1, 56, 3. si quis tamen urere tecta comparat, audaces instruit igne manus, Ov. Tr. 2, 267. protinus appositas nudae vestigia nymphae instruxere epulis mensas, M. 8, 570. pulchroque instructa paratu Cepheni proceres ineunt convivia regis, 4, 763. barbara opulentia convivium, quo regem accipiebat, instruxerat, Curt. 8, 16 (4), 12. omnibus curat rebus instructum et paratum ut sit convivium, Cic. II. Verr. 4, 27, 62. his et mille aliis postquam sine nomine rebus propositum instruxit remorari Tartara munus, Ov. M 7, 275; — dumque parant epulas potandaque vina ministri, cultibus Alciden instruit illa suis, Fast. 2, 317. primam curam habuit - concubinas securibus peltisque Amazonum instruendi, Suet. Ner. 44. iudices – argento et necessariis instruebat ita, ut cet., Lamprid. Alex. Sev. 42. instructum eum viatico collataque veste in navem imposuerunt, Vell. 2, 19, 4; — his diebus commode instruuntur horti, Col. 11, 2, 25. ad quem (agrum) instruendum vires non essent, Liv. 6, 5, 5. de instructo (fundo) vel instrumento legato, Dig. 33, 7. tit. vgl. mit: si fundus sit instructus legatus et supellex continebitur, quae illic fuit usus ipsius gratia et vestis non solum stragula, sed et qua ibi uti solebat: mensae quoque eboreae, vel si quae aliae, item vitrea et aurum et argentum, vina quoque, si qua ibi fuerint usus ipsius causa, continebuntur et si quid aliud utensilium, Ulp. Dig. 33, 7, 12. §. 28. emit homo cupidus et locuples tanti, quanti Pythius voluit, et emit instructos (hortos), mit der Einrichtung, dem Inventar, Cic. Off. 3, 14, 59. de ornanda instruendaque urbe, Suet. Caes. 44. non enim te instruere domum tuam voluerunt in provincia, sed illum usum provinciae supplere, II. Verr. 4, 5, 9. domum eius exornatam et instructam fere iam iste reddiderat nudam atque inanem, 2, 34, 84. sic erat instructa (domus), Nep. Ages. 7, 4. decreverunt, ut Cn. Sicinius praetor aedes instructas locaret, ubi filius regis comitesque eius habitare possent, Liv. 42, 19, 6. distinctis et instructis pro loci dignitate compluribus cellis, Suet. Cal. 41. instruit ergo focum provincia, Juv. 5, 97. instructam ei continuo et ornatam Larini medicinae exercendae causa tabernam dedit, Cic. Cluent. 63, 178. ea est enim ratio instructarum ornatarumque navium, ut cet., Cic. II. Verr. 5, 51, 133. ita instructa nave, Quint. 12. pr. 4. iam Sesto Mindarus et Pharnabazus,

Lacedaemoniorum duces, instructis navibus exspectabant, Justin. 5, 4, 1. u. vgl. 29, 4, 4. sic instructas quadriremes ad urbem agebant, Curt. 4, 14 (3), 15. circa Crotonem Sybarimque suppleverat remigio naves instructamque et armatam egregie pro magnitudine navium classem habebat, Liv. 26, 39, 7. ingentem classem summis viribus instruit, Justin. 6, 3, 1. hic exesis pendens scopulis aut deceptos instruit hamos, aut suspensus spectat pressa praemia dextra: sentit tremulum linea piscem, Sen. Herc. fur. 154; — proficiscendi quadraginta milia nummûm ad instruendum se ornandumque donaveram, Plin. Ep. 6, 25, 3. ne cui forte negligens nimium fuisse videatur (praetor) neque se satis, quum potestatem habuerit, instruxisse et ornasse, Cic. II. Verr. 4, 26, 60; ganz absol.: non possessores animo aequiore discedent: nullam impensam fecerant: nondum instruxerant, Phil. 6, 5, 14. — *PAdj. comp.*: domus ea, quae ratione regitur, omnibus est instructior rebus et apparatior, quam ea, quae temere et nullo consilio administratur, Inv. 1, 34, 58. u. *Adv.*: ludos opulentius instructiusque quam priores reges fecit, mit reicherer und glänzenderer Ausstattung, Liv. 1, 35, 7.

insum, fui, esse, darin sein od. sich befinden, in *, an etw. sein od. sich befinden, übtr., in etw. sein, * sich finden, wohnen, inwohnen, 1) eig., mit *Adv.*: hic pateram inesse oportet, Plaut. Amph. 2, 2, 151. ecquid meministi in vidulo qui periit quid ibi infuerit? Rud. 5, 2, 23. u. omnia ut quicque infuit salva sistentur tibi, 5, 3, 3. virgo in conclavi sedet suspectans tabulam quandam pictam: ibi inerat pictura haec cet., Ter. Eun. 3, 5, 35. at nunc seminibus quia certis quaeque creantur, inde enascitur atque oras in luminis exit, materies ubi inest cuiusque et corpora prima, Lucr. 1, 169. certum ac dispositum'st ubi quicquit crescat et insit, 3, 787. vectoris istic perfidi sanguis inest, quem Nessus exspirans dedit, Sen. Med. 776. credo edepol ego illic inesse argenti et auri largiter, Maut. Rud. 4, 4, 144; — talentum argenti commodum magnum inerat *in* crumina, 5, 2, 31. octingenti in marsupio nummi aurei infuerunt, 5, 2, 26. denique in aethere non arbor, non aequore salso nubes esse queunt, nec pisces vivere in arvis, nec cruor in lignis neque saxis sucus inesse, Lucr. 3, 784. nec denique totum corporis in pedibus pondus sentimus inesse, 5, 541. censet imagines divinitate praeditas inesse in universitate rerum, Cic. ND. 1, 43, 120; — mit *Dat.*: quae (fercula) procul exstructis inerant hesterna canistris, Hor. Sat. 2, 6, 105. tua si bona nescis servare, frustra clavis inest foribus, Tibull. 1, 6, 33. eis parmae breviores quam equestres et septena iacula quaternos longa pedes data praefixa ferro, quale hastis velitaribus inest, Liv. 26, 4, 4. nec digitis anulus ullus inest, Ov. F. 4, 658. canities pinnis, unguibus hamus inest, 6, 134. formosae periēre comae, quas vellet Apollo, quas vellet capiti Bacchus inesse suo, Am. 1, 14, 31. inerant lunaria fronti cornua cum spicis nitido flaventibus auro et regale decus, M. 9, 688. cui candidus olim crinis inest, VFlacc. 6, 63. inerant vestigia ripis, Ov. F. 3, 651. iam color unus inest rebus tenebrisque teguntur omnia, 4, 489. et color et species floribus omnis inest, 5, 358. quippe etenim varii sensus animantibus insunt, Lucr. 6, 984; credibile est illi numen inesse loco, Ov. Am. 3, 1, 2. iamque inerat populo mediaeque incognitus urbi, VFlacc. 5, 403; utinam nobis non rustica vestis inesset, Calp. 7, 79; — mit *Abl.*: variae volucres ut in ordine cunctae ostendant maculas generales corpore inesse, Lucr. 1, 589. toto sentimus corpore inesse vitalem sensum et totum esse animale videmus, 3, 634; — *abs.*: neque ergo arma squalere situ ac rubigine velim, sed fulgorem inesse, qui terreat, Quint. 10, 1, 30. aliquando extractis (retibus) piscis nullus affuit, Suet. Rhet. 1. quo posses viso dicere „numen inest", Ov. F. 3, 296. praeterea versamur ibidem atque insumus usque, Lucr. 3, 1080. — 2) übtr.: multa *in* homine, Demea, signa insunt, ex quibus coniectura facile fit, Ter. Ad. 5, 3, 36. u. vgl. vs. 40. dicam hanc esse captam ex Caria, ditem et nobilem: si redimat, magnum inesse in ea lucrum, Heaut. 3, 3, 47. iucunditatis plus inest in te mihi quam commercatis: conquisite edulibus, Afran. 258. digni autem sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa cur diligantur, Cic. Am. 21, 79. in oratore perfecto inest illorum omnis scientia, dOr. 3, 55, 143. in T. Livio inesse quandam Patavinitatem, Quint. 8, 1, 3. nullum profecto dedecus reperire posset, quod non inesset in hoc, Cic. Har. resp. 26, 57. si periclum ullum in te inest, perisse me una haud dubium'st, Ter. Hec. 3, 1, 46; — quod in ea vita maneam, in qua nihil insit nisi propagatio miserrimi temporis, Cic. Fam. 5, 15, 3. ni vis boni in ipsa inesset forma, Ter. Phorm. 1, 2, 58. inest decor in habitu ac vultu, Quint. 6, 3, 12. tristis severitas inest in voltu atque in verbis fides, Ter. Andr. 5, 2, 16. prorsus in facie voltuque vecordia inerat, Sall. C. 15, 5. illi antiqui-profecto hoc senserunt, in cuiuscunque animo virtus inesset, ei plurimum esse tribuendum, Vell. 2, 128, 3. inest enim naturā philosophia in huius viri mente quaedam, Cic. Or. 13, 41; — quod certis in rebus inest secreta facultas, Lucr. 1, 173. in omnibus, quae dicit, tanta auctoritas inest, Quint. 10, 1, 111. oracula enim ex eo ipso appellata sunt, quod inest in iis deorum oratio, und: in quibus (rebus) insunt quasi quaedam opera divina, Cic. Top. 20, 77. in qua (superstitione) inest timor inanis deorum, ND. 1, 42, 117. in amore haec omnia insunt vitia, Ter. Eun. 1, 1, 14. matris in admisso falso sub imagine lusae error inest, Ov. Her. 17, 45. hanc enim ego omnem scientiam et copiam rerum in tua prudentia sciebam inesse, Cic. dOr. 1, 36, 165. nec si P. Crassus idem fuit eloquens et iuris peritus, ob eam causam inest in facultate dicendi iuris civilis scientia, 1, 50, 216. nihil non horum in rhetorice inesse, Quint. 2, 17, 41. in illo „vidi" inest „ipse", 9, 3, 46; — mit *Dat.*: Valerius Messalinus, cui parens Messala ineratque imago paternae facundiae, Tac. A. 3, 34. vatibus Aoniis faciles estote, puellae: numen inest illis Pieridesque favent, Ov. AA. 3, 547. cui viro divinum quiddam inesse existimabatur, Eutr. 3, 20. nunc mihi mille sonos, quoque est memoratus Achilles, vellem, Maeonide pectus inesse tuum, dum canimus, Ov. F. 2, 119. o Lycida, si quis tibi carminis usus inesset, Calp. 6, 17. illis vis mentis et veritas ipsa morum inest, Quint. 6, 2, 26. illi genti plus inest virium quam ingenii, Nep. Epam. 5, 2. externae superbiae sueto non inerat notitia nostri, Tac. A. 15, 31. grandius ingenio nec tibi nomen inest, Ov. Pont. 3, 3, 104. pluribus persuasio

inerat cet., Tac. H. 5, 13. quis flagitii conscientia inerat, 4, 41. huic parsimonia - inerat, AVict. Caes. 41, 3. at mihi cura non mediocris inest, Hor. Sat. 2, 4, 93. inerat cura insita mortalibus videndi cet., Justin. 42, 39, 3. huic homini non minor vanitas inerat quam audacia, Sall. C. 23, 2. quibus maxuma necessitas et plurumum audaciae inerat, 17, 2. fastus inest pulchris sequiturque superbia formam, Ov. F. 1, 419. cui quamquam virtus, gloria atque alia optanda bonis superabant, tamen inerat contemptus animus et superbia, Sall. J. 64, 1. tanta illi exercitui diversitas inerat licentiae patientiaeque, Tac. H. 4, 27. amicis inesse adulationem, A. 2, 12; Caesari multos Marios inesse, Suet. Caes. 1; — festis gaudet inesse suis (die Vinalia), Ov. F. 4, 899. omina principiis, inquit, inesse solent, 1, 178. quantum animis erroris inest! 2, 789. cuius inest animo patrii candoris imago, Tr. 4, 4, 3. quanta cuiusque animo audacia natura aut moribus inest, tanta in bello patere solet, Sall. C. 58, 2. naturae ars inerit, Quint. 9, 4, 120. tarda solet magnis rebus inesse fides, Ov. Her. 17, 130. multa cura summo inperio inest, multi ingentes labores, Sall. H. 2, 41, 14. adulationi foedum crimen servitutis, malignitati falsa species liberalitatis inest, Tac. H. 1, 1. huc vestras omnes advertite mentes et sinite optatis pondus inesse meis, Ov. Ib. 69. quattuor inde notis locus est, quibus ordine lectis vel mos sacrorum vel fuga regis inest, F. 5, 727. quod acer spiritus ac vis nec verbis nec rebus inest, Hor. Sat. 1, 4, 46. quo plus auctoritatis inesset consiliis, Tac. H. 2, 18. at tu - adloquio profugi credis inesse metum? Ov. Pont. 3, 6, 40. dissimilibus inesse simile, Quint. 5, 11, 30. ablativo ipsi inest naturalis amphibolia, 7, 9, 10. inesse epichiremati apodixin, 5, 10, 7. si numeris ac modis inest quaedam tacita vis in oratione est vehementissima, 9, 4, 13; hoc iniuria genus verecundius inest passis quam ausis, 11, 1, 84; — *absol.*: saepe mihi dubiam traxit sententia mentem, curarent superi terras, an nullus inesset rector, Claud. in Ruf. 1, 1. mixtumque genus prolesque biformis Minotaurus inest, Virg. A. 6, 25. praecipua pedum pernicitas inerat, quae cognomen etiam dedit (Papirio), Liv. 9, 16, 13. quid, quod inest virtus et mens interrita leti (Hippomeni), Ov. M. 10, 616. prorsus multae facetiae multusque lepos inerat (Semproniae), Sall. C. 25, 5. nulla fides inerit (puellae), Tibull. 3, 6, 49. inerat conscientia derisui fuisse nuper falsum e Germania triumphum (Domitiano), Tac. Agr. 39. ut semina quaedam eius facultatis inessent, Quint. 2, 20, 6; — nequaquam istuc istaec ibit (Medea): magna inest certatio, Enn. trag. 304. silentio opus est: nulla inest paratio, Afran. 268. inesse quiddam divini vigoris (oculis), Suet. Aug. 79. amari iucundum est, si curetur, ne quid insit amari, Quint. 9, 3, 70.

insūmo, sumpsi, sumptum, sūmĕre, 1) **aufwenden, anwenden, verwenden**, quibus rationibus vixerit, quid sumptus in eam rem aut laboris insumpserit, Cic. Inv. 2, 38, 113. sic in provincia nos gerimus, quod ad abstinentiam attinet, ut nullus teruncius insumatur in quemquam, Att. 5, 17, 2. lex Fannia lata est, quae ludis Romanis - in singulos dies centenos aeris insumi concessit, Gell. 2, 24, 3; — vix paucis diebus insumptis, Quint. 9, 3, 73. paucos dies insumpsit reficiendae classi, Tac. A. 2, 53. quarta aestas obtinendis quae percurrerat insumpta, Agr. 23; — nulla opera insumpta, Cic. II. Verr. 3, 64, 150. malle frustra operam insumptam, quam quicquam incidisse, cur non satis esset Etruriae unus consularis exercitus, Liv. 10, 18, 4. si defendere delictum quam vertere malles, nullum ultra verbum aut operam insumebat inanem, Hor. AP. 443. nec in auctoribus cognoscendis nec in evolvenda antiquitate nec in notitia vel rerum vel hominum vel temporum satis operae insumitur, Tac. Or. 30. plurimum in consiliis ac iudiciis insumebatur operae, Quint. 3, 4, 5. increpabantque Tiberium, quod in tanto rerum motu libellis accusatorum insumeret operam, Tac. A. 3, 44. quia portui Ephesiorum aperiendo curam insumpserat, A. 16, 23. omnis ergo cura ad speculandum hoc malum insumitur, Plin. 9, 46 (70), 153. carmina et versus, quibus totam vitam Maternus insumere optat, Tac. Or. 9. dignas insumite mentes coeptibus, Stat. Theb. 12, 643; quod superat, non est melius quo insumere possis, Hor. Sat. 2, 2, 102. — 2) **an sich nehmen, - ziehen, Besitz von etw. nehmen**, medium cava nubila montis insumpsēre latus, Stat. Theb. 2, 38.

insumptio, ōnis, *f.*, **der Aufwand**, sportularum, Valent. et Valens Cod. Theod. 6, 24, 3.

insuo, sui, sūtum, suĕre, **einnähen, übtr. einlegen, einfügen**, 1) einen Stoff, ab initio rerum et Milesii oves tonderent et Seres arbores nerent et Tyrii tinguerent et Phryges insuerent et Babylonii intexerent, Tert. de cult. fem. 1, 1. nec prodite graves insuto vestibus auro, Ov. AA. 3, 131. intra capita insuitur pellis mollis, ne noceat collo duritia ferri, Varr. RR. 2, 9, 15. linea per totidem pedes quot destinaveris interordiniorum spatiis, purpura vel quolibet alio conspicuo colore insuitur, Col. 3, 15, 1. terga boum plumbo insuto ferroque rigebant, vom Cästus, Virg. A. 5, 405. — 2) Jmdn. in etw.: insutus in culleum, Cic. SRosc. 11, 30. quoniam Smyrnae duos Mysos insuisses in culeum, I. QFratr. 2, 2, 5. pater tuus plures intra quinquennium culeo insuit, quam omnibus seculis insutos accepimus, Sen. Clem. 1, 23, 1. u. so: culeo, Quint. 7, 8, 6. Suet. Aug. 33. VMax. 1, 1, 13. patrioque tener - insuitur femori, Ov. M. 3, 311. Atarnites insutus pelle iuvenci, Ib. 317.

insŭper, I) *Adv.*, **oben darauf**, 1) eig., im Raume, a) im Allg.: cum omnia obtinentibus aquis nihil, ubi in sicco fessa sternerent corpora, inveniri posset, cumulatis in aquas sarcinis insuper incumbebant, Liv. 22, 2, 8. molemque et montes ins. altos imposuit, Virg. A. 1, 61. fama est Enceladi semustum fulmine corpus urgeri mole hac ingentemque ins. Aetnam impositam ruptis flammam expirare caminis, 3, 578. Romani ponte Ticinum iungunt tutandique pontis causa castellum ins. inponunt, Liv. 21,

45, 1. ferrum ins. iactato, Cato RR. 160. eamque contabulationem summam lateribus lutoque constraverunt, ne quid ignis hostium nocere posset, centonesque ins. iniecerunt, ne aut tela tormentis immissa tabulationem perfringerent aut cet., Caes. BC. 2, 9, 3. so ins. iniicere, Liv. 44, 5, 4. Tac. G. 12. haec utraque ins. bipedalibus trabibus immissis, binis utrimque fibulis ab extrema parte distinebantur, Caes. BG. 4, 17, 6. his (trabibus) collocatis et coagmentatis alius ins. ordo additur, 7, 23, 3. ita erit, ut possit ins. aedificari, Vitr. 5, 12, 6. eum (locum) muniunt undique parietes atque ins. camera lapideis fornicibus vincta, Sall. C. 55, 4. lapidem fuisse quadratum circiter in media arca evinctum candelis quoquoversus: in eo lapide ins. libros insitos fuisse, propterea arbitrarier non computuisse, Hemina b. Plin. 13, 13 (27), 86. concidit et sonitum simul ins. arma dederunt, Enn. A. 396. — b) insbes. von oben her, oben, ausus Romanae Graia de puppe carinae iniectare manum: sed eam gravis ins. ictus inputat, Lucan. 3, 610. ubi in angustiorem viam et parte altera subiectam iugo ins. imminenti ventum est, Liv. 21, 34, 6. operito pruna ins. et circum operito, Cato RR. 76, 4. solent et subterraneos specus aperire eosque multo ins. fimo onerant, suffugium hiemi et receptaculum frugibus, Tac. G. 16. — 2) übtr., obendrein, noch überdies, ponendisque ins. castellis spatium fuit, Tac. Agr. 22. hoc ubi confusum sectis inferbuit herbis Corycioque croco sparsum stetit, insuper addes pressa Venafranae quod baca remisit olivae, Hor. Sat. 2, 4, 68. u. vgl. Ov. M. 7, 273. utut illuc acceptum est prius quod perdidi: hoc addam insuper, Plaut. Truc. 5, 1, 2. redactaque paulatim in formam provinciae proxima pars Britanniae: addita ins. veteranorum colonia, Tac. Agr. 14. ne postmodum privato sibi eadem illa cum bonorum amissione additaque alia ins. ignominia acciderent, Liv. 2, 2, 10. addit terrorem ins. alium fortuna, 3, 38, 4. hi tamen orantem perstant prohibere minasque, nil procul abscedat, conviciaque ins. addunt, Ov. M. 11, 361. triumphalia ornamenta et inlustris statuae honorem – decerni in senatu iubet addique ins. opinionem, Suriam provinciam Agricolae destinari, Tac. Agr. 40. roseoque haec ins. addidit ore, Virg. A. 2, 593. verbis haec ins. addit, 11, 107. u. vgl. 12, 358. crescit hyperbole alia ins. addita, Quint. 8, 6, 70. nova ins. mihi diligentiae causa accessit, 4. pr. 1. utque recenserem captivos ordine pisces ins. exposui, quos aut in retia casus, aut sua credulitas in aduncos egerat hamos, Ov. M. 13, 932. fama vero hostilium copiarum perterritos non negando minuendove, sed ins. amplificando ementiendoque confirmabat, Suet. Caes. 66. ut deplorato Italiae statu, quasi iterum in formam provinciae redigeretur, M. ins. Brutum, cuius statua in conspectu erat, invocaret cet., Rhet. 6. u. vgl. Claud. 43. territis omnibus qui circa erant foedo omine incipiendae rei ins. nuntiatur cet., Liv. 22, 3, 12. cum ex eo pavor ac trepidatio urbem pervasisset, alius ins. tumultus ex arce auditur, Liv. 21, 14, 2. haec sua sponte agitata ins. tribuni plebis accendunt, 4, 58, 11. u. vgl. 42, 25, 2. et Siciliam nimis celeri desperatione rerum concessam et Sardiniam inter motum Africae fraude Romanorum stipendio etiam ins. inposito interceptam, 21, 1, 5. signa militaria, quae M. Crasso et M. Antonio ademerant, reposcenti reddiderunt obsidesque ins. optulerunt, Suet. Aug. 21. in patricias cooptata (gens Claudia) agrum ins. trans Anienem clientibus locumque sibi ad sepulturam sub Capitolio publice accepit, Tib. 1. inter varia munuscula togas ins. ac pallia distribuit, Aug. 98. si culpa in nobis est, auferte imperium indignis et si id parum est, ins. poenas expetite, Liv. 3, 67, 4. non modo id non fecit, set etiam ins. ipse grandi sponsione victus est, AHer. 4, 23, 33. expulsis ins. (außer der Verbrennung der Schriften der berühmtesten Männer) sapientiae professoribus atque omni bona arte in exilium acta, Tac. Agr. 2. fortissimus quisque ferreum ins. anulum - velut vinculum gestat, donec se caede hostis absolvat, G. 31. mox cum Claudio principe duos ins. ordinarios consulatus censuramque gessit, Suet. Vit. 2. u. vgl. Caes. 76. Claud. 6. etiam ins. defrudet? Ter. Ad. 2, 2, 38. Py. hocine tam audax facinus facere esse ausum! Ph. perii: hoc quid sit vereor. Py. quin etiam ins. scelus cet., Eun. 4, 3, 2. scilicet haud satis est quod te spectante revincta est et nullam quod opem patruus sponsusque tulisti: insuper, a quoquam quod sit servata, dolebis praemiaque eripies? Ov. M. 5, 22. u. vgl. Quint. 6. pr. 3. Tac. A. 4, 60. Apul. M. 3, 7; — haec pacta: illa ins. quam quae pacta erant facinorosa Campani ediderunt, Liv. 23, 7, 3; — eam constantiam confidentiamque non ins. habendam intellegit, für überflüssig halten, mißachten, Gell. 1, 19, 8. u. vgl. Apul. M. 4, 25. u. mit Inf.: haec ego, inquit, cum philosophiae me dedissem, non ins. tamen habui discere, Gell. 4, 1, 18.

II) *Praepos.* oben auf -, vor dem *Accus.*: insuper arbores stipitesque trabem planam imponito, Cato RR. 18, 5. ins. eam exaequationem, Vitr. 5, 12, 4. collocentur autem ins. basim tigna duo, 10, 14 (20), 2. tum ins. cannas ponere et in sole pandere uvas et noctibus tegere, ne irrorentur, Col. 12, 39, 1; — vor dem *Abl.*: atque aliis aliae nubes nimbique rigantes ins. atque omni vulgo de parte feruntur, Lucr. 6, 521. ubi per magnos montes cumulata videbis ins. esse aliis alia, 6, 191. praeterea bis sex genitor lectissima matrum corpora captivosque dabit suaque omnibus arma, ins. his campi quod rex habet ipse Latinus, Virg. A. 9, 272. quo ins. collocata erat alternis materies, Vitr. 10, 15 (21), 4. quibus ins. transtra cet., 5, 1, 9.

insŭpĕrābĭlis, e, **unübersteigbar**, übtr. **unüberwindlich**, **unbesiegbar**, eig.: constabat non tam bello motos quam longinquitate viae insuperabilique Alpium transitu, Liv. 21, 23, 4. eo vero via insuperabilis fuit, 21, 36, 5; — übtr.: caput insuperabile rerum aut ruet in vestris aut stabit Roma lacertis, Claud. BGild. 459. iam timor ille Phrygum, decus et tutela Pelasgi nominis, Aeacides, caput insuperabile bello, ar-

serat, Ov. M. 12, 612. en labor, en odiis caput ins. nostris! VFlacc. 3, 510; — tum galeam et patriae telum insuperabile dextrae addidit, 3, 12. cadentes insuperabili contumacia barbari, Amm. 17, 13, 10. nuper me paucosque mecum quos maxime diligit advocavit rogavitque, ut medicos consuleremus de summa veletudinis, ut, si esset insuperabilis, sponte exiret e vita, Plin. Ep. 1, 22, 8. post emensos insuperabilis expeditionis eventus, Amm. 14, 1, 1; — sola insuperabile fatum, nata, movere paras? Ov. M. 15, 807. quando sic ratio et insuperabilis quaedam necessitas fati constituitur, Gell. 13, 1, 2. — *Adv.*: dei potestas **insuperabiliter** per cuncta porrigitur, Augustin. Civ. d. 5, 8.

insŭpĕrātus, a, um, unüberwunden, unüberwindlich, tolerantia rerum spernebat cunctas insuperata minas, Corn. Gall. 1, 33.

insurgo, ĕre, sich aufrichten, sich emporrichten, aufstehen, sich erheben, 1) v. Leb., a) eig.: si forte prolapsus est (in luco), attolli et insurgere haud licitum: per humum evolvuntur, Tac. G. 39. u. vgl. Apul. M. 1, 4; — hortaturque sequi brevibusque insurgere pinnis, VFlacc. 7, 377. remis insurgimus, Virg. A. 3, 207. u. remis insurgite, 3, 560. 5, 189. u. remis insurgitur, VFlacc. 2, 13. insurgit, 1, 450; — bellatrix tum gleba quati pariterque creari armarique phalanx totisque insurgere campis, 7, 612. ostendit dextram insurgens Entellus et alte se extulit, Virg. A. 5, 443. ferit (virum) insurgens humero qua brachia lenti adnectunt nervi, Sil. 4, 208. ille manu raptum trepida torquebat in hostem altior insurgens et cursu concitus heros, Virg. A. 12, 901. u. so Sil. 5, 294. tortae nunc eminus hastae altius insurgit, nunc saevit comminus ense, 15, 373. et ferit alte insurgens gladio cristatae cassidis aera, 1, 400. paulatim insurgere fesso integer et summos manibus deducere caestus, VFlacc. 4, 274; sibilat ore arduos insurgens (serpens), Virg. A. 11, 754. u. so: sibilat insurgens capiti, Sil. 2, 546; — mit *Acc.*: simul iugi quod insurgimus aspritudinem fabularum lepida iucunditas levigabit, ersteigen, Apul. M. 1, 2. u. so vgl. MCap. 7, 755. — b) übtr.: coeperat ardens hic iterum alternis Mavors insurgere dictis, VFlacc. 5, 672. invigilare publicis utilitatibus et insurgere, der Thätigkeit nach, Plin. Pan. 66, 2. ubi militem donis, populum annona, cunctos dulcedine otii pellexit, insurgere paulatim, munia senatus magistratuum legum in se trahere, der Macht nach, Tac. A. 1, 2. intonat alto (Juppiter) insurgens caelo genitor curamque fatetur, VFlacc. 4, 415. feroci gnatus insurgens minax vultu, Sen. Hipp. 1065. credensque suis insurgere regnis, Ov. M. 9, 445. saevior in miseros fatis ultricis ademptae Delius insurgit, Stat. Theb. 1, 627; — rhetorisch: Horatius - et insurgit aliquando et plenus est iucunditatis et gratiae, Quint. 10, 1, 96. quid denique Demosthenes? non insurgit locis? 12, 10, 23. magis insurgebat, si verteretur: nam plus est saxa quam bestias commoveri, vgl. 9, 4, 44. — 2) v. Lebl., a) eig.: pone tergum insurgebat silva, Tac. A. 2, 16. stabat acuta silex, praecisis undique saxis speluncae dorso insurgens, altissima visu, Virg. A. 8, 233. pone tergum deae saxum insurgit, Apul. M. 2, 4. crista nitenti insurgens cono, Sil. 16, 554. hostile valido robore insurgit latus septemque venas tendit, Sen. Oed. 363. ut locis molestioribus quatuor pedibus a terra, placidioribus vero septem summitas eius insurgat, Pallad. 1, 6, 10; — tenebras insurgere campis, Virg. A. 9, 34. insurgat aquilo quantus altis montibus frangit trementes ilices, Hor. Epod. 10, 7. usque eo solitus insurgere (fluvius), ut se ipse non capiat, Mel. 2, 5, 6. vastius insurgens decimae ruit impetus undae, Ov. M. 11, 530. — b) übtr.: tempore, quo primum fremitus insurgere operlos coelicolûm et regni sensit novitate tumentes, VFlacc. 2, 82. Poena insurgit vis saeva virorum, Sil. 6, 338. nec dicto segnius ille bella capessebat propiorque insurgere Mavors coeperat et campo iunctus iam stabat uterque, 5, 608. testificantur adimi veterem Germaniae libertatem et Romanos opes insurgere, Tac. A. 11, 16; — rhetor.: imbecilla vox inhibet multa, ut insurgere et exclamare, Quint. 11, 3, 13. haec (figura) crescere solet verbis omnibus altius atque altius insurgentibus, 8, 4, 27. quae (syllabae) ex brevibus ad longas insurgunt, 9, 4, 92. omnibus pedibus insurgunt (iambi), 9, 4, 136. verbis, ut saepius pressa est, ita interim insurgit (narratio), 9, 4, 134. augeri debent sententiae et insurgere, 9, 4, 23. quibus mens pariter atque oratio insurgat, 12, 2, 28.

insusceptus, a, um, nicht auf sich genommen, vota ins. reliquit, Auct. Cons. ad Liv. 197.

insuspecte, *Adv.*, unverdächtig, Boëth. Arist. top. 8, 1.

insuspĭcābĭlis, e, unverdächtig, Vulg. Sirac. 11, 5. 25, 9.

insustentābĭlis, e, unerträglich, ins. dominatione vexabit orbem, Lact. Inst. div. 7, 16. ins. dolore usque ad rabiem mentis elatus est, Mort. pers. 49.

insŭsurrātio, ōnis, *f.*, die Einflüsterung, cum suos mores semper teneret neque alicuius insusurratione mutaretur, Capitol. Ant. phil. 19.

insŭsurro, (avi), ātum, āre, einflüstern, zuflüstern, 1) *intr.*: sint aures tuae, quae id, quod audiunt, existimentur audire, non in quas ficte et simulate quaestus causa insusurretur, Cic. I. QFratr. 1, 4, 13. eum vident sedere ad latus praetoris et ad aurem familiariter, ut solitus erat, insusurrare, II. Verr. 5, 41, 107. leviculus sane noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculae, ut mos in Graecia est, insusurrantisque alteri: hic est ille Demosthenes, Tusc. 5, 36, 103. cum Capitolino Iove secreto fabulabatur, modo insusurrans ac praebens invicem aurem, modo clarius, Suet. Cal. 22. — 2) *trans.*: turpissima vota dis insusurrant, Sen. Ep. 1, 10, 5. ita tamen his novis amicitiis implicati sumus, ut crebro mihi vafer ille Siculus insusurret cantilenam illam suam, Cic. Att. 1, 19, 8. quamvis non deessent, qui aliqua adversum eum insusurrarent, Capitol. Anton. ph. 6. idem tamen facile de amicis quidquid insusurrabatur audivit, Spart. Hadr.

15. quam multi hesterna crapula semisomnes et graves - vix adlevatis labris insusurratum millies nomen oscitatione superbissima reddent? Sen. Brev. vit. 14, 4. auch: quoniam non solum nauta significat, sed etiam Favonius ipse insusurrat navigandi nobis, Luculle, tempus esse, Cic. Acad. 2, 48, 147.

intābesco, tābui, tābescĕre, **hinschwinden, einschwinden, verschwinden, schmelzen, vergehen**, sed videt ingratos intabescitque videndo successus hominum (Invidia), Ov. M. 2, 780. virtutem videant intabescantque relictā, Pers. 3, 38; quid igitur iuvat dolori intabescere, quem, si quis defuncti sensus est, finiri frater tuus cupit? Sen. Cons. ad Polyb. 5, 2. nec oratorem macerat et coquit aegre verba vertentem et perpendendis coagmentandisque eis intabescentem, Quint. 12, 10, 77; — novella vero dum adolescit, nisi omnia iusta perceperit, ad ultimam redigitur maciem et sic intabescit, ut nullis deinceps impensis recreari possit, Col. 4, 3, 5. sed ut intabescere flavae igne levi cerae matutinaeque pruinae sole tepente solent, sic cet., Ov. M. 3, 487. corpus mortale per auras dilapsum tenues, ceu latā plumbea fundā missa solet medio glans intabescere caelo, 14, 824. interminato cum semel fixae cibo intabuissent pupulae, Hor. Ep. 5, 39.

intactĭlis, e, **unberührbar**, sin intactile erit, Ggstz.: cui si tactus erit, Lucr. 1, 437.

intactus, a, um, 1) **unberührt, unangerührt, ungebraucht, unbenutzt, unversucht, noch nicht berührt u. s. w., ohne berührt od. angerührt u. s. w. (worden) zu sein, neu, frisch**, eig. u. übtr., a) im Allg., *absol.*: sicut inane est, quod manet intactum neque ab ictu fungitur hilum, Lucr. 5, 357. u. vgl. 6, 1059. intactas levis ipse superfugit undas, VFlacc. 3, 554. illa vel intactae segetis per summa volaret, Virg. A. 7, 808; quattuor continuis aetatibus intactum saltum fuisse constabat, unbetreten, Curt. 8, 2 (1), 13. saltusque sequamur intactos, Virg. G. 3, 40. cum super veterem nivem intactam nova modicae altitudinis esset, molli nec praealtae facile pedes ingredientium insistebant, Liv. 21, 36, 5; quattuor eximios praestanti corpore tauros - delige et intacta totidem cervice iuvencas, vom Joche unberührt, Virg. G. 4, 540. de grege intacto septem mactare iuvencos, A. 6, 38. tu moraris aureos currus et intactas boves? Hor. Epod. 9, 21; neque illic aut apotheca procis intacta est aut pecus, unberührt, unbenutzt, Hor. Sat. 2, 5, 6. ut primas Cereri dare cultor aristas possit intacto Bromium perfundere vino, Calp. 4, 122. inde parato intactoque omnes et stricto pane tacetis, Juv. 5, 168. vestibus intactis Tarpeias itur in arces, Ov. F. 1, 79. illa est tunicula adhuc, ut apparet, intactis aureis plena, Petr. 13, 3. intactis opulentior thesauris Arabum et divitis Indiae caementis licet occupes terrenum omne tuis et mare publicum, Hor. Od. 3, 24, 1 sqq. ausi sunt nihilo minus sacrilegas admovere manus intactis illis thesauris, Liv. 29, 18, 8. intactum honorem - reliquit, ohne angetreten zu haben, Plin. Ep. 8, 23, 8. eo modo - ex Metelli voluntate bellum intactum trahi, ohne begonnen zu haben, Sall. J. 83, 3; cum fregit subsellia versu esurit, intactam Paridi nisi vendit Agaven, noch nicht aufgeführt, Juv. 7, 86. rudis et Graecis intacti carminis auctor, Hor. Sat. 1, 10, 66. nova intactaque ratione, Plin. 34, 8 (19), 65. nec hic quidem locus intactus est omittendus, Quint. 14, 10, 49; — näher bestimmt durch den *Ablat.*: ipsa quoque immunis rastroque intacta nec ullis saucia vomeribus per se dabat omnia tellus, Ov. M. 1, 101. invenerunt quid quaeque radix polleret, ad quos usus herbarum fila pertinerent, etiam quadripedum pabulo intacta ad salutis usus vertentes, Plin. 25, 1 (1), 3. caput intactum buxo naresque pilosas adnotet et grandes miretur Laelius alas, Juv. 14, 194. cum ingenui et viri et equites Romani senatoresque intacti tormentis carissima suorum quisque pignorum proderent, Tac. A. 15, 57. alterum intactum ferro corpus et geminata victoria ferocem in certamen tertium dabat, alter cet., Liv. 1, 25, 11. plena tibi castra atque intactus vulnere miles creditur, Sil. 7, 399. vicina operi belloque intacta priore inter nudatos stabat densissima montes (silva), Lucan. 3, 428. tantam vastitatem in Sabino agro reddidit, ut conparati ad eam prope intacti bello fines Romani viderentur, Liv. 3, 26, 2. ardet in excelso proceri vertice montis arx intacta prius bellis, Sil. 2, 660. illi subegerant regnum Ariobarzanis bello intactum, Sall. H. 4, 61, 15. intactum vastationibus regnum, Tac. A. 15, 27. omnibus ante bellis intactae (provinciae), Amm. 18, 6, 3. — b) insbes. **unberührt, rein, keusch**, intactae Palladis urbem carmine perpetuo celebrare, Hor. Od. 1, 7, 5. intactam Crotalen puer Astacus et puer Idas - dilexēre diu, Calp. 2, 1. tu rapere intactas docuisti impune Sabinas, Prop. 2, 6, 21. virgo dum intacta manet, Catull. 62, 45. 56. dimisit intactam adhuc et virginem, Suet. Aug. 62. vgl. Sen. Hipp. 668. cui pater intactam dederat, Virg. A. 1, 345. reddidit intactam, Ov. Her. 17, 31. cur ego desperem fieri sine coniuge mater et parere intacto, dummodo casta, viro? F. 5, 241. non tam intactus Alcibiades in praeceptoris sui lecto iacuit, Petr. 128, 7.

2) **ungetroffen, unverwundet, unverletzt, unversehrt, unangetastet, unangefochten, unangegriffen, unergriffen, unangesteckt, noch nicht verwundet u. s. w., ohne verwundet, verletzt u. s. w. (worden) zu sein** (synon. integer), meist militär.: hinc victor Martius lupus, integer et intactus, gentis nos Martiae et conditoris nostri admonuit, Liv. 10, 27, 9. integri intactique fugerunt, 5, 38, 6. eorum plerique inermes cadunt, multi capiuntur, nemo omnium intactus profugit, Sall. J. 54, 10. u. so vgl. 67, 3. forte inter promptissimos dimicans intactus evaserat, Curt. 9, 33 (8), 21. integer, oro, intactusque abeas, Sil. 10, 63. reliquum agmen pecudum more intactum agebatur, Curt. 5, 37 (13), 19. magno cum optaverit emptum intactum Pallanta, Virg. A. 10, 503. nunc iure belli liberum te intactum inviolatumque hinc dimitto, Liv. 2, 12, 14. sin et opes nobis et adhuc intacta iuventus, Virg. A. 11, 420.

cum intacto milite - novas res nullo renitente facile moliturum, Amm. 25, 7, 10. ne ab altero exercitu integro intactoque fessi opprimerentur, Liv. 10, 14, 20. si iisdem transisset intactis, Amm. 17, 2, 2. intactis viribus iugum excipere, Curt. 9, 28 (7), 13. Mutinae cum obsiderentur et gens ad oppugnandarum urbium artes rudis - segnis intactis adsideret muris, Liv. 21, 25, 6. intactus Britannus ut descenderet sacra catenatus via, Hor. Epod. 7, 7; — Bactra et intactae regionis opulenta, Curt. 5, 27 (9), 16. tramitibus deviis petivēre Pamphyliam, diu quidem intactam, sed cet., Amm. 14, 2, 8. ultima regni sui adhuc intacta esse, Curt. 5, 1 (1), 5. huius agros in populatione ceterorum intactos hostes reliquerant, Justin. 3, 7, 8. cuncta satorum et tectorum, quae visebantur intacta, cohortium manu vorax flamma vastabat, Amm. 27, 10, 7. quum intactum sineret pontem, Curt. 4, 61 (16), 9. arx erat oppidi intacta, 9, 14 (4), 8. urbem reliquit intactam, 5, 11 (3), 15. Bactra intacta sunt, 5, 26 (9), 5. id (tabernaculum) solum intactum omiserunt milites, 3, 28 (11), 23; — in anb. Beziehungen: quid referam, ut volitet crebras intacta per urbes alba Palaestino sancta columba Syro -? Tibull. 1, 7, 17. intactae fueratis aves, solacia ruris, Ov. F. 1, 441; altera papilla intacta servatur, qua muliebris sexus liberos alant, Curt. 6, 19 (5), 28. Polycratis gemma quae demonstratur intacta inlibataque est, Plin. 37, 1 (4), 8. in eadem septentrionali plaga Hercyniae silvae roborum vastitas intacta aevis, 16, 2 (2), 6. dolabris pretiosae artis vasa caedebant. nihil neque intactum erat, neque integrum ferebatur, Curt. 5, 20 (6), 5. quae ut intacta ex urbibus hostium raperent, saepe flammas restrinxerant, 6, 21 (6), 16. quid intactum nefasti liquimus? Hor. Od. 1, 35, 35. mens intacta manet, Sil. 1, 179. ut - cum potestate rediret intacta, Amm. 15, 5, 21. vidit quippe pii iuvenis novamque quietem intactamque fidem, Stat. Silv. 5, 1, 76; — doluēre cruento dente lacessiti, fuit intactis quoque cura condicione super communi, Hor. Ep. 2, 1, 150. u. so vgl. Sat. 2, 1, 23; — mit *Ablat.*: nullum erat genus hominum in castris intactum cupiditate pugnae, Liv. 10, 40, 3. si hominem videris interritum periculis, intactum cupiditatibus, Sen. Ep. 4, 12, 4 (41). quam deinde in edendo liberalitatem, quam iustitiam exhibuit omni adfectione aut intactus aut maior! Plin. Pan. 33, 2. intacta invidiā media sunt: ad summa fere tendit, Liv. 45, 35, 5. tum optimates, senatus atque equestris ordinis pars melior et maior et intacta perniciosis consiliis plebs irruere in Gracchum, Vell. 2, 3, 2. haut ferme ulla civitas intacta seminibus eius motus fuit, Tac. A. 3, 41. nec erat intactus ea superstitione, H. 2, 78. u. so Curt. 4, 26 (6), 12. vir haud intacti religione animi, Liv. 5, 15, 6. ni - intactamque novo servasset crimine Romam, Claud. in Eutr. 2, 126. intactum vitio servare rigorem, Prob. et Ol. cons. 40. adque utinam ritus veteres et publica saltem his intacta malis agerentur sacra! Juv. 6, 335; — quorum auxilio intactae *ab* aliis gentibus in regnum revertuntur (Amazones), Justin. 2, 4, 30. iacentis inde corpus ab omni alia vexatione intactum uno torque spoliavit, Liv. 7, 10, 11. ipsi perpetuo ab alieno imperio aut intacti aut invicti mansēre, Justin. 2, 3, 1. intactus a sibilo pervenerat Hortensius ad senectutem, Cael. b. Cic. Fam. 8, 2, 1; — mit *Dat.*: intactumque secundae fortunae ingenium vitia adlatrantia quassant, Sil. 11, 425.

intāmĭnātus, a, um, **unbefleckt**, virtus repulsae nescia sordidae intaminatis fulget honoribus, Hor. Od. 3, 2, 17. serva deo rem suam intaminatam, Tert. Cor. mil. 15.

intardo, (āvi), ātum, āre, 1) **sich aufhalten, verweilen**, magis intardans atque perseverans perspicitur (phreniticorum passio), CAurel. Acut. 1, 4, 43. — 2) **aufhalten, verzögern**, sic enim intardata corporibus emoveri, Chron. 2, 3, 70.

1. **intectus**, a, um (negat. in u. tego), **unbedeckt, unbekleidet**, a) eig.: ceterique per urbem et urbi vicina conquisiti producuntur prope intecto corpore, Tac. H. 4, 46. u. so 4, 77. corpora nudantes intecta, Amm. 15, 4, 11. centurias et manipulos capite intecto conlustrans, 17, 10, 10. pedibus intectis et pari cum Graecis amictu, Tac. A. 2, 59. dux semisomnus ac prope intectus errore hostium servatur, H. 5, 22. u. so v. Pers., G. 17. AVict. Caes. 21, 3. — b) übtr., **offen, aufrichtig**, adeo ut obscurum adversum alios sibi incautum intectumque efficeret, Tac. A. 4, 1.

2. **intectus**, a, um, *Ptcp.*, s. intego.

intĕgellus, a, um (*Demin.* v. integer), **unangetastet, unverletzt, ungeschädigt**, si quicquam animo tuo cupisti, quod castum expeteres et integellum, Catull. 15, 3. sed tam suavissimum συμβιωτὴν nostrum praestabo integellum nec committam, ut, si ego eum condemnaro, tu restituas, Cic. Fam. 9, 10, 2.

intĕger, tĕgra, tĕgrum, **unversehrt**, I) **quantitativ, unverkürzt, vollständig, voll, ganz**, übtr. **voll, vollständig, vollgiltig**, habent integrum numerum ex arcanis historiae in meas litteras datum, Treb. Poll. trig. tyr. 31. peditum non integra XXX millia, Eutr. 6, 20. quasdam - legiones integras exauctoravit, 8, 23. integris turmis Rhenum perrumpere, Tac. H. 4, 12. hoc tempore amisso annus est integer vobis exspectandus, Cic. Prov. cons. 8, 17; integrum et plenum adorta est thesaurum, Plaut. Truc. 4, 2, 13. de integro patrimonio meo memordi centum nummum milia, Laber. 49. quod integris patrimoniis exulabant, Suet. Caes. 42. cuius (patris) ex parte tertia heres, ne hanc quidem integram cepit, correptis per coheredem Gaium universis bonis, Suet. Ner. 6. magnis primum et integris opibus, post ademptis, Tac. A. 15, 71. puer hunc ego parvus integris opibus novi non latius usum quam nunc accisis, Hor. Sat. 2, 2, 112. quum integram praedam sine sanguine habere posset, Cic. SRosc. 50, 146. u. so: praeda, Eutr. 9, 21; — curat (fulmen), utei vasis integris vina repente diffugiant, Lucr. 6, 231. quod (telorum genus) perrupta cute inte-

grum intus insedit, Cels. 7, 5, 4. altius abit (sol) sinitque integrum (fontem) et, ut est plenissimus, surgere, Mel. 1, 9, 5. u. vgl.: iuvat integros accedere fontes atque haurire, Lucr. 1, 927. integer se agit Rhodanus per medium lacum (Lemannum), Mel. 2, 5, 5. inpositum est non comparentis in usum partis ebur factoque Pelops fuit integer illo, Ov. M. 6, 410. posteriore corporis parte in simiae speciem transfigurato ac tantum capite integro, Suet. Ner. 46. sic anima atque animus quamvis integra recens in corpus eunt, tamen in manando dissoluuntur, Lucr. 3, 705. a! te meae si partem animae rapit maturior vis quid moror altera, nec carus aeque nec superstes integer? ille dies utramque ducit ruinam, Hor. Od. 2, 17, 6; — integram famem ad ovum adfero, Cic. Fam. 9, 20, 1. nec integram fidem attulerant, Tac. H. 3, 41. si integra sit ei fides, Quint. 5, 7, 2. ne fidem quidem integram manere, Tac. A. 11, 6. u. so 6, 30. H. 1, 71. ita aequante fortuna suspensa omnia utrisque erant integra spe, integro metu, Liv. 26, 37, 9. si non servasset integram simulationem, periclitabatur totam paene tragoediam evertere, Petron. 140, 6. sibi tamen adversus eum integras parentis sui offensiones neque reditu Silani dissoluta quae Augustus voluisset, Tac. A. 3, 24. consulta sese omnia cum illo integra habere, Sall. J. 108, 2. cuius integra auctoritas maioribus remediis servabatur, Tac. H. 1, 29; — eum Plautus locum reliquit integrum, Ter. Ad. prol. 10. iunguntur autem aut ex duobus Latinis integris, ut superfui -, aut ex integro et corrupto ut malevolus, Quint. 1, 5, 68. alia integro verbo significatio est, alia diviso, 7, 9, 4. quia pro nomine integro positum sit deminutum, 1, 5, 46. merito laudatur brevitas integra, 8, 3, 82. cum hi pressi et integri, contra inflati illi et inanes haberentur, 12, 10, 16; — im *superl.*: sin ad societatem integerrimorum et maximorum periculorum accedam, [at] consilia mea aequis iudicibus ab obtrectatione invidorum defendenda commendo, Planc. b. Cic. Fam. 10, 8, 7. — *Adv.*: paullo postea, cum provenisset segetum copia, **integre** sine ulla restituit mora, Amm. 28, 1, 17. u. vgl.: haec est prima incorporea natura post corpora, sed non pure nec *ad integrum* carens corpore, Macrob. Somn. Scip. 1, 5, 6.

II) qualitativ, 1) physisch, **unverwundet, unversehrt, unbeschädigt, unverstümmelt, ungeschwächt, ungeschmälert, geschont, blühend, frisch**, a) im Allgem., eig. u. übtr., zunächst in militär. Beziehung (vgl. intactus, 2), pauci integri, magna pars volneribus confecti abeunt, Sall. J. 60, 7. vulnerati cum integris, periti nandi cum ignaris in mutuam perniciem inplicabantur, Tac. H. 5, 15. u. so Agr. 38. Liv. 1, 25, 6 sq. Arminius integer, Inguiomerus post grave vulnus pugnam deseruere, A. 1, 68. integros pro sauciis accersere, Sall. C. 60, 4. sauciisque ac defatigatis integros recensioribusque viribus equites subministrare, Auct. BAfr. 78, 6. integri cum sauciis, semineces cum exspirantibus volvuntur, Tac. H. 3, 28. plures aliqua membrorum parte mulcati ab integris deserti sunt, Curt. 8, 41 (11), 23. plerique semineces aut integri festinatione victoriae relinquebantur, Tac. Agr. 36. eques pedesque confusi sine duce, armatis inermes, integris debiles implicabantur, Curt. 7, 61 (16), 11. paulatim insurgere fesso integer, VFlacc. 4, 274. accedebat huc, ut - alios alii deinceps exciperent integrique et recentes defatigatis succederent, Caes. BG. 5, 16, 4. cum recentes atque integri defessis successissent, BC. 3, 94, 2. u. vgl. BG. 7, 41, 2. quo quidem (bello) Romani victis afflictisque ipsi exarmati, quam integris universis civitatem dare maluerunt, Vell. 2, 17, 1. suos cohortatus, quos integros superavissent, ut victos contemnerent, Caes. BC. 2, 5, 2. partim fugientes ab equitatu interficiuntur, partim integri procumbunt, 2, 42, 2. nec quicquam urbi detractum, quo promptius obsequium integri retinerent, Tac. A. 14, 24; — integer, oro, intactusque abeas, Sil. 10, 63. consurgunt deinde ipsi integri, recentes, instructi: in hostes inordinatos, effusos, labore etiam et vulneribus fessos impetum faciunt, Liv. 35, 29, 5. quos ego florentes atque integros sine ferro viceram, Cic. Planc. 35, 86. nos integri et indomiti et libertatem non in paenitentiam laturi, Tac. Agr. 31. per gentes integras immunesque adhuc clade belli et eo feroces ac truces tendens ad Tiberium imperatorem, Vell. 2, 115, 2. primo Cutinam ingenti ardore militum aut vulnerum ira, quod haud fere quisquam integer proelio excesserat, scalis cepit, deinde Cingiliam, Liv. 8, 29, 13; — salute nostra atque urbe capta per dolum exercitum omnem redduco domum, Plaut. Bacch. 4, 9, 147. u. vgl. Pers. 3, 1, 3. exercitus integer mansit, Eutr. 3, 14. residuis integrisque etiam nunc (copiis), quas secum - detinuerat, Suet. Oth. 9. donec Carenem profligatis obversis longius evectum integer a tergo globus circumveniret, Tac. A. 12, 14. equitatus cum rege fuit integer, Eutr. 4, 7. equitatum habet magnum: nam omnis ex proelio integer discessit, Cic. Fam. 10, 34, 1. integrum equitem equosque per ora et alveos fluminum media in Germania fore, Tac. A. 2, 5. peditum si quis integer, 15, 11. integrum militem et crebris ac prosperis laboribus exercitum in Armeniam ducit, 15, 26. merses profundo, pulchrior evenit; luctere, multa proruit integrum cum laude victorem geritque proelia coniugibus loquenda, Hor. Od. 4, 4, 66. integer est melior nitidis gladiator in armis, quam cui tela suo sanguine tincta rubent, Ov. Tr. 4, 6, 33. meministi - dixisse te, multos integros iuvenes in domo tuae matris abscondi, Curt. 7, 5 (1), 37. quod (bellum) - suscipiant integrae gentes, Cic. Pomp. 9, 26. plerique abiectis armis collis aut noctis, quae iam aderat, auxilio integri abeunt, Sall. J. 53, 3. integros quoque, antequam discrimen experirentur, in fugam avertit, Curt. 5, 16 (4), 28. hac poena caruit ceciditque Cethegus integer et iacuit Catilina cadavere toto, Juv. 10, 287; — superioris anni munitiones integrae manebant, Caes. BG. 6, 32, 5. Isdem sublicis, quarum pars inferior integra manebat, pontem reficere coepit, 7, 35, 5. loca trans flumen in-

tegra, BC. 1, 49, 2. expeditas cohortes in agrum integrae regionis ducit, Liv. 34, 19, 9. quasi novam integramque provinciam Scipio ille mox Africanus invasit, Flor. 1, 33 (2, 17), 7. Tigranis regno integro, Sall. H. 4, 61, 16. is propere vectus non tamen integras res invenit adversa interim legionis pugna, Tac. A. 12, 40. malle integris rebus et conditionibus finire bellum, Vell. 2, 50, 1. hostes diuturnitate pugnae defessi proelio excedebant, alii integris viribus succedebant, Caes. BG. 3, 4, 3. u. vgl. 3, 19, 4. Tac. H. 2, 30. 3, 2; — in anderen Beziehungen: dolabris pretiosae artis vasa caedebant: nihil neque intactum erat, neque integrum ferebatur, Curt. 5, 20 (6), 5. non tibi sunt integra lintea, Hor. Od. 1, 14, 9. tuus tam raro proelia passus integer est clipeus, Ov. M. 13, 117. qui quidem Romuli lituus - quum situs esset in curia Saliorum, quae est in Palatio eaque deflagrasset, inventus est integer, Cic. Div. 1, 17, 30. litterae - integris signis praetoribus traduntur, Cat. 3, 3, 6. colorem, laevorem, mollitiem, duritiem similiaque omnia, non esse talia inciso corpore, qualia integro fuerint, Cels. 1. pr. p. 7. vix cuiquam aut nulli toto certamine nasus integer, Juv. 15, 55. ut haberes integram manum, Quint. 8, 5, 12. si concisa ante scalpello cutis est - si integra est, Cels. 2, 11. necesse est ea parte rupta membrana sit: quaque integra est cet., 2, 17. quae (vitia) modo ruptis tunicis - modo his integris fiunt, 7, 18. integrum id (os) videri potest: - fractum os esse testatur, 8, 4. magnas et graves iniurias civium Romanorum, qui in Ponto negotiati essent, quoniam in integrum restituere non posset, concedere Pharnaci: nam neque interfectis amissam vitam neque exsectis virilitatem restituere posse, Auct. BAl. 70, 5. u. vgl. Petr. 140, 12; — utrum est aequius decumanum petere an aratorem repetere? iudicium integra re an perdita fieri? Cic. II. Verr. 3, 11, 27. cum Lucterius apud suos cives quondam integris rebus multum potuisset, Hirt. BG. 8, 32, 2. u. vgl. Tac. A. 15, 25. H. 3, 39. res ipsa cogit vastam incendiis ruinisque relinquere urbem et ad integra omnia Veios migrare, Liv. 5, 53, 1. fortunae et existimationis integrae, Suet. Ner. 12. Blaesis sacerdotia integrā eorum domo destinata convulsa distulerat, Tac. A. 6, 40. tantum his vigoris addiderat integra quies et inexperti belli ardor, H. 2, 4. illi in tanto malo turpis vita integrā famā potior fuit, Sall. J. 67, 3. dum existimatio est integra, facile consolatur honestas egestatem, Cic. Quinct. 15, 49. u. rhetor.: ut anteponantur - integra contaminatis, Top. 18, 69; integer hanc potui nuper bene reddere lucem: exul ut occiderem, nunc mihi vita data est, Ov. Tr. 3, 3, 35. u. vgl. integer im Ggsß. zu ut cecidi, 5, 1, 7 sqq. quod te absente hic filius egit, restitui in integrum aequom'st et bonum, Ter. Phorm. 2. 4, 11. a nostris magistratibus in integrum restituta (praedia), Cic. Flacc. 32, 79; — secundis igitur proeliis usus auspiciis Claudianis rem publicam in integrum reddidit, Vopisc. Aurel. 17; nonnullos ambitus Pompeia lege damnatos - in integrum restituit, setzte er in den vorigen Stand wieder ein, Caes. BC. 3, 1, 4. u. so Suet. Caes. 16. vita Lutorii in integro est, Tac. A. 3, 50. quibus fortuna in integro est, H. 3, 2. vestra quidem vis et gloria in integro est, A. 15, 2; — mit *Abl.*: copiis integra (regio), Sall. H. 2, 95. nec difficile saucios adhuc ex superiore congressione integer ipse viribus superat, Justin. 27, 3, 2. dum vernat sanguis, dum rugis integer annus, Prop. 5 (4), 5, 59. vita et mors iura naturae sunt: ut sine dedecore cum civibus fama et fortunis integer agas, id dono datur atque accipitur, Sall. H. 2, 41, 5. gratissimum igitur mihi feceris, si Volaterranos omnibus rebus integros incolumesque esse volueris, Cic. Att. 13, 4, 3; — repentina defectio Umbrorum, gentis integrae *a* cladibus belli, Liv. 9, 41, 8; — mit *Acc.*: iam laetus et integer artus, Stat. Theb. 4, 94; — im *Comp.*: quo integriore exercitu decerneret, Nep. Eum. 9, 6. u. *Superl.*: quo non Vulscorum modo iuventutem Antiates - sed ingentem Latinorum Hernicorumque conciverant ex integerrimis diutina pace populis, Liv. 6, 7, 1. quum alteri - condonasses, alteri Syriam, Babyloniam, Persas integerrimas pacatissimasque gentes ad diripiendum tradidisses, Cic. Dom. 23, 60. ut quam integerrima essent ad pacem omnia, Caes. BC. 1, 85, 2.

b) insbes. α) **kräftig, gesund, frisch, jung, übtr. frisch, neu**, corruptum corpus sit an integrum, Cels. 2, 10. u. so 1, 2. 2, 4. corpora quae aspectu integra nervis parum sustinentur, Quint. 11, 3, 55. bene integro capite non exit (porrigo), Cels. 6, 2. fauces integrae, id est molles ac leves, Quint. 11, 3, 20. considerandum est, an integra ea (intestina) sint, Cels. 7, 16. donec integrum id (os) sit, quod relinquitur, 8, 2. eamque (carnem) modo integram esse, modo carcinomati similem, 7, 14. quom est sanguis integer, Plaut. Merc. 3, 2, 7. corpora sana et integri sanguinis, Quint. 8. pr. 19. u. subst.: medicis etiam integra secantibus, 10, 4, 3; auch: malum recens et integrum, Suet. Tib. 68. und: quod hospes tardius adveniens vitiatum commodius quam integrum (aprum) edax dominus consumeret, Hor. Sat. 2, 2, 90. quod vix triginta diebus integrum permanebat (vinum), Col. 12, 20, 7; — color egregius, integra valetudo, summa gratia, Cic. Fin. 2, 20, 66. frui paratis et valido mihi, Latoe, dones, at precor integra cum mente, Hor. Od. 1, 31, 17. amentes, quibus animi non sunt integri, surde audiunt, Afran. 349. ita inter artes bonas integrum ingenium brevi adolevit, Sall. J. 63, 3. aetas integra est, formae satis, Afran. 63. aetate integra, feroci ingenio, Pacuv. 253. egregia forma atque aetate integra, Ter. Andr. 1, 1, 45. quam liberali facie, quam aetate integra, Eun. 3, 2, 20. medio in spatio integrae aetatis ereptus, Tac. Agr. 44. integra aetate ac valetudine, Suet. Tib. 10. u. aetate int., Cal. 25. Vit. 7. quis vostrarum fuit integra aetatula, Caecil. 153. ne femina experta fecunditatis, integra iuventa, claritudinem Caesarum aliam in domum ferret, Tac. A. 12, 2; nec vero ut voluptatem expetat, natura movet infantem, sed tantum ut se ipse diligat, ut integrum se salvumque velit,

pl. Sexti Pompei, Liv. 4, 44, 2. vixdum ingressus hostium fines cum exerceretur inter equites, 10, 11, 1. exclusus inter ceteros ab insidiatoribus Gai, Suet. Claud. 10. scripta omnium et imagines publicis bibliothecis inter veteres et praecipuos auctores dedicavit, Tib. 70. more inter veteres recepto, Tac. A. 2, 85; — effecisse ut feroces et inquieti inter socios, ignavi et inbelles inter hostes essent, Liv. 26, 2, 11. te ex C. Flavii officio et observantia et praeterea splendore atque inter suos gratia magnam voluptatem esse capturum, Cic. Fam. 13, 31, 2. ubi erant illi Pythodori -, caeteri homines apud nos noti, inter suos nobiles? Flacc. 22, 52. quae brevi tempore post patris mortem nupsit A. Aurio Melino, - adolescenti in primis, ut tum habebatur, inter suos et honesto et nobili, Cluent. 5, 11. in oratoribus vero, Graecis quidem, admirabile est quantum inter omnes unus excellat, Or. 2, 6. inter paucos familiarium Neroni adsumptus est, Tac. A. 16, 18. inter paucos disertus, Quint. 10, 3, 13. qui dolo ante conposito incautum venationique intentum interfecēre, primam intra iuventam, sed claritudine paucos inter senum regum, si perinde amorem inter populares quam metum apud hostes quaesivisset, Tac. A. 11, 10. fratres inter aënos - praecipui sunto, Pers. 2, 56; quae celebrior inter ceteras ac nobilior habetur, Lact. 1, 6, 14; rectum putabat pro eorum honestate se pugnare, propter quos ipse honestissimus inter suos numerabatur, Cic. SRosc. 6, 16. acerrimus inter recusantes Callisthenes fuit, Justin. 17, 7, 2. Parmenio peritissimus inter duces artium belli, Curt. 4, 47 (13), 4. ille Croesus, inter reges opulentissimus, Sen. Contr. 2, 9; — stehende Ausdrücke: inter sicarios accusare, quaerere, quaestio, iudicium u. dgl., wegen Meuchelmordes, Cic. SRosc. 32, 90. Inv. 2, 20, 60. Cluent. 53, 147. Fin. 2, 16, 54. SRosc. 5, 11. Phil. 2, 4, 8. u. vgl.: iudicium inter cubicularios actum, Petron. 53, 10. inter falcarios venire, in die Sichelmacherstraße, Sichelstraße, Cic. Cat. 1, 4, 8. inter lignarios, Holzhändlerstraße, Liv 35, 41, 10; — ferner in Bezug auf Lebloses: non tamen habenda sunt inter magna praesidia, Quint. 5, 12, 12. u. vgl. 1, 11, 18; — mos traditus ab antiquis usque ad nostram aetatem inter cetera sollemnia manet bona Porsinae regis vendendi, Liv. 2, 14, 1. inter alia prodigia et carne pluit, 3, 10, 6. milites eius inter cetera carmina, qualia currum prosequentes ioculariter canunt, etiam illud vulgatissimum pronuntiaverunt, Suet. Caes. 49. inter varia munuscula togas insuper ac pallea distribuit, Aug 98; rectum discernis, ubi inter curva subit, Pers. 4, 10. Gozarges inter pleraque saeva necem fratri - paraverat, Tac. A. 11, 8. inter cetera monitum, ut seditionibus abstineretur, Liv. 3, 10, 7. Ligures inter cetera etiam vigiliis confecti terga dederunt, 36, 38, 4. amiserant multis nobilibus secutis inter cetera auctoritatem Pausistrati, quae inter suos merito maxima erat, 37, 12, 8; in actionibus inter praecipua servandum est, ut cet., Quint. 11, 2, 47; — haec est nobilis ad Trasumennum pugna atque inter paucas memorata populi Romani clades, Liv. 22, 7, 1. memorabilisque (pugna) inter paucas fuisset, ni ingentibus procellis effusus imber diremisset pugnantes, 23, 44, 4. cum ea res animos facit, tum agri fecunditas et multitudo hominum et situs inter paucas munitae urbis, 38, 15, 9. de usu eius (absinthi) convenit, herbae facillimae atque inter paucas utilissimae, Plin. 27, 7 (28), 45; anesum adversum scorpiones ex vino habetur Pythagorae inter pauca laudatum sive crudum sive decoctum, 20, 17 (72), 185. sternutamento utilis (radicula) inter pauca, 24, 11 (58), 97. pingunt et vestes in Aegypto inter pauca mirabili genere candida vela, 35, 11 (42), 150; — cultus regis inter omnia luxuria notabatur, Curt. 3, 8 (3), 17; — inveterascet hoc quoque: et quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit, Tac. A. 11, 24. simus inter exempla, Sen. Ep. 16, 3, 13 (98). Pomponium poëtam - numquam ructuasse habetur inter exempla, Solin. 1, 74; — inter Scythiae amnes amoenissimus (Borysthenes), Mel. 2, 1, 6. innumerique alii, quos inter maximus omnes cedere Danubius se tibi, Nile, negat, Ov. Pont. 4, 10, 57.

2) weist auf zwei Gegenstände hin, zwischen denen sich etw. befindet od. etw. vorgeht, zwischen, unter, a) im Raume, α) eig.: Aquitania - spectat inter occasum solis et septentriones, Caes. BG. 1, 1, 7. qui (mons Iura) est inter Sequanos et Helvetios, 1, 2, 3. classis communis Graeciae – apud Artemisium inter Euboeam continentemque terram cum classiariis regis conflixit, Nep. Them. 3, 2. ager Tarquiniorum, qui inter urbem ac Tiberim fuit, consecratus Marti Martius deinde campus fuit, Liv. 2, 5, 2. cum inter Padum atque Alpes omnia tenerentur, 5, 35, 2. qualiter haec patulum concedit vallis in orbem et sinuata latus resupinis undique silvis inter continuos curvatur concava montes, Calp. 7, 30. locum, qui nunc saeptus descendentibus (von dem Capitol) inter duos lucos est, Liv. 1, 8, 5. u. bei Cic. Att. 4, 3, 4. inter haec maria angustissimum Asiae spatium esse comperimus, Curt. 3, 2 (1), 13. utrimque acies inter bina castra in medium campi procedunt, Liv. 4, 18, 3. ita - iter fecerunt, ut inter novissimum hostium agmen et nostrum primum non amplius quinis aut senis milibus interesset, Caes. BG. 1, 15, 5. a Brundisio Dyrrhachium inter oppositas classes hieme transmisit, Suet. Caes. 58. nonnulli inter carros rotasque mataras ac tragulas subiciebant nostrasque vulnerabant, Caes. BG. 1, 26, 3. inter pampineas ponetur faginus ulmos, Calp. 2, 59. detractumque socculum dextrum inter togam tunicasque gestavit assidue, Suet. Vit. 2. vox vel inter dentes expressa non dedecet, Quint. 12, 3, 104. media inter longas brevis faciet amphimacrum, 9, 4, 81; Etrusci campi, qui Faesulas inter Arretiumque iacent, Liv. 22, 3, 3. saxa inter et alia loca periculosa quietam nactus stationem, Caes. BC. 3, 6, 3 (sonst nur nach dem Relativ BG. 6, 36, 2. 7, 33, 2). u. so öft. b. Tac. A. 4, 55. 59. 69. H. 2, 78. 5, 19. qui Artabanum cythas inter eductum ob saevitiam exsecrati,

Tac. A. 6, 41. u. vgl. Virg. Ecl. 1, 25. Prop. 1, 16, 13; — is quereretur Brundisium me non venisse, quum inter me et Brundisium Caesar esset? Cic. Att. 9, 2ª, 2. spatiabatur in nemore Parmenion medius inter duces, Curt. 7, 8 (2), 23. Suetonius mira constantia medios inter hostes Londinium perrexit, Tac. A. 14, 33; fertilis (Zone) hanc inter posita est interque rigentes, Tibull. 4, 1, 165. deinde inter matrem deus ipse interque sororem Pythius in longa carmina veste sonat, Prop. 3, 29 (2, 31), 15. u. vgl. Sil. 11, 180; — ut idem illud intervallum servetur neque inter se contingant trabes, einander, Caes. BG. 7, 23, 3. u. so BC. 1, 21, 3. si eodem scrobe duas aut tres arbusculas voles constituere, curato, ne inter sese contingant, Col. 5, 10, 7. trabes directae paribus intervallis distantes inter se binos pedes, Caes. BG. 7, 23, 1. inter se cornibus pugnant (arietes), Varr. RR. 2, 3, 8. commissis inter se verbis duobus, Quint. 9, 4, 33. vitatur etiam duriorum inter se congressus, 11, 3, 35; Marius - colles duos propinquos inter se occupat, Sall. J. 98, 3. post quem haud procul inter se erant, 53, 7. duobus locis haud longe inter se castra faciebant, 55, 6.

β) übtr. auf andere Verhältnisse: Philo Romae iuri dicundo urbana sors, Pomponio inter cives Romanos et peregrinos evenit, Liv. 22, 35, 5. qua de re inter Marcellos et Claudios patricios centumviri iudicarunt? Cic. dOr. 1, 39, 176. iudicabit inclitum iudicium inter deas tres aliquis, Enn. trag. 92. utrum igitur inter has sententias diiudicare malumus, an ad propositum redire? Cic. Tusc. 1, 11, 23. inter amicos iudicatur quam inimicos molestius, Syr. 784. quo in genere falluntur, qui ita dicunt, tamquam inter duas leges quaeratur, Quint. 7, 4, 42. inter diversas opiniones priorum et quasdam etiam inter se contrarias difficilis est electio, prooem. 2; nunc pro Othone, an pro Vitellio in templa ituros? utrasque impias preces, utraque detestanda vota inter duos, quorum solum id scires, deteriorem fore qui vicisset, Tac. H. 1, 50; — quae saepissime inter me et Scipionem de amicitia disserebantur, Cic. Am. 10, 33. pacemque inter duas potentissimas civitates conciliavit, Nep. Cim. 3, 3. ex ea caritate, quae est inter natos et parentes, Cic. Am. 8, 27. ita fit verum illud -, amicitiam nisi inter bonos esse non posse, 18, 65. quae si quos inter societas aut est aut fuit aut futura est, 22, 83. inter dominum et servum nulla amicitia est, Curt. 7, 35 (8), 28. velut de industria inter fortissimos viros certamen aequante fortuna, Curt. 6, 1, 9. inter quos magna fuit contentio, Nep. Milt. 4, 4. lites factae sunt inter eos maxumae, Ter. Eun. 4, 5, 8. irae sunt inter Glycerium et gnatum, Andr. 3, 3, 20. dixti esse inter eos inimicitias, 5, 2, 11. inter Hectora Priamiden animosum atque inter Achillem ira fuit capitalis, Hor. Sat. 1, 7, 11. Nestor componere lites inter Peliden festinat et inter Atriden, Ep. 1, 2, 11. certatum tamen suadenda dissuadendaque lege inter Ap. Claudium maxime ferunt et inter P. Decium Murem, Liv. 10, 7, 1; — colloquimur inter nos, untereinander, miteinander, Cic. dOr. 1, 8, 32. utinam liceat - inter nos conferre sollicitudines nostras, Fam. 6, 22, 5. inter nos natura ad civilem communitatem coniuncti et consociati sumus, Fin. 3, 20, 66. quum inter nos sorderemus alter alteri, Plaut. Truc. 2, 4, 30; facile omnes intelligent, vobis inter vos non modo voluntatem fuisse coniunctam, sed ne praedam quidem adhuc esse divisam, Cic. DiC. 11, 34; inter sese sic memorant, Enn. A. 114. u. vgl. 528. duae post me sic fabulari inter se, Plaut. Epid. 2, 2, 53. si vellent inter se inter caenam vel talis vel par impar ludere, Suet. Aug. 71. populus et senatus R. placide modesteque inter se rem publicam tractabant, Sall. J. 41, 2. pacem inter sese conciliant, Enn. Trag. 165. miscent inter sese inimicitiam agitantes, A. 275. hi coniecere verba inter sese acrius, Afran. 309. interea mortales inter sese pugnant praeliant, Enn. Trag. 26; — compluribus eorum milites mercenarii inter se multi alteri alteros in castris occidere, einander, gegenseitig, Cato frg. p. 17, 3. sic furtim nonnunquam inter se adspiciebant, einander, Cic. Cat. 3, 5, 13. nihil cessarunt ilico auscultari atque amplexari inter se, Plaut. Mil. gl. 5, 39. complecti inter se lacrimantes milites coepisse, Liv. 7, 42, 6. cum inter se complexi in terram ex equis decidissent, Nep. Eum. 4, 2. video eos - inter se amare, Ter. Ad. 5, 3, 42. Ciceronis pueri amant inter se, discunt, exercentur, Cic. Att. 6, 1, 12. neque solum colent inter se ac diligent, sed etiam verebuntur, Am. 22, 82. qui (dei) nulla re egentes et inter se diligunt et hominibus consulunt, ND. 1, 44, 122. cohortati inter se, Caes. BG. 4, 25, 5. 6, 8, 1. 6, 40, 4 obtrectarunt inter se, Nep. Arist. 1, 1; cum inter se timerent, alteruter alterum praeoccuparet, Dion. 4, 1. Sisyphus et Salmoneus Aeoli filii inter se inimici fuēre, Hygin. fab. 60. duces sicuti inter se nondum satis noti, ita iam imbutus uterque quadam admiratione alterius, Liv. 21, 39, 7. haec inter se quam repugnent, plerique non vident, Cic. Tusc. 3, 29, 72. quae et per se sunt falsa perspicue et inter se vehementer repugnantia, ND. 1, 12, 30; intellegere extra ostium, intus quae inter sese ipsi egerint, Ter. Phorm. 5, 6, 36. quoniam quem ad modum dicant, ipsi non laborant, cur legendi sint ipsi inter se, qui idem sentiunt, non intelligo, Tusc. 2, 3, 7. ipsi inter se tres populi communiter bellum parant, Liv. 1, 10, 2; nos volo ludere inter nos, Plaut. Stich. 5, 4, 19. quasi nunc non norimus nos inter nos, Ter. Ad. 2, 4, 7. cogitate, quanto nos inter nos privatim cautius facimus, Cato frg. p. 23, 13. ne nosmet inter nos congruere sentiant, Ter. Heaut. 3, 1, 102. tum te repente laetum exstitisse eodemque equo adversam ascendisse ripam nosque inter nos esse complexos, Cic. Div. 1, 28, 58. ego enim ad eum scribam, ut tu ipse voles, de ea re nos inter nos locutos, Att. 10, 4, 10. hoc mirabilius, quod vos inter vos risum tenere possitis, ND. 1, 26, 71; — eius (generis humani) autem vinculum est ratio et oratio, quae docendo, discendo, communicando - conciliat inter se ho-

mines coniungitque naturali quadam societate, Off. 1, 16, 50; ita effici complexiones et copulationes et adhaesiones atomorum inter se, Fin. 1, 6, 19. valde id, credo, laborandum est, ne - nostra nobiscum aut inter nos cessatio vituperetur, Fam. 9, 3, 1. quae res eos in magno diuturnoque bello inter se habuit, Sall. J. 79, 3. habeo ego istam qui distinguam inter vos geminitudinem, Pacuv. 61. auxerant inter se opinionem, Liv. 21, 39, 9; — in magnis quoque auctoribus incidunt aliqua vitiosa et a doctis inter ipsos etiam mutuo reprehensa, Quint. 10, 2, 15. de laude inter ipsos certatum, 4, 2, 13. ratio, qua societas hominum inter ipsos et vitae quasi communitas continetur, Cic. Off. 1, 7, 20. tanta omnibus vel in regem ira vel fides inter ipsos fuit, Curt. 8, 22 (6), 12. eius modi blanditias etiam inter ipsos prohibuit, Suet. Aug. 53; — oro atque obsecro vos, qui nostis, vitam inter se utriusque conferte, Cic. SRosc. 7, 20. compositis inter se rebus, Sall. J. 66, 2; eos inter se, quia nemo unus satis dignus regno visus sit, partes regni rapuisse, geraubt u. unter sich getheilt, Liv. 2, 6, 3; — non procul absunt ab hac simulatione res inter se similes, Quint. 9, 2, 51. quamquam et ii ipsi inter se dissimiles fuerunt, 9, 4, 17. mores, quos pessuma ac divorsa inter se mala, luxuria atque avaritia vexabant, Sall. C. 5, 8. quum sit diversa non causarum modo inter ipsas conditio cet., Quint. 10, 2, 33; — dictum hoc inter nos fuit, Ter. Ad. 5, 3, 10. nec consulto dicis occulte tamquam Heraclitus, sed quod inter nos liceat, ne tu quidem intelligis, unter uns, Cic. ND. 1, 26, 74. u. vgl. Att. 2, 4, 1. Petron. 21, 3; — hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt, Caes. BG. 1, 1, 2. nimium inter vos, Demea, pernimium inter est, Ter. Ad. 3, 3, 38. inter Siciliam ceterasque provincias, iudices, in agrorum vectigalium ratione hoc interest, quod cet., Cic. II. Verr. 3, 6, 12. ut nihil inter te atque quadrupedem aliquam putes interesse, Parad. 1, 3, 14. ut inter optime valere et gravissime aegrotare nihil prorsus dicerent interesse, Fin. 2, 13, 43. sit hoc discrimen inter gratiosos cives atque fortes, ut cet., Balb. 21, 49; contio - iudicare solet, quid intersit inter popularem, id est adsentatorem et levem civem, et inter constantem, id est severum et gravem, Am. 25, 94. interesse enim inter argumentum conclusionemque rationis et inter mediocrem animadversionem atque admonitionem, Fin. 1, 9, 30. interest inter causas fortuito antegressas et inter causas cohibentes in se efficientiam naturalem, Fat. 9, 19. inter acutos autem et inter hebetes interest, quod cet., Tusc. 4, 14, 32; — inter sese sortiunt urbem atque agros, Enn. Trag. 153. numquam ego argentum pro vino congiario inter apparitores atque amicos meos disdidi, Cato frg. p. 37, 16. neque manubias inter pauculos amicos meos divisi, ut illis eriperem qui cepissent, p. 37, 11. cum - plurimorum bona publica inter se divisissent, Nep. Thras. 1, 5. inter vigintiviros agrum Campanum plebi Iulia lege divisit, Suet. Aug. 4. idem inter bona malaque mixtus, Tac. A. 6, 51; — colorem inter aquilum candidumque, Suet. Aug. 79. crateritis inter chrysolithum et electrum colorem habet praedura natura, Plin. 37, 10 (56), 154; — Rhescuporis inter metum et iram cunctatus, Tac. A. 2, 66. iuventus Tarsam inter et Turesim distrahebatur, 4, 50. qui bellum inter et pacem dubitabant, 12, 32. in civitate discordi et ob crebras principum mutationes inter libertatem ac licentiam incerta parvae quoque res magnis motibus agebantur, H. 2, 10. anceps enim crimen est inter retinentem et exigentem, Curt. 7, 5 (1), 33.

b) in der Zeit: zwischen, quod luce inter horam tertiam ferme et quartam tenebrae obortae fuerant, Liv. 38, 36, 4. hoc ante calendas martias facito vel etiam inter nonas et idus martias, Col. 5, 10, 14. hoc si Romae fieri posset, certe aliqua ratione expugnasset iste, ut dies XLV inter binos ludos tollerentur, per quos solos iudicium fieri posset, Cic. II. Verr. 2, 52, 130. ne quid inter caesa et porrecta, ut aiunt, oneris mihi addatur aut temporis, Att. 5, 18, 1. u. genauer: inter hostiam caesam et exta porrecta, Varr. LL. 6, 31. saepe audivi inter os atque offam multa intervenire posse: verumvero inter offam atque herbam ibi vero longum intervallum est, Cato frg. p. 67, 4. inter Lavinium et Albam Longam deductam coloniam triginta ferme interfuēre anni, Liv. 1, 3, 4.

intĕramenta, orum, *n.*, das Holzwerk im Innern des Schiffes (ἐντερόνεια), etwa die statumina u. costae, nur b. Liv. 28, 45, 15., Andere: inceramenta, Wachs u. Pech zum Verstreichen der Schiffe.

intĕramnus u. **interamnanus**, a, um, zwischen zwei Flüssen liegend, qui (Nilus) scissus a loco, cui Delta nomen est, ad insulae faciem spatia amplectitur interamna, Solin. 32, 1. terras interamnanas [Mesopotamiae scilicet] neglectas ab impura illa belua recepimus, Lamprid. Alex. Sev. 56. colere nos interamnanum a Machonico flumine locum, Jul. Val. Al. res gest. 3, 70.

intĕrāneus, a, um, inner, innerlich, purgat etiam interaneas vomicas, Scribon. Comp. 96; subst. interaneum, i, *n.*, der Mastdarm, torpedo adposita procidentis interanei morbum ibi coercet, Plin. 32, 9 (33), 105. u. gew. im Plur. **interanea**, orum, *n.*, die Eingeweide, Gedärme, poto semine torminibus et interaneis medetur olusatrum, 20, 11 (46), 117. u. öft. exemptis interaneis, Col. 9, 14, 15.

interaptus, a, um, untereinander -, miteinander verbunden, ut mihi multa parum genere ex hoc suppeditentur, quae memorare queam inter singillariter apta, Lucr. 6, 1066. *Lachm.*

intĕrāresco, ĕre, innerlich trocken werden, vertrocknen, hae glebae propter humoris plenitatem coniiciuntur in fornacem, ut interarescant, Vitr. 7, 8. animalia sine humoris potestate interarescent, 8. prooem. nihil enim interarescere, nihil exstingui, nihil cadere debet eorum, in quibus vita beata consistit, Cic. Tusc. 5, 14, 40.

intĕrātim, *Adv.*, archaist. = interim (wie interduatim für interdum), ohne Auctorität angeführt b. PDiac. p. 111, 1.

interbĭbo, ĕre, hineintrinken, mare interbibere, Naev. trag. 57. tibicinam (intromisisti), quae mi interbibere sola, si vino scatet, Corinthiensem fontem Pirenen potest, Plaut. Aul. 3, 6, 22.

interbīto, āre od. ĕre = intereo: salvos sum, quia pereo: si non peream, plane interbitem (für: intercam, *Acidal.*), Plaut. Truc. 4, 1, 9. hic ergo tibi praesidebo, ne interbitat quaestio, Most. 5, 1, 45.

interblandior, īri, schmeichelnd eingeben auf etw., obsequiis meis interblandiens appellabat me pium, Augustin. Conf. 9, 12.

intercaelestis, e, im Himmel befindlich, Claud. Mam. stat. an. 2, 12.

intercălaris, e, zum Einschalten gehörig, Schalt-, quinto anno unus intercalaris dies additur, Plin. 2, 8 (6), 35. quidam veterum retulerunt non solum mensem apud Romanos verum etiam diem intercalarem fuisse, Macrob. Sat. 1, 13, 19. u. vgl. §. 20. u. 21. intercalarem mensem instituerunt (Romani) more Graecorum, 1, 13, 8. u. vgl. §. 12 sqq. in quo (anno) sunt menses intercalares viginti et unus, Censorin. d. nat. 18, 8. hoc anno intercalatum est: tertio die post Terminalia kalendae intercalares fuēre, mit dem dritten Tage nach den Term. begann der erste Tag des Schaltmonats, Liv. 43, 11, 13. pridie kal. intercalares, Cic. Quinct. 25, 79. a. d. V. kal. intercalares priores, des ersten Tages des ersten Schaltmonats (vgl. Suet. Caes. 40), Fam. 6, 14, 2; — übtr.: interc. versus, ein Vers, der wiederholt eingeschaltet wird, Refrain, Serv. Virg. Ecl. 8, 21.

intercălārius, a, um = intercalaris, zum Einschalten gehörig, Schalt-, mensis, Liv. 37, 59, 2. Suet. Caes. 40. mensis u. menses, Censorin. d. nat. 20, 6. u. 8. intercalariis mensibus interponendis ita dispensavit (annum), ut cet., Liv. 1, 19, 6. u. so: Cephaloeditani decrerunt intercalarium XLV dies longum, ut reliqui menses in suam rationem reverterentur, Cic. II. Verr. 2, 52, 130. und: Democriti (annus) ex annis LXXXII cum intercalariis perinde viginti octo (d. i. mensibus), Censorin. d. nat. 18, 8. u. daher: intercalatum eo anno: postridie Terminalia intercalariae kalendae fuerunt, Liv. 45, 44, 3; aber: est principium lustri eius semper intercalario anno caniculari ortu, Schaltjahr, in welchem eingeschaltet wird, Plin. 2, 47 (48), 130.

intercălātio, ōnis, *f.*, das Einschalten, die Einschaltung, interc. omnis omissa est, Macrob. Sat. 1, 14, 1. post intercalationem, 1, 13, 15. per singulas intercalationes, Plin. 2, 47 (47), 122. intercalationibus quatuor, Macrob. Sat. 1, 13, 12.

intercalco, āre, dazwischen hineintreten, deorsum versus spectantes ollae componuntur ita distantes, ut intercalcari possint vinacea, Col. 12, 45, 3.

intercălo, āvi, ātum, āre, eig. vom Präco: ausrufen, daß ein Tag u. dgl. eingeschaltet werde, dah. einschalten, ut quarto quoque anno sacerdotes - unum intercalarent diem, eo scilicet mense ac loco, quo etiam apud veteres mensis intercalabatur, Macrob. Sat. 1, 14, 6. ut - unus dies quarto quoque anno intercalaretur, Suet. Caes. 40. u. vgl. Macrob. Sat. 1, 13, 19. u. quibus annis intercalati sunt dies duodecim, cum debuerint intercalari novem, 1, 14, 14. ut menses duodetriginta intercalentur, Censorin. d. nat. 18, 8; u. übtr.: quis philosophiam aut ullum liberale respicit studium, nisi cum ludi intercalantur, cum aliquis pluvius intervenit dies, quem perdere libet? Sen. NQ. 7, 32, 1. sed si me audietis, priusquam dedantur hic in comitio virgis caesos, hanc iam ut intercalatae poenae usuram habeant, für den Aufschub Strafe, der wohl in der Einschiebung des Tribunats zwischen Schuld und Strafe seinen Grund hat, Liv. 9, 9, 2; — *abs.*: illi (Graeci) confecto ultimo mense, Romani non confecto Februario sed post vicesimum et tertium diem eius intercalabant, Macrob. Sat. 1, 13, 15. fastos correxit iam pridem vitio pontificum per intercalandi licentiam adeo turbatos, ut cet., Suet. Caes. 40. haec de intercalandi principio satis relata sunt, u. zuvor: qui decem tabulis duas addiderunt, de intercalando ad populum rogasse, Macrob. Sat. 1, 13, 21. alternisque annis binos et vicenos, alternis ternos vicenosque intercalantes expensabant intercalationibus quatuor, 1, 13, 12; — *impers.*: intercalatur septies, Censorin. d. nat. 18, 8. hoc anno intercalatum est und: intercalatum eo anno, Liv. 43, 11, 3 45, 44, 3. quando autem primum intercalatum sit, varie refertur, Macrob. Sat. 1, 13, 20.

intercăpēdĭno, ātum, āre, unterbrechen, nur: intercapedinante pavoris prolixitate tam largo fumo lurida parietibus aratra pendebant, Fulg. Myth. 1. p. 9. und: vanescentia intercapedinatae prolixitatis oblivia - discutere, MCap. 9, 921. sive continuis sive dimissionibus (febriculae) intercapedinatis, CAurel. Acut. 2, 10, 66. secundum - nunc diurnas nunc intercapedinatas exacerbationes, Chron. 1, 1, 7. cum iuge ac non intercapedinata emissione, 5, 4, 66.

intercăpēdo, ĭnis, *f.* (v. intercapio nach Prisc. I. p. 122, 12; u. vgl.: in verbis honestis obscoena ponimus: quid enim? non honestum verbum est divisio? an inest obscoenum, cui respondet intercapedo? Cic. Fam. 9, 22, 4. affert iniuriam pudori, si intercapedinis nominativo casu quis utatur, Quint. 8, 3, 46), die Unterbrechung (vgl.: interc. tempus interceptum, quum scilicet mora est ad capiendum, PDiac. p. 111, 3), nunc me ex aliorum ingeniis iudicat, intercapedo quorum amicitias levat, Turpil. 19; tamen oculi longa intercapedine adpetunt cupide intui, 159. quando equidem amorem intercapedine ipse lenivit dies, 158. intercapedine interficior, desiderio differor, 109. ut enim faces ignem adsidua concussione custodiunt, dimissum aegerrime reparant, sic et dicentis calor et audientis intentio continuatione servatur, intercapedine et quasi remissione languescit, Plin. Ep. 4, 9, 11. provisum hoc legibus, intermissum tamen et post longam intercapedinem tunc reductum, 3, 9, 6. u. so Suet. Aug. 38; — mit *Genit.*: cum ea habitacula summa infimis tanta

intercapedo fastigii dispescat, Apul. de deo Socr. 4. neque iugis in omnibus est pressura, sed etiam plerumque dimissionis intercapedine levigatur, CAurel. 2, 1, 7. retracto enim actiunculas quasdam, quod post intercapedinem temporis et frigidum et acerbum est, Plin. Ep. 9, 15, 2. ibi Syracusas securis omnibus post longam intercapedinem pacis per proditionem recepit, Justin. 21, 3, 10. intercapedine iuris dictionis, Suet. Vesp. 10. in eorum vita nulla est intercapedo molestiae, Cic. Fin. 1, 18, 61; — hos dies conplusculos intercapedo sumpti faciundi fuit, Turpil. 182. me iam non poenitebat intercapedinem scribendi fecisse, sed potius laetabar, Cic. Fam. 16, 21, 1.

intercardĭnātus, a, um, ineinander verzapft, trabes, Vitr. 10, 14 (20), 2., *Schneid.*: interordinatis.

intercēdo, cessi, cessum, cēdĕre, I) mitten hinein od. hereinkommen, -treten, eintreten, in's Spiel kommen, vorkommen, Statt finden, 1) eig.: huc si quis intercedat tertius, pereat fame, Plaut. Most. 5, 1, 56. — 2) übtr., α) im Allg.: *inter* bellorum magnorum aut vixdum finitorum aut imminentium curas intercessit res parva dictu, sed quae studiis in magnum certamen excesserit, Liv. 34, 1, 1; — mit *Dat.*: nulla aegritudo huic gaudio intercesserit, Ter. Andr. 5, 5, 5. quod saepe in bello parvis momentis magni casus intercederent, Caes. BC. 1, 21, 1; — *abs.*: prodigia quoque crebra et irrita intercessēre, Tac. A. 14, 12. tumultus intercessit Bruto et Mamerco consulibus, Sall. H. 3, 61, 10. neque pretium neque rem ullam intercessisse illa aut me indignam, Ter. Ad. 3, 2, 51. nisi qua in re maior ipsius cupiditas intercesserat, Nep. Dion. 1, 3. — β) insbes.: unde ira *inter* eas intercessit, Ter. Hec. 3, 1, 25. nullam umquam inter eos querimoniam intercessisse, Nep. Att. 17, 2. inter quos maximarum rerum non solum aemulatio, sed obtrectatio tanta intercedebat, quantam cet., 20, 5. u. vgl. 5, 4. cum P. Terentio Hispone - mihi summa familiaritas consuetudoque est multaque et magna inter nos officia paria et mutua intercedunt, Cic. Fam 13, 65, 1. inter nosmet ipsos vetus usus intercedit, 13, 23, 1. ut suae satisfaceret voluptati et, ut quidam dicunt, iuriiurando, quod intercessisse inter ipsum ac Verum secretis concionibus ferebatur, Spart. Ael. Ver. 3; — qui*cum* tibi adfinitas, societas, omnes denique causae et necessitudines veteres intercedebant. Cic. Quinct. 15, 48. docebat - quam veteres quamque iustae causae necessitudinis ipsis cum Haeduis intercederent, Caes. BG. 1, 43, 6. quicum mihi necessitudo vetus, controversia de re pecuniaria recens intercedit, Cic. Quinct. 17, 54. mihi cum eo non modo cotidianam consuetudinem summam intercedere, sed etiam officia magna et mutua nostra inter nos esse, Fam. 13, 45. ut ei cum genere humano quasi civile ius intercederet, Fin. 3, 20, 67. huic et paternum hospitium cum Pompeio et simultas cum Curione intercedebat, Caes. BC. 2, 25, 4. nisi intercederent mihi inimicitiae cum istius mulieris viro, Cic. Cael. 13, 32. cui inimicitiae cum P. Scipione intercedebant, Liv. 38, 52, 9. huic superiore tempore cum reliquis civitatibus continentia bella intercesserant, Caes. BG. 5, 11, 9; — *absol.*: dum intercedet familiaritas, Ter. Phorm. 4, 1, 17. de Vatinio autem primum reditus intercesserat in gratiam per Pompeium, Cic. Fam. 1, 9, 19. — II) dazwischenkommen, -treten, dazwischen hinlaufen, - sich hinziehen, 1) im Raum, a) eig. v. Pers. u. räuml. Gegenständen: eum, etsi nemo intercedebat, qui se illi anteferret, neque secundum tamen neque tertium dixerim, Cic. Brut. 47, 173; — demonstrarunt, *inter* singulas legiones impedimentorum magnum numerum intercedere, Caes. BG. 2, 17, 2. vereri se - magnitudinem silvarum, quae intercederent inter ipsos atque Ariovistum, 1, 39, 6; — *abs.*: non posset quippe totus sol adimi terris intercedente luna, si terra maior esset quam luna, Plin. 2, 11 (8), 49. silvae paludesque intercedebant, Caes. BG. 5, 52, 1. palus, quae perpetua intercedebat, Romanos ad insequendum tardabat, 7, 26, 2. V milia passuum proxima intercedere itineris campestris, inde excipere loca aspera ac montuosa, BC. 1, 66, 4. intercedente publica via, Plin. 2, 83 (85), 199. illius (zonae) situs ob ardorem intercedentis plagae incognitus, Mel. 1, 1, 2. — b) übtr., dazwischentreten, α) förbernd, sich in's Mittel schlagen, vermitteln, gutsagen, verbürgen, tantum enim se *pro* te intercessisse dicebat, Cic. Phil. 2, 18, 45. de tribunis plebis intercedentibus pro se, Suet. Caes. 30. intercessisse se pro iis magnam pecuniam, Cic. Att. 6, 1, 5; — *abs.*: biduo per unum servum et eum ex gladiatorio ludo confecit totum negotium, arcessivit ad se, promisit, intercessit, dedit, 1, 16, 5. quum enim vestra auctoritas intercessisset, ut ego regem Ariobarzanen - tuerer, cet., Fam. 15, 2, 3. ad leniendam invidiam intercessit, Suet. Dom. 11. cum intorqueret homo voltum et non hisceret et colores mutaret, tum ego intercessi et „vade" inquam, nunc et habeto ad requirendum triginta dies, schlug ich mich in's Mittel, Gell. 15, 9, 10. cumque nimis odiose blater[ar]et, intercessit placide Phavorinus et „amabo" inquit magister, 4, 1, 4. — β) hindernd, entgegentreten, Einspruch thun, überhaupt verhindern, bes. v. Tribunen, mit *Dat.*: praetor improbus cui nemo intercedere possit det quem velit iudicem, Cic. II. Verr. 2, 12, 30. veritus est ne Fuvius ei legi intercederet, Att. 1, 16, 2. quum intercedere vellent rogationi, dOr. 2, 47, 197. u. so Liv. 34, 8, 2. 38, 54, 4. 41, 6, 2. cupidine laudis offerebat se intercessurum senatusconsulto, Tac. A. 16, 26. is consilio intercessit, H. 1, 19; — quum ea lege referetur, qua intercedi *de* provinciis non possit, Cic. Prov. cons. 8, 17; — *absol.*: hic tribunus plebis lege curiata, quam praetor ferat, adimit intercedendi potestatem: huic, si vetat intercedi, potestatem, etiam si intercessum sit, tamen eandem constituit, quam si lata esset lex, ut non intelligam, qua re aut hic vetet intercedere aut quemquam intercessurum putet, quum intercessio stultitiam intercessoris significatura sit.

ipse de Pompeio rettulisset, intendere coepit ante se oportere discessionem facere quam consules, Cic. Fam. 1, 2, 2; — *absol.*: qui sibi eum nuper edidit socium, quem, quomodo nunc intendit, ne in vivorum quidem numero tum demonstrat fuisse, Cic. Quinct. 29, 88. in syllogismo tota ratiocinatio ab eo est, qui intendit, Quint. 3, 6, 15.

c) grammat., e. Sylbe **dehnen, gedehnt od. lang aussprechen**, primam syllabam intendit, tertiam corripuit, Gell. 13, 23 (22), 18.

C) **über od. auf od. an etw. spannen, -ziehen, aufspannen, aufziehen,** mit etw. **bespannen, beziehen**, *super* mensam tantummodo intendi debent (digiti), Cels. 8, 19. etiamnum valentius intenditur membrum super scamnum, 8, 20; — Pythagoras, qui censuit animum esse *per* naturam rerum omnium intentum et commeantem, Cic. ND. 1, 11, 27; — mit *Dat.*: carbasus ut quondam magnis intenta theatris dat crepitum cet., Lucr. 6, 109. lutea russaque vela et ferrugina - magnis intenta theatris, 4, 75. qui mali cuiusdam iudicis e corpore pellem detractam sellae intendi in eaque filium eius iudicaturum considere iussit, VMax. 6, 3. Ext. 3. nervoque obversus equino intendit telum, Virg. A. 9, 622. iubet ocius omnes attolli malos, intendi bracchia velis, 5, 828. interdum madidas lacrimarum rore coronas postibus intendit, Ov. M. 14, 708. stuppea vincula collo intendunt, Virg. A. 2, 236. huius herbae succus vino mistus infunditur faucibus atque ipsa folia cum sale trita malagmatis more scarificationi intenditur, Col. 6, 17, 3. subito spissae nubes intendere se coelo et quicquid lucis internitebat, effusa caligine extinctum est, Curt. 4, 14 (3), 16. u. vgl.: cui carmina semper et citharae cordi numerosque intendere nervis, Virg. A. 9, 775; — *alqd. alqa. re*: et gracili geminas intendunt stamine telas, Ov. M. 6, 54. nervis septem est intenta fides, Var. 3. si - vel puerile adhuc est corpus vel molle et imbecillis nervis intentum est, Cels. 8, 15. u. vgl. bildl.: tanta vis in eo, tam densa omnia, ita quibusdam nervis intenta sunt (in Demosthene), tam nihil otiosum, is dicendi modus, ut cet., Quint. 10, 1, 76. u. sicut cithara, ita oratio perfecta non est, nisi ab imo ad summum omnibus intenta nervis consentiat, 2, 8, 15. u. huiusmodi praeceptis debet quidem aptata esse et citharae modo intenta ratio doctrinae, 5, 10, 124. u. compositione velut amentis quibusdam nervisque intendi et concitari sententiae videntur, 9, 4, 9. intenditque locum sertis et fronde coronat, Virg. A. 4, 506. sellam loris intentam, Quint. 6, 3, 25. duroque intendere bracchia tergo, Virg. A. 5, 403. tarbernacula carbasis intenta velis, Cic. II. Verr. 5, 12, 30. u. vgl §. 79; vgl. noch: et nemus omne satas intendat vertice silvas, Prop. 1, 14, 5; — *absol.*: claudae naves raro remigio aut intentis vestibus et quaedam a validioribus tractae revertēre, Tac. A. 2, 24; adeo spissae intendere se nubes, ut conderent lucem, Curt. 8, 46 (13), 24. primis se intendentibus tenebris, Liv. 1, 57, 8. et lapidibus pluit et nox interdiu visa intendi, 7,

28, 7; auch: vespera intendente, Amm. 31, 11, 4.

intense, intensius, intensissime, s. intendo z. Anf.

intensĭbĭlis, e, **undehnbar**, Boëth. in Porph. 5. p. 107.

intensio, ōnis, *f.*, s. intentio.

intensus, a, um, s. intendo z. Anf.

intentātio od. **intemptātio**, ōnis, *f.*, das **Sicherstrecken od. Sichwenden nach e. Gegenstande, die Richtung wohin**, ne oculi ad intentationem subitam oculorum comprimantur, Sen. dIra 2, 4, 2.

intentātus od. **intemptātus**, a, um (negat. in u. tento), **unangetastet, unberührt, unversucht**, eig. u. übtr.: Lucinam niveī femina corporis intentata iugo placet, Sen. Med. 61. miseri, quibus intemptata nites! Hor. Od. 1, 5, 13; — consultatque ex duobus itineribus breve et solitum sequatur an inpeditius et intemptatum eoque hostibus incautum, Tac. A. 1, 50. cur certaminis huius intemptata mihi fortuna relinquitur? Ov. M. 10, 584. haec intemptata manebat sors rerum, Virg. A. 10, 39. nil intemptatum nostri liquēre poëtae, Hor. AP. 285. notavi mirabilia et scriptoribus fere nostris intemptata, Gell. 9, 4, 5. nil intemptatum Selius, nil linquit inausum, Mart. 2, 14, 1. videbis nihil humanae audaciae intemptatum, Sen. Cons. ad Marc. 18, 7.

intente, *PAdv.* mit *comp.* intentius u. *sup.* intentissime, s. intendo.

intentio od. **intensio**, ōnis, *f.* (intendo), I) das **Sichhinstrecken, Sichhinrichten**, nur übtr. die **Spannung, Aufmerksamkeit, Achtsamkeit**, mit *Gen. subj.*: his (d. i. quae absolutiora mihi videbantur) tu rogo intentionem scribentis accommodes, Plin. Ep. 2, 5, 2. potest esse ulla tam perpetua discentis intentio, quae non obtutu continuo fatigetur? Quint. 1, 2, 11. dicentis calor et audientis intentio continuatione servatur, Plin. Ep. 4, 9, 11. recens audientium int., Quint. 4, 1, 59. non semper tam esse acrem iudicis intentionem, ut cet., 8, 2, 23. quae (partitio) sine dubio, si nimium sit multiplex, fugiet memoriam iudicis et turbabit intentionem, 4, 5, 3. ad remittendam intentionem iudicis, quam adversario praestat, 4, 1, 38. suspicatusque ex ipsa intentione singulorum altiorem inter eos esse sermonem, Tac. Or. 14. ut coniectare erat intentione vultus, A. 16, 34. dividenda intentio animi, ut aliud voce aliud oculis agatur, Quint. 1, 1, 34. non quidquid intentionem animi et prudentiam exigit, protinus eiiciendum est, Cels. 2, 10; — mit *Gen. obj.*: inhibetur cursus atque omnis, quae erat, conceptae mentis intentio mora et interdum iracundia excutitur, Quint. 10, 3, 20. animum ab intentione rerum frequenter avertit (risus), 6, 3, 1. non aversum ab intentione lusus animum, Liv. 4, 17, 4; — *absol.*: et maior intentio est et nihil supervacui temporis perit, Quint. 11, 2, 35. nec sit tam longus (sermo), ut eum prosequi non possit intentio, 8, 2, 14; ad intentionem praeparandus est iudex, 4, 2, 47. quam (intentionem) si tota mente in opus ipsum direxeris, 10, 3, 28; qua

intentione, quo studio, qua denique memoria legeris libellos meos, epistula tua ostendit, Plin. Ep. 9, 18, 1. quum animus hac intentione omnes totius negocii partes considerabit, tum cet., Cic. Inv. 2, 14, 46. notatur hic (anthias) intentione diligenti ut auctor spei conciliatorque capturae, Plin. 9, 59 (85), 181. ab ungulis iumentorum summa intentione servetur intactus (locus), praecipue quoties humescit, Pallad. 10, 10, 3; opto equidem amicos tibi tam fideles, tam eruditos, tam laboriosos, ut tantum curae intentionisque suscipere et possint et velint, Plin. Ep. 2, 10, 5. non ferunt illud intentionis silentium, Qint. 4, 2, 37. — II) das **Gespanntsein, die Anspannung, Spannung, Dehnung, Ausdehnung**, 1) eig., mit *Gen. obj.*: cruditatis signa sunt crebri ructus ac ventris sonitus, fastidia cibi, nervorum intentio, Col. 6, 6, 1. intentio aëris u. spiritus, vgl. Sen. QN. 2, 6, 2—11, 2; — *absol.*: remissio animum frangit, arcum intensio, Syr. 730. sine intentione digito tantummodo bene pressum os (palmae) in suam sedem revertitur, Cels. 8, 18. u. vgl.: quidquid aridum est (in gangraena) et intentione quadam proximum quemque locum male habet, 5, 26, 34. velut fatigatum intentione stomachum, Quint. 4, 2, 121. — 2) übtr. a) **die Anstrengung, der Eifer**, mit *Gen. obj.*: exercitatio, intentio vocis, ungui, fricari cum ratione, Plin. 28, 4 (15), 53. mentes suas a cogitationum intentione cantu fidibusque ad tranquillitatem traducere, Cic. Tusc. 4, 2, 3. hanc ille vim, seu quo alio nomine vocanda est intentio quidquid velis optinendi, si ad potiora vertisset, quantum boni efficere potuisset! Plin. Ep. 4, 7, 3. possident te et per vices partiuntur? an, ut solebas, intentione rei familiaris obeundae crebris excursionibus avocaris? 1, 3, 2. — b) **die Absicht, das Vorhaben**, facti aut intentionis adversariorum cum ipso scripto contentione (poterit uti), Cic. Inv. 2, 43, 125. communibus magis commodis quam privatae iactantiae studebamus, cum intentionem effectumque muneris nostri vellemus intellegi, Plin. Ep. 1, 8, 13. haec nempe intentio tua, ut libertatem revoces ac reducas, Pan. 78, 3. — c) **die Steigerung, Hebung, Erhebung, Zunahme**, summi doloris intentio invenit finem, Sen. Ep. 10, 2, 7 (78). quum et intentio febris somnum impediat, und: interdum etiam eliciienda ipsius (mentis) intentio, Cels. 3, 18. meditemur illud, ut haec patientia dolorum, quam saepe iam animi intentione dixi esse firmandam in omni genere se aequabilem praebeat, Cic. Tusc. 2, 27, 65. ut onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt, simillime animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum, remissione autem sic urguetur, ut se nequeat extollere, 2, 23, 54. reddique eos (animos) sensim laetiores atque ad intentiones rursum capiendas fieri habiliores (existumavit), Gell. 15, 2, 5. mihi quidem non tam humanitas tua quam intentio eius admirabilis videtur, Plin. Pan. 71, 5; — bes. rhetor. u. grammat.: intentio vocis, remissio, flexus, Quint. 1, 10, 25. μονοτονία, una quaedam spiritus ac soni intentio, und: ne dicamus - summisso murmure, quo etiam debilitatur omnis intentio, 11, 3, 45. non firmae intentionis ideoque tremulus (spiritus), §. 55. neque pronuntiatione flecti neque diutius ferre intentionem potest (sonus), §. 41. hique (soni) cum augenda intentione excitandi, cum summittenda sunt temperandi, §. 42. si intentione omni remissa loquetur, 11, 1, 53. u. vgl. MCap. 9, 940. addebat etiam, quod „ad" praeverbium tum fere acueretur, cum significaret ἐπίτασιν, quam intentionem nos dicimus, ut adfabre et admodum et adprobe dicuntur, Gell. 6 (7), 7, 5. ve particula - tum intentionem significat, tum minutionem, und: Lucretius vescum salem dicit ex edendi intentione - Lucilius vescum appellat cum edendi fastidio, 16, 5, 5. u. 7. — III) technisch, **die Anstrengung, das Anheben**, α) rhetor., **die Anklage**, ex intentione et infitiatione iudicatio constituitur hoc modo: occidisti Aiacem, infitiatio: non occidi, iudicatio: occideritne, AHer. 1, 17, 27. u. so vgl. Quint. 3, 9, 1. 3, 6, 19. Cic. Inv. 1, 10. u. erklärt: quid est intentio? quod prima pars proponit quae facit litem (κατάφασις) u. quid est depulsio? quod secunda pars respondet (ἀπόφασις), Fortunat. art. rhet. 1, 2. oder: intentio est id, quod primum dicit qui movet litem, sive accusator sit sive petitor, ut est: occidit patrem Sex. Roscius: repulsio est: non occidit, Jul. Vict. 2. oder: int. est. obiectio eius facti quod in iudicium venit: depulsio quaedam resistens intentioni, ut si dicatur: occidisti patrem: non occidi, MCap. 5, 445. u. vgl. §. 451. 460. 474. Aurel. Augus. de rhet. 11—13. Victorin. 1, 8 (wo die depulsio genannt ist: negatio); u. = propositio scripti, Jul. Victor. 4. §. 9. — β) in der Logik: **der Vordersatz** einer Schlußform: prima (pars epichirematis) intentio, secunda assumptio, tertia connexio, Quint. 5, 14, 6. u. öft. u. so b. Jul. Vict. c. 12. p. 415, 8. u. 21. — γ) in der Musik: **die Stimmung, Stimme**, habens (pronuntiatio) omnes in se, qui desiderantur, sonos intentionesque et tota, ut aiunt, organa, Quint. 11, 3, 40. organum quondam habuit tres intentiones, gravem, mediam et acutam: - nunc in ampliore numero soni considerantur, Censorin. frg. 12, 3. u. bildlich von der Seele: ipsius corporis intentionem quamdam (appellat), velut in cantu et fidibus quae harmonia dicitur, sic ex corporis totius natura et figura varios motus cieri tamquam in cantu sonos, Cic. Tusc. 1, 10, 20.

intentīvus, a, um (intendo), **steigernd**, intentiva (adverbia), ut valde, nimium, prorsus, penitus, omnino, Prisc. II. p. 87, 27.

intento od. **intempto**, āvi, ātum, āre, kräftig od. mit Leidenschaft **hinstrecken, -richten, hinschwingen**, wohin od. gegen Jmdn. **schwingen**, Jmdm. **androhen**, Jmdn. mit etw. **bedrohen**, 1) eig. u. bildl.: intentavimus oculos *in* proeliantes, Petron. 70, 6. intentavi in oculos Ascylti manus, 9, 5. u. so 108, 5. veru extis stridentibus plenum in oculos eius intentat, 95, 8. Verginius intentans in Appium manus, Liv. 3, 47, 7. dictatorium fulmen in se intentatum, 6, 39, 7; — ambas intentans cum voce manus *ad* sidera, Petron. 122,

154; — mit *Dat.*: veniat modo, explicet suum volumen illud, quod ei planum facere possum Erucium conscripsisse, quod aiunt illum Sex. Roscio intentasse et cet., Cic. SRosc. 35, 101. eum, qui legatos iugulasset, lapidare et ei manus intentare coeperunt, Auct. BHisp. 22, 4. u. so Tac. H. 3, 36. 4, 41. dis ipsis manus intentantur, Sen. Clem. 1, 25, 5. cui cruentas agmen infernum faces intentat, Sen. Med. 949. gladii etiam plerisque intentati et vulnerati quidam necatique, Liv. 9, 6, 2. haec (sica) intentata nobis est, huic ego vos obiici pro me non sum passus, haec insidiata Pompeio est, Cic. Mil. 14, 37. Latinis - iam intentari arma, Liv. 6, 27, 7. nunc ducibus populi R., quae ne victis quidem bello fas fuerit, virgas et secures victoribus et iustissimos meritis triumphos intentari, 8, 33, 18. rabidum hinc palmasque virorum intentantem oculis - excipit his frendens Fabius, Sil. 11, 87; — *absol.*: magno clamore protervas intentare manus, Ov. M. 5, 670. u. so Tac. A. 1, 27. intemptatque faces, Stat. Theb. 11, 494. is (dolor) ardentes faces intemptat, Cic. Tusc. 5, 27, 76. torvosque sinistra intentans angues vocat agmina saeva sororum, Virg. A. 6, 571. etiam strictos gladios usque eo intentans, ut sedentem una proximi deseruerint, Suet. Caes. 14. duci tela intentare, Tac. H. 2, 18. pedem super cervicem iacenti imposuit stipitem intentans elisurusque victum, ni prohibitus esset a rege, Curt. 9, 29 (7), 22. primo ingerebant probra, intentabant ictus, Tac. H. 3, 31. moxque vulgus duro imperio habitum probra ac verbera intentabat, A. 12, 47. nec arietibus admovendis, nec ad intentandas machinas - inveniebatur usquam habilis locus, Amm. 21, 12, 8. — 2) übtr. a) im Allg., mit *Dat.*: eique iam adventanti Germanorum manus pugnam intentans occurrit, 16, 2, 12. praesentemque viris intentant omnia mortem, Virg. A. 1, 91; — *absol.*: Alamanni - frendendo minas tumidas intentantes, Amm. 15, 4, 9. quae (mala) intentabat barbaricus tumor, 28, 6, 5. quantum ob ea (crimina) periculum intentetur, Quint. 4, 3, 7. terror omnibus intentabatur, Tac. A. 3, 28. ultro metum intentabat, 12, 54. Hippolytus - mortis intentat metum, Sen. Hipp. 726. ut mortem - contiguis adsultibus intentarent, Amm. 20, 8, 10. u. subst.: formido intentatorum, Drohungen, 20, 9, 5. — b) insb. jurist.: crimen in vicem intentant, Quint. 3, 10, 4. ipsum adversarium quasi intemptantis loco producendo, hoc est interrogando, utrum cet., Cic. Inv. 2, 43, 125.

intentus, a, um, mit *comp.* u. *superl.*, s. intendo.

intentus, *acc. pl.* us, *m.*, **kräftiges od. zorniges Hinstrecken, - Ausstrecken**, voces quidem et palmarum intentus et maledictorum clamorem omnes profuderunt, Cic. Sest. 55, 117.

intĕpeo, ēre, **warm -, lau sein**, lacus aestivis intepet Umber aquis, Prop. 5 (4), 1, 124. qua Lernea palus ambustaque sontibus alte intepet hydra vadis, Stat. Theb. 2, 376. mihi nunc Ligus ora intepet, Pers. 6, 6.

intĕpesco, tepui, tepescĕre, **warm -, lau werden**, a) eig.: hoc enim iam luxuria commenta est: ne quis intepescat cibus, ne quid palato iam calloso parum ferveat, Sen. Ep. 10, 2, 23 (78). vestigia tango strataque quae membris intepuēre tuis, Ov. Her. 10, 54. ut semel intepuit mucro, Virg. A. 10, 570. cum - variae radiis intepuēre comae, Ov. Fast. 5, 216. consumpta bruma iam intepescit annus, Col. 11, 2, 2. — b) übtr., **lau werden, abnehmen**, mitigato et intepescente pristino frigore, Col. 1, 1, 5; ne alacritas intepesceret, Amm. 17, 13, 17. ne - ardor intepesceret, 31, 15, 3. intepescente saevitia, Petron. 94, 5. urgens effectus intepuit, Amm. 17, 4, 14. quod (vitium) in aliis non nunquam intepescit, 14, 5, 5. in quibus - non ut aliorum vitia intepescunt, sed magis magisque roborantur, 30, 4, 9.

inter (vgl. *Curtius* Grundz. I. p. 273), I) *Adv.*, **mitteninne, dazwischen**, vgl.: hoc quoque apud Graecos sine dubio adverbium est: significat enim τὸ μεταξύ: nec solum casualibus praeponitur apud nos et gravatur, quod suum est praepositionis, sed etiam verbis potest adiungi et paenultima acui, ut si dicam: tu dextrorsum, ille sinistrorsum, ego curro inter, Prisc. II. p. 42, 23. u. vgl. *Corssen* Ausspr. II. p. 88; u. so nur bei Val. Flacc.: dumque pii petit ora patris stetit arduus inter pontus, 5, 337. tot montibus inter diviso totidemque fretis (tibi), 6, 220. impatiens tremit hasta morae nec longius inter, quam quot tela vetet, superest mare, 8, 303. u. vgl. 8, 382.

II) *Praepos.* neben dem *Accus.* (in der Regel vor demselben, bei Dichtern, aber in der Prosa nur nach dem Relativum, seltener in anderen Fällen nach demselben gestellt, und dann enklitisch behandelt nach Charis. p. 232, 19. 234, 16. u. vgl. 236, 21), weist auf einen Gegenstand hin, in dessen inneren Bereich etw. kommt, in dem sich etw. befindet od. etw. vorgeht, **mitten - hinein, in - hinein, in, unter** (b. Verb. der Bewegung), u. **mitten - drin, in - drin, inmitten, in, auf, unter, bei** (b. Verb. der Ruhe), a) im Raume, α) eig.: tantum inter densas umbrosa cacumina fagos adsidue veniebat, Virg. Ecl. 2, 3. quos paucos inter media praesidia hostium praemiserat, Liv. 44, 3, 5. quinque equites inter stationes hostium emissi, 3, 26, 4. ne quis hostium evadere inter stationes posset, 5, 46, 1. u. vgl. 5, 27, 2. cum aliquot navibus onustis in portum Tarentinum inter hostium custodias pervenit, 25, 15, 4. simulatione deposita inter coniuratos veni, Hygin. fab. 95. te magna inter praemia ducet, Virg. A. 12, 437; — haec seu nostras inter sunt cognita terras, fabula sive novum dedit his erroribus orbem, Tibull. 4, 1, 79. erat inter ceteram planitiem mons saxeus, Sall. J. 92, 5. erat inter magnas solitudines oppidum magnum, 89, 4. mira subest gravitas inter fora, minus omissa paulisper gravitate lepos, Carm. in Pis. 150. moror inter aras, templa perlustro omnia, Phaedr. 4, 24, 5. dum vitam in silvis inter deserta ferarum lustra domosque traho, Virg. A. 3, 646. conspicit ecce alios dextra laevaque per herbam vescentes laetumque choro paeana canentes inter odoratum lauri nemus, 6, 656. nec quisquam nostras inter dumeta Camoenas respiceret, Calp. 4, 46. u. so 5, 5. flamma

enim facile persuadetur invitis, 4, 3, 10; — im *Genit.*: quo saepe ministro edomita inviti conponit lumina fratris, Sil. 10, 341. imbrem et tenebras saevumque tridentem iam iam ego et inviti torsissem coniugis (i. e. Iovis) ignem, VFlacc. 1, 116; — im *Ablat.*: me invito abduxit meam, Ter. Ad. 2, 1, 44. u. so Heaut. 4, 5, 47. enotuerunt quidam tui versus et invito te claustra sua refregerunt, Plin. Ep. 2, 10, 3. si se invito transire conarentur, Caes. BG. 1, 8, 2. quod eo invito iter per provinciam-temptassent, 1, 14, 3. audeat invito ne quis discedere Amore, Tibull. 1, 3, 21. feci hodie ut fierent insperante hoc atque invito Pamphilo, Ter Andr. 3, 4, 24. domus, uxor, liberi inventi invito patre, 5, 3, 20. invito domino, Quint. 7, 3, 27; si sine pace tua atque invito numine Troes Italiam petiēre, Virg. A. 10, 31; — Iunone invita munus amoris habet, Ov. F. 4, 720. u. so M. 10, 161. nec quisquam invita faciet bene vincula plantae Pallade, F. 3, 823. invita tamen hunc perimet mea dextra Diana, M. 8, 395. tu nihil invita dices faciesve Minerva (d. i. adversante et repugnante natura, nach der Erklärung Cic. Off. 1, 31, 110), Hor. AP. 385. invita matre, Ov. F. 6, 69. Sall. H. 1, 24. edidit invita geminos Latona noverca, Ov. M. 6, 336. fulsit ab invita lumen procul, VFlacc. 6, 480; — materiem totius corporis omnem perspicuum'st nobis invitis ire rapique, Lucr. 2, 274. invitis omnibus, Ter. Ad. 2, 1, 4. nisi noster Pompeius dis hominibusque invitis negocium everterit, Cic. QFratr. 3, 2, 1. et deis invitis desinis esse miser? Catull. 76, 12. quod temere invitis suscipiatur heris, 68, 78. quin inde invitis sumpserint perduellibus, Enn. trag. 427. qua (via) Sequanis invitis - ire non poterant, Caes. BG. 1, 9, 1. — Im *Superl.*: quod et illo et me invitissimo fiet, Cic. Att. 5, 21, 9. quum maximis suis rebus coactus a me invitissimo decessisset, Fam. 3, 10, 3. fuit alioqui fratribus illis quasi fato datum, ut divites fierent invitissimis a quibus facti sunt, Plin. Ep. 8, 18, 5; milites desides et urbana luxuria dissolutos invitissimos ad exercitium militare produxit, Spart. Julian. 5. — Mit *Genit.*: credidit dominum non invitum fore huius solutionis, Ulp. Dig. 16, 3, 11. — b) Im *Nominat.*: invitus me vides: vivam tamen, Plaut. Cas. 2, 4, 23. ille invitus illam duxerat, Ter. Hec. 1, 2, 67. nulla'st tam facilis res, quin difficilis siet, quom invitus facias, Heaut. 2, 6, 2. da operam, ne quid umquam invitus facias, Sen. Ep. 6, 9, 3. invitus feci: lex coëgit, Ter. Phorm. 2, 1, 6. u. so Cic. Sen. 12, 42. est beneficium eo carere quod invitus possideas, Syr. 781. invitus, regina, tuo de litore cessi, Virg. A. 6, 460. distat enim, spargas tua prodigus, an neque sumptum invitus facias neque plura parare labores, Hor. Ep. 2, 2, 195. u. vgl. 1, 5, 21. 1, 10, 31. neque tamen senatus provinciam invitus dederat, Sall. C. 19, 2. u. vgl. J. 96, 2. ut invitus quoque aqua satietur, Cels. 5, 27, 2. invitus mehercule dico, quoniam cet., Quint. 12, 5, 2. u. vgl.. 11, 2, 49. quos (libellos) aliquanto magis invitus quam meos lego: nam et meos invitus, Plin. Ep. 9, 15, 1. qui petentibus vacationem invitus quidem, sed tamen tribuas, Pan. 87, 2. quod (fastigium) invitus amiserat, Eutr. 10, 2; — quam invita ancillans, dicto obediens viri, Att. 442. invita, o regina, tuo de vertice cessi, invita, Catull. 66, 39. et Turnum et terras invita reliqui, Virg. A. 12, 809. u. vgl. hier: quidquid sum ego, quamvis infra Lucili censum ingeniumque, tamen me cum magnis vixisse invita fatebitur usque invidia, Hor. Sat. 2, 1, 74; — inviti quoque avaritiam exercere iubentur, Juv. 14, 108. quum iidem fabellas Latinas ad verbum e Graecis expressas non inviti legant, Cic. Fin. 1, 2, 4. inviti summae spei adulescentes - Vercingetori parent, Caes. BG. 7, 63, 9. ne inviti iudices audiant et adversi, Quint. 4, 5, 19. u. vgl. 12, 9, 17; — rumpimus invitae tua vincula teque per aequor quaerimus, Virg. A. 10, 233; — im *Superl.*: quae (obscoena) invitissimus quisque alteri ostendit, Cels. 6, 18. eum ego a me invitissimus dimisi, Cic. Fam. 13, 63, 1.

2) bei Dichtern v. Lebl., u. zw. a) zunächst von Gliedern des menschlichen Körpers: cui dedit invitas victa noverca manus, Ov. F. 6, 800. repetit invitam manum antiqua Erinnys, Sen. Med. 941. effrenae solitus pectora coniugis invita trepidus prendere dextera, 103. sed tamen erubuit subitusque invita notavit ora rubor, Ov. M. 6, 46. quin et Ixion Tityosque voltu risit invito, Hor. Od. 3, 11, 21. invito prospexit Colchida vultu, VFlacc. 7, 575. larga invito prorumpunt flumina vultu, Claud. Rapt. Pros. 3, 128. quae simul invitas crimen pervenit ad aures, excidit cet., Ov. AA. 2, 449. invito est pectore passa Iovem (Iuno), F. 2, 178. subiectatque manus invitaque pectora tangit, M. 4, 359. fert gravis invito victorem Nestora tergo Monychus, VFlacc. 1, 145. quibus invito maduerunt sanguine dextrae, 3, 391; mota quidem est genetrix infractaque constitit ira invitique oculi lacrimis maduere coactis, Ov. M. 6, 627. — b) von and. Gegenst., in den Cas. obl.: dirus in invitas effugit spiritus auras, Sil. 16, 545. invitis spargenda dabas tua membra procellis, Lucan. 5, 684. invitae properes anni spem credere terrae, Virg. G. 1, 224. invito processit Vesper Olympo, Ecl. 6, 86. ire per invitas experiemur aquas, Ov. Her. 18, 194. invitis ire paratis aquis, 13, 126. duc, inquam, invitas ipsa per ora rotas, F. 6, 608. te quoque, Canthe, tui non inscia funeris Argo flevit ab invita rapientem tela carina, VFlacc. 6, 318. ut saepe puppes aestus invitas rapit, Sen. Herc. fur. 676. valido qui robore tauros sub iuga et invito detorquet in ilia cornu, VFlacc. 4, 684. aelinon in silvis idem pater, aelinon, altis dicitur invita concinuisse lyra, Ov. Am. 3, 9, 24. nos quoque frugiferum sentimus inutilis herba numen et invita saepe iuvamur ope, Ov. Pont. 2, 1, 15; — im Nomin.: cum manum invitus sequeretur ensis, Sen. Thyest. 564. verbaque provisam rem non invita sequentur, Hor. AP. 311. erumpit etiam invitus saepe (risus), Quint. 6, 3, 9. zw. fatis debentibus annos mors invita subit, Lucan. 6, 530. — *Adv.*: **invite**, loquere, gnate! Sen. Oed. 1010. invite cepi Capuam,

Cic. Att 8, 3, 4; im *comp.*: quem ego paullo sciebam vel pudentius vel invitius - ad hoc genus sermonis accedere, Cic. dOr. 2, 89, 364.

invius, a, um, **unwegsam, ungangbar, schwer zugänglich** (v. Land u. Wasser), 1) eig., *neben Subst.*: locorum squalor et solitudines inviae, Curt. 5, 21 (6), 13. rex viginti stadia processit semita propemodum invia, 6, 13 (4), 20. non in Ciliciae angustiis et inviis callibus, sed in aperta et lata planitie dimicare, 4, 47 (13), 6. invius limes det faciles ad superos vias, Sen. Herc. fur. 567. iter inv., Apul. M. 6, 18. propemodum invias silvas emensi, Curt. 5, 21 (6), 15. postquam altos ventum in montes atque invia lustra, Virg. A. 4, 151. non haec furculas nec Caudium nec saltus invios esse, Liv. 9, 14, 10. inviae cotes praeruptaeque rupes, Curt. 6, 23 (6), 26. praealtae silvae rupesque inviae, 6, 16 (5), 13. per calles et paene invias rupes, 7, 41 (11), 7. u. vgl. 5, 15 (4), 18. Orion in vada caeca tulit penitusque procacibus austris perque undas superante salo perque invia saxa dispulit, Virg. A. 1, 535. u. so: per inv. saxa, Curt. 8, 41 (11), 21. reliquit istas invio plumas specu Harpyia, dum Zeten fugit, Sen. Med. 782. per altas invii retro lacus vadit tenebras, Hipp. 94. Franci inviis strati paludibus, Vopisc. Prob. 12; — als *Praedic.*: nam templa profanus invia cum Phlegyis faciebat Delphica Phorbas, Ov. M. 11, 413. Riphaeis montibus proxima - nives adeo invia efficiunt, ut -, Mel. 2, 1, 1. nec dilata foret vindicta, nisi aequora saevi invia fecissent venti, Ov. M. 12, 8. ob nives invia (terra), Mel. 3, 7, 1. ipsa invia atque deserta regio, 3, 7, 8. ipsum promunturium quo id mare clauditur a Ceraunis saltibus invium est, 3, 8, 10. Alpes adhuc ea parte invias sibi patefecit, Eutr. 3, 8. omnibus ferme aliis inviis itinera tria esse, Liv. 38, 20, 4. nondum tamen invia Iani ora patentis erant neque iter praecluserat unda, Ov. M. 14, 789. avaritia gloriae et insatiabilis cupido famae nihil invium, nihil remotum videri sinebat, Curt. 9, 7 (2), 9; — im *Plur. subst.*: per mediam Libyen veniant atque invia tentent, Lucan. 9, 386. per invia pleraque, Liv. 21, 35, 4. dumosa per invia, Sil. 14, 640. ruunt caeci per vias, per invia, Liv. 38, 23, 1. per vias inviaque, 23, 17, 6. per invia atque ignotas rupes, 38, 2, 13. per lubrica atque invia, Curt. 8, 48 (14), 7. per invia, Mel. 3, 9, 8. iuxta invia ac devia, Liv. 21, 33, 4; — neben Subst. od. als Präd. näher bestimmt durch den *Ablat.*: perducere incautos in loca naturae situ invia, Curt. 7, 15 (4), 4. undique rupibus invia (regio), Plin. 12, 14 (30), 52. qua paludibus invia fuit (Gallia), Sall. H. 1, 8. incisis undique ripis invius (Atlas), Mel. 3, 10, 1. invius saxis Eryx, Sen. Med. 708. longa procul longis via dividit invia terris (Italiam), Virg. A. 3, 383. und: invia virtuti nulla est via, Ov. M. 14, 113; — mit *Dativ.*: invius humano gressu (mons), Claud. Nupt. Hon. et M. 49. maria invia Teucris, Virg. A. 9, 130. lucos Stygis et regna invia vivis aspicies, 6, 154. nihil virtuti suae invium et penetrandam Caledoniam - fremebant, Tac. Agr. 27; — mit *Inf.*: hic tumultu rapitur ingenti ferox, et saxa fluctu volvit, Acheron, invius renavigari, Sen. Herc. fur. 714. — 2) übtr.: tot bellis invia tecta, Sil. 4, 306. ingenio portus urbs invia, 14, 183. invia Sarmaticis domini lorica sagittis, Mart. 7, 2, 1. mortifera vinctum perfidae tradet neci induta vestis: exitum manibus negat caputque laxi et invii cludunt sinus, Sen. Agam. 879 sqq.

invŏcātio, ōnis, *f.*, **das Anrufen, die Anrufung**, mit *Gen. obj.*: deorum u. dearum, Quint. 6, 1, 3. 33. 10, 1, 48; — *abs.*: invocatione protendimus (manus), 11, 3, 115. ad invocationem aliquam convertimur, 9, 2, 38. u. vgl. §. 104. „vos" quoque inquit (Virg. G. 1, 5), „labentem caelo qui ducitis annum, Liber et alma Ceres", tam lunam quam solem duces anni hac invocatione designans, Macrob. Sat. 1, 16, 44.

invŏcātīvus, a, um, **die Anrufung betreffend**, orationis species, Boëth. introd. ad syllog. p. 561.

1. **invŏcātus**, a, um, *Ptcp.*, s. invoco.

2. **invŏcātus**, a, um (v. negat. in u. voco), **ungerufen**, a) im Allg.: invocatus ad subsellia rei occurro, Cic. Fam. 8, 8, 1. u. v. Lebl.: etiam ad dormientem veniunt invocatae (imagines), ND. 1, 38, 109. — b) insb. **ungeladen, uneingeladen**, postulo ut mihi tua domus te praesente absente pateat, invocato ut sit locus semper, Ter. Eun. 5, 8, 29. ut, quos invocatos vidisset in foro, omnes devocaret, Nep. Cim. 4, 3. communia autem sunt, quibus etiam invocati suo iure de populo possent venire, Vitr. 6, 8; im Wortspiel: Iuventus nomen indidit Scorto mihi eo quia invocatus (ungeladen) soleo esse in convivio: scio apsurde dictum hoc derisores dicere, at ego aio recte. Nam in convivio sibi amator, talos quom iacit, scortum invocat (ruft an): estne invocatum an non est? est planissume. Verum hercle vero nos parasiti planius, quos numquam quisquam neque vocat neque invocat, Plaut. Capt. 1, 1, 1—8.

invŏcātus, u, *m.*, **das Unterlassen einer Aufforderung**, iniussu atque invocatu meo, Fronto ad Ver. Ep. 1.

invŏco, āvi, ātum, āre, **zu Imdn. hinrufen, sich rufend an Imdn. wenden, Imdn. anrufen**, theils im Allg., theils bes. **rufend Imds. Hülfe suchen, Imdn. anflehen**, a) im Allg.: alibi manus est occupata, alii percellit pedem, anulum alii dat spectandum, a labris alium invocat, cum alio cantat cet., Naev. com. 77. aspice hoc sublimen candens, quem invocant omnes Iovem, Enn. trag. 402. reginas dominasque veris quondam, tunc alienis nominibus invocantes (d. gefangenen Frauen des Darius), Curt. 3, 29 (11), 25. Persae iustissimum ac mitissimum dominum, Macedones optimum ac fortissimum regem invocantes certamen quoddam moeroris edebant, 10, 15 (5), 9. multis caritates diversas, quas prae angustiis videre non poterant, invocantibus, Amm. 18, 8, 14; — blandius alia ad aurem invocabat, M. Cael. b. Quint. 4, 2, 124. quoquo nomine, quoquo ritu, quaqua facie te fas est invocare, Apul. M. 11, 2. — b) insbes., zunächst die Götter u. dgl.: cum me (d. Venus) sollicita proles Neptunia voce invocat Hippo-

menes, Ov. M. 10, 639. te, Sol, invoco, Pacuv. 219. Erebo creata fuscis crinibus Nox, te invoco, Enn. trag. 183. te, Apollo, sancte, fer opem, teque, omnipotens Neptune, invoco, Turpil. 118. te (den Hymenäus) suis tremulus parens invocat, Catull. 61, 52. invoco vos, Lares viales, ut me bene tutetis, Plaut. Merc. 5, 2, 23; — quos ignorat adhuc, invocat illa deos, Ov. F. 6, 516. u. so: trepido ore deos, Claud. Idyll. 7, 10 u. deos, Curt. 7, 35 (8), 29. nullos, inquit, impios deos, nullas devotiones nec aliut infelicibus precibus invocavi, Tac. A. 16, 31. invocatique ultores parentum dii, Liv. 1, 59, 10. deos patrios, gentium iura nequicquam apud surdas aures invocabat, Curt. 6, 42 (11), 15. nequiquam deos fidemque invocantes, Liv. 9, 12, 8. deumque invocantes, cuius ad sollemne ludosque per fas ac fidem decepti venissent, 1, 9, 13. Iovem Phrygiamque ex ordine matrem invocat, Virg. A. 7, 139. si fallat, Iovem patrem Gradivumque Martem aliosque iratos invocat deos, Liv. 2, 45, 14. Herculem - ab invocato Iove adiutum, Mel. 2, 5, 4. Iunonem Lucinam in pariendo invocant, Cic. ND. 2, 27, 68. ades invocata (Venus): iam faves votis, dea, Sen. Hipp. 424. Solem et Mithren sacrumque et aeternum invocans ignem, Curt. 4, 48 (13), 12. invocata munus hoc sanxit Styge, Sen. Hipp. 942. Musas invocarent, Quint. 4. pr. 4. toto quippe mundo et omnibus locis omnibusque horis omnium vocibus Fortuna sola invocatur, Plin. 2, 7 (5), 22. frustra parentis invocas manes tui, Oct. 136. ut - initiis operum suorum invocat assiduo Saturnia sidera questu, VFlacc. 2, 364. auxiliaria (fulgura). quae invocata, sed advocantium bono veniunt, Sen. NQ. 2, 49, 3; — patrem nec ostendere possum, nec invocare audeo, Curt. 6, 40 (10), 30. victor ad haec Atheniensium Philippus pater invocabatur, 3, 25 (10), 7. socerumque patremque invocat heu! frustra, Ov. M. 11, 561. captivarum agmina matrum invocat, 13, 560. ut et - M. insuper Brutum, cuius statua in conspectu erat, invocaret, Suet. Rhet. 6. omnia visere, omnia audire et undecunque invocatum statim, velut numen, adesse et adsistere, Plin. Pan. 80, 4. te nunc invocat unam, VFlacc. 7, 343. strepunt aures clamoribus plorantium sociorum, saepius nos quam deorum invocantium opem, Liv. 22, 14, 8. u. vgl. d. Wortspiel bei Plautus unter 2. invocatus a. E.; — quas manus, orbis miser, invocabis, Sen. Herc. Oet. 1534. inopi lingua desertas invocat artes, Petron. 83, 10, 6. invocare identidem atque expectare lucem consuerat, Suet. Cal. 50. mori est felicis, antequam mortem invocet, Syr. 645. impius frustra invoco mortem relictam, Sen. Hipp. 1219; — erit vobis locus querendi aput senatum, invocandi leges, Tac. A. 2, 71. quis meum nominans nomen aede exciet? quis tumultu invocans incolarum fidem? Poët. b. Censor. frg. 14. p. 96. fidem pastorum nequiquam invocans, Liv. 1, 7, 7. fidem militum flens ac veste a pectore discissa invocavit, Suet. Caes. 33. invocare Quiritium fidem, Petron. 21, 1. suorum invocat fidem atque auxilium, Hirt. BG. 8, 48, 3. vereor enim ne sit inmodicum pro omnibus pariter invocare indulgentiam tuam, Plin. Ep. 10, 104 (105); — si - nunc omnes *in* auxilium deos ipsumque in primis, quo neque praesentius aliud nec studiis magis propitium numen est, invocem, Quint. 4. pr. 5. in auxilium a Bithyniae rege invocati, Justin. 25, 2, 11; — cum - ipsum advocatum *ad* communem imperatorum fortunam defendendam invocarem, Cic. dOr. 2, 47, 196. te, te, soror - invoco ad causam parem! Sen. Hipp. 663; — mit *Dat.*: ubi partuis deos sibi invocat, Plaut. Amph. 5, 1, 9. quanto laudabilius periturum, dum amplectitur rem publicam, dum auxilia libertati invocat! Tac. A. 15, 59; — responsum est non iure eum *adversus* Cheruscos arma Romana invocare, 2, 46. ab aris alius accendit faces *contra*que Troas invocat Troiae sacra, Petron. 89, 2, 65; — te sancte venerans precibus, invicte, invoco, portenta *ut* populo patriae verruncent bene, Att. Aen. 5. u. vgl.: Thebae, paventes arma fraterna, invocant rogantque tectis arceas patriis faces, Sen. Phoen. 321; — *absol.*: fer auxilium tuae matri invocanti, Sen. Oct. 133. unde metus et iustae preces invocantium, antequam hostes reparatis viribus ad spem vel ad ultionem accingerentur, Tac. H. 4, 79.

invŏlātus, u, *m.*, das Einherfliegen, non igitur ex alitis involatu nec e cantu sinistro oscinis - tibi auguror, Cic. Fam. 6, 6, 7.

involgo, are, s. invulgo.

invŏlĭto, āre, über etw. fliegen, flattern, schweben, nur übtr.: quae nunc umeris involitant deciderint comae, Hor. Od. 4, 10, 3; — desine flere bonum tantum, tenet ille regna caeli nec minus involitat terris, nec ab hoc recedit orbe, Prud. Perist. 13, 99. superis, PNol. Ep. 32 (12), 6.

invŏlo, āvi, āre, eig. v. Geflügel, hineinfliegen, übtr. v. Menschen: schnell auf etw. zufahren, sich in od. auf Jmdn. od. etw. stürzen, Jmdn. od. etw. schnell angreifen, überfallen, theils im Allg., theils milit., theils in Bezug auf fremdes Eigenthum, dessen man sich bemächtigen will, dah. auch = sich einer Sache bemächtigen, 1) eig.: *in* villam intro involant columbae, Varr. RR. 3, 7, 1. od. mit *Dat.*: neque enim debent ipsis nidis involare (gallinae), Col. 8, 3, 5. — 2) übtr. im Allg.: occasionem nancta mulier involat *in* collum, plorat, orat cet., Afran. 245. ad me cum spectas fabularique incipis, ex ore in oculos tuos bibones involant, 407. u. zugleich mit *Dat.* der Person: vix comprimor, quin involem illi in oculos stimulatrici, Plaut. Most. 1, 1, 46. ut ego unguibus facile illi in oculos involem venefico! Ter. Eun. 4, 3, 6. vix me contineo, quin involem monstro in capillum, 5, 2, 20; — militär.: *ad* ipsum Longinum L. Licinius Squillus involat iacentemque levibus sauciat plagis, Auct. BAl. 52, 4; — mit *Acc.*: involavēre nostrorum equitum turmas, Amm. 16, 12, 36. u. so: alqm., 21, 4, 8. 24, 2, 5. Apul. M. 2, 32. inprovisi castra involavēre, Tac. H. 4, 33. hic ardor solusque labor, quid corpore Magni proiecto rapiat, quos Caesaris involet artus, Lucan. 6, 587. expugnatur

navis, cum-aut vela conscinduntur aut ancorae involantur de mari, Callistr. Dig. 47, 9, 6. u. *abs.*: equites parent citi, ab dextera maxumo cum clamore involant, inpetu alacri ruont, Plaut. Amph. 1, 1, 88; — in Bezug auf fremdes Eigenthum: nostra est, inquam, omnis ista prudentiae doctrinaeque possessio, *in* quam homines quasi caducam atque vacuam abundantes otio nobis occupatis involaverunt, Cic. dOr. 3, 31, 122; mit *Accus.*: puerum strigae involaverant, Petron. 63, 8. his editis involat eam, Apul. M. 6, 10; auch: truces etiam tum animos cupido involat eundi in hostem, Tac. A. 1, 49; remitte pallium mihi meum, quod involasti, Catull. 25, 6. nisi si me iudicas anulos buxeos curare quos amicae tuae involasti, Petron. 58, 10. hereditatem accepit, ex qua plus involavit, quam illi relictum est, 43, 4.

invŏlucer, cris, cre, **ungefiedert, noch nicht flügge**, pulli etiam tunc involucres erant, Gell. 2, 29, 5.

invŏlucrum, i, *n.* (involvo), **die Hülle, Decke, der Ueberzug, Umschlag**, ne id quidem involucri inicere voluit, vestem ut ne inquinet, Serviette, Plaut. Capt. 2, 2, 17. ut clipei causa involucrum, vaginam autem gladii, sic praeter mundum caetera omnia aliorum causa esse generata, Cic. ND. 2, 14, 37. Antiochus - imperat suis, ut id (candelabrum) in praetorium involutum quam occultissime deferrent: quo postea quam attulerunt involucrisque reiectis constituerunt, clamare iste coepit, dignam rem esse regno Syriae cet., II. Verr. 4, 28, 65. emporitica inutilis scribendo involucris chartarum segestriumque mercibus usum praebet, Plin. 13, 12 (23), 76. corporis involucris tumulo frigente repostis, Prud. Hamart. 920. u. vgl. Cathem. 5, 36. contr. Symm. 1. praef. 54; — übtr.: sic modo in oratione Crassi divitias atque ornamenta eius ingenii per quaedam involucra atque integumenta prospexi, sed ea contemplari cum cuperem, vix aspiciendi potestas fuit, Cic. dOr. 1, 35, 161. multis enim simulationum involucris tegitur et quasi velis quibusdam obtenditur unius cuiusque natura, I. QFratr. 1, 5, 15.

invŏlūmen, ĭnis, *n.* b. Gloss. Phil. = ἐνείλημα, u. **invŏlūmentum**, i, *n.*, die **Hülle**, Augustin. de civ. d. Vulg. Sap. 7, 4.

invŏluntārius, a, um, **unfreiwillig**, urinae vel stercorum emissio, CAurel. Acut. 2, 3, 18. egestio, 2, 5, 25. exitus, §. 24. u. *Adv.*: **involuntarie**, Marcian. Dig. 1, 3, 2.

invŏlūte, *Adv.*, s. involvo.

invŏlūtio, ōnis, *f.*, das **Gewinde, Schraubengewinde**, Vitr. 10, 6 (11), 2.

invŏlūto, āre, **einwickeln, darumwickeln**, singula involutantur folia lauri, Apic. 2, 1.

involvo, volvi, volūtum, volvĕre, 1) **hineinrollen, -wälzen**, in etw. **hineindrehen, drehend** od. **wirbelnd** in etw. **hineinziehen**, a) eig.: desedit in undas (ratis) vicinum involvens contorto vertice pontum, Lucan. 3, 630; — mit *Dat.*: fit quoque ut involvat venti se nubibus ipse vertex conradens ex aëre semina nubis, Lucr. 6, 443. adprehensam (lanuginem) corpori involvi nido volubili, vom Seidenwurm, Plin. 11, 23 (27), 77. inferunt signa sternuntque obvios et igni suo involvunt, Tac. A. 14, 30. u. vgl.: cum permixtis acies sua tela tenebris involvunt, Lucan. 4, 489. — b) übtr.: si qua iniquitas involveretur, rem integram rursum ad senatum referrent, Tac. A. 3, 63. — 2) **daher -, dahin rollen, -wälzen**, fertur in abruptum magno mons improbus actu exultatque solo silvas armenta virosque involvens secum, Virg. A. 12, 687. involutos frangit Ionio salo opposita fluctus Leucas, Sen. Herc. Oet. 732. — 3) **darauf -, darüber rollen** od. **wälzen**, auf od. über od. an etw. rollen, wälzen, **schleudern**, saxa trabesque super totosque involvite montes, Ov. M. 12, 507. cupas taeda ac pice refertas incendunt easque de muro in musculum devolvunt: involutae labuntur: delapsae a lateribus longuriis furcisque ab opere removentur, Caes. BC. 2, 11, 2; — mit *Dat.*: Ossae frondosum involvere Olympum, Virg. G. 1, 282. involvite Pelion Ossae, Claud. IV. Cons. Hon. 108; ruit ille recedens et miser oppositis a tergo involvitur aris in caput inque umeros, Virg. A. 12, 291. nec densae trepidis apium se involvere nubes cessarunt aquilis, Sil. 8, 635. — 4) mit *Abl.* u. *absol.*, eig. u. übtr., Leb. u. Lebl., mit etw. **einwickeln, einhüllen, umwickeln, umhüllen, verhüllen, umstricken, verwickeln, verstricken**, dah. involutus, **verhüllt, dunkel**, a) eig., mit *Abl.*: silvestria membra nuda dabant terrae - circum se foliis ac frondibus involventes, Lucr. 5, 969. involvit se farina, v. Wiesel, Phaedr. 4, 2, 12; captivam (volpem) stipula foenoque involvit, Ov. F. 4, 705. is auferendus curioseque vestimentis involvendus est, Cels. 2, 17. involutus coccina gausapa lecticae impositus, Petron. 28, 4. segestria vel lodicula involutus, Suet. Aug. 83. hos (infantes Fortuna) fovet omnes involvitque sinu, Juv. 6, 606; quis me per auras turbo praecipitem vehet atraque nube involvet -? Sen. Thyest. 623. tenebris te protenus illis involvi flammisque velim, VFlacc. 7, 74. calidoque involvitur undique fumo, Ov. M. 2, 232. fumida (virgo) lumine fulvo involvi ac totum Volcanum spargere tectis (visa), Virg. A. 7, 76. vorari quosdam fluctibus involutos, Amm. 16, 12, 57; — sex fasciis involvendum (membrum) sic, ut cet., Cels. 8, 10, 1. idque (brachium) involutum mitella commodissime excipitur, 8, 10, 3. u. vgl. Petron. 54, 4. manum amiculo involutum Lysimachus in os leonis inmersit, Justin. 15, 3, 8. sinistras sagis involvunt, Caes. BC. 1, 75, 3. laevam involvere toga et incingi, Quint. 11, 3, 146. digiti pollices linteolis vel fasciis - involuti, Cels. 8, 12. Psyche puellae caput involverat flammeolo, Petron. 26, 1. lacertarum catulos venantur (araneae) os primum tela involventes et tunc demum labra utraque morsu adprehendentes, Plin. 11, 24 (28), 84. adsuetum casside crinem involvi, Sil. 7, 459. tenebris involverat atra lumen hiems, Claud. IV. Cons. Hon. 172. u. vgl.: continuo Bebryx - cursibus involvens (Pollucem) totaque inmanis harena insequitur, VFlacc. 4, 261; — lutea sed niveum involvat membrana

libellum, Tibull. 3, 1, 9. pelles, quibus involvuntur vestimenta, Paul. Dig. 33, 10, 5. exstincti titiones involutique panniculis, Cels. 2, 17. remediis lana involutis, Suet. Galb. 3. id tamen (alumen scissile) involutum lanula demitti commodius est, Cels. 6, 9. involvendumque lana specillum est et in eo medicamento tinguendum eoque ulcera implenda sunt, rursusque linamentum involutum et oblongum eodem medicamento illinendum demittendumque in narem, 6, 8. spatha fascia involuta, quo minus tactu laedat, 8, 15. mollis linamenti paulum involvendum aliqua compositione ex iis cet., 6, 13. argilla involvi (mala), Pallad. 3, 25, 17. offis pro aequa omnium portione confectis, suco ptisanae ac passo involutis adtinctum animal replebis, Veg. 1, 11, 7; — omnes circa campos spumantibus undis involvit, Sil. 12, 621. stagnante vado patulos involvere campos, 6, 143. involvant spumoso vortice silvas, Claud. Mall. Th. cons. 238. in cineres monimenta date atque involvite flammis, Sil. 6, 716. totum involvit flammis nemus, Virg. G. 2, 308. rapidoque involvitur aesculus igni, Sil. 5, 511. involvit orbem tenebris, Lucan. 1, 542. involvitque domum caligine caeca, Virg. A. 8, 253. involvunt atra telorum moenia nube, Sil. 1, 311. u. vgl.: at Mavors moto perturbans aëra telo et clipeo campum involvens Aetnaea Cyclopum munere fundentem loricam incendia gestat, 9, 447; — *absol.*: adhibitis in consilium dis, quos superiores et involutos vocant (Etrusci), Sen. NQ. 2, 41, 2. qui perfrixit, opus est in balneo primum involuto sedere, donec insudet, Cels. 1, 3; — meministine - nescio quo e gurgustio te prodire involuto capite soleatum? Cic. Pis. 6, 13. u. so Suet. Galb. 7. capitibus involutis cives R. ad necem producere instituit, Cic. II. Verr. 5, 60, 157. manuque ad digitos usque involuta rem divinam facere (iussit), Liv. 1, 21, 4. involuta sinistra manu curiose, Petron. 63, 6. considere diligenter involutis pedibus et capite, Cels. 3, 16. si dolor est, ea ipsa pars sine oleo, nitro ex aqua perungenda est, deinde involvenda, 3, 27, 2. carpenti somnos subitus rutilante coruscum vertice fulsit apex crispamque involvere visa est mitis flamma comam, Sil. 16, 119; — ut id (candelabrum) in praetorium involutum quam occultissime deferrent, Cic. II. Verr. 4, 28, 65. fomentisque - totum corpus circumdare convenit maximeque involutis exstinctis testis et titionibus, Cels. 3, 12; involvens umbra magna terramque polumque, Virg. A. 2, 251. fertur ab inmenso tempestas horrida coelo nigrantesque globos et turbida nubila torquens involvit terras, Sil. 4, 440. cum fractas involvunt aequora puppes, VFlacc. 6, 412. auster aqua involvens navemque virosque, Virg. A. 6, 335. involvēre diem nimbi et nox umida caelum abstulit, 3, 298. — b) übtr., mit *Ablat.*: saevum ingenium variis involvens modis (Medea), Phaedr. 4, 7, 14. vereor ne qui sit, qui istius insignem nequitiam frontis involutam integumentis nondum cernat, Cic. Pis. 6, 12; — litteris me involvo, aut scribo aut lego, Fam. 9, 20, 3. mea virtute me involvo, Hor. Od. 3, 29, 55. nec me laqueis tam insidiosae interrogationis involveram, Plin. Ep. 1, 5, 7. dedit exemplum praecavendi quomodo fraudibus involutos aut flagitiis commaculatos, sic specie bonarum artium falsos et amicitiae fallaces, Tac. A. 16, 32. diuturno otio involuti, Amm. 19, 11, 6. involvens bello Italiam, Sil. 3, 212. cuncta pari violentia involvebantur, Tac. A. 1, 70. involvat populos una fortuna ruina, Lucan. 7, 89; — nec ego pacem nolo, sed pacis nomine bellum involutum reformido, Cic. Phil. 7, 6, 19. obscuris vera involvens, Virg. A. 6, 100. sunt neque obscura neque ad percipiendum difficilia, quae scriptores diversis opinionibus pertinaciter tuendis involverunt, Quint. 8. pr. 4. flexa sic omnia Tuscus involvens multaque tegens ambage canebat, Lucan. 1, 637. historiis involvam carmina caecis, Ov. Ib. 57. haec est luminum occultationumque ratio, perplexior motu multisque involuta miraculis, Plin. 2, 15 (13), 62. latet fortasse (causa) obscuritate involuta naturae, Cic. Div. 1, 18, 35. mendacium versuti ducis simulatione benivolentiae involutum, VMax. 7, 3. Ext. 10; — *absol.*: quae singula inprovidam mortalitatem involvont, solum ut inter ista vel certum sit nihil esse certi nec quicquam miserius homine aut superbius, Plin. 2, 7 (5), 25; videbis itaque eloquentiam ebrii hominis involutam et errantem et licentiae plenam, Sen. Ep. 19, 5, 4 (114). primus a rebus occultis et ab ipsa natura involutis avocavisse philosophiam et ad vitam communem adduxisse (videtur Socrates). Cic. Acad. 1, 4, 15. res involutas definiendo explicavimus, Or. 29, 102. quae (definitio) quasi involutum evolvit id, de quo quaeritur, Top. 2, 9. altera occulta quaedam et quasi involuta aperiri, altera prompta et aperta iudicari, Fin. 1, 9, 30. quum ea, quae quasi involuta fuerunt, aperta sunt, Acad. 2, 8, 26; dav. *PAdj. superl.*: in hac - re omnium maxima atque involutissima, Sen. NQ. 6, 5, 3. u. *PAdv.*: questus est de fratris insidiis **involute** et incondite ad illius accusationem, sui vero excusationem, Spart. Carac. 2.

involvŭlus od. **involvŏlus**, i, *m.*, die **Wickelraupe**, involvulum (imitatur), quae in pampini folio intorta implicat se, Plaut. Cist. 4, 2, 63.

invulgo od. **involgo**, āvi, ātum, āre, etw. **unter die Leute bringen, veröffentlichen, bekannt machen**, non eum recte fecisse, quod disciplinas acroaticas, quibus ab eo ipse eruditus foret, libris foras editis involgasset, Gell. 20, 5, 7. quae non volgo ac temere, sed cum castitate caerimoniaque adeuntium et reverenda et reformidanda sunt magis, quam involganda, 4, 9, 9. molestius equidem culpatiusque esse arbitror, verba nova, incognita, inaudita dicere, quam involgata et sordentia, 11, 7, 1; — *absol.*: quo die Allobroges invulgarunt, Kundgebungen machen, Cic. Att. 2, 1, 3.

invulnĕrābĭlis od. **involn-**, e, **unverwundbar**, nur übtr.: involnerabile est non quod non feritur, sed quod non laeditur: ex hac tibi nota sapientem exhibebo, Sen. Const. sap. 3, 3. cum semel animum virtus induravit, undique invol-

nerabilem praestat, Cons. ad Helv. 13, 2. vide ergo, num satius sit aut involnerabilem animum dicere, aut animum extra omnem patientiam positum (apathisch), Ep. 1, 9, 2.

invulnĕrātus, a, um, unverwundet, ohne verwundet worden zu sein, nur übtr.: ceteri vero aut repentina vi perculsi ac tempestate populari per populum tamen ipsum recreati sunt atque revocati, aut omnino invulnerati inviolatique vixerunt, Cic. Sest. 67, 140.

io! *Interj.* io! ah! ach! als Ausdruck starker Gemüthsaufregung: io bucco! - quis me iubilat? - vicinus tuus antiquus, Apriss. com. 1. p. 231. clamat „io comites, opus haec victoria nostrum est!" Ov. M. 3, 728. si collibuisset, ab avo usque ad mala citaret „io Bacche!" modo summa voce, modo hac, resonat quae chordis quattuor ima, Hor. Sat. 1, 3, 6. Ol. io Hymen Hymenaee! Stat. io Hymen! Plaut. Cas. 4, 3, 3. io Hymen Hymenaee io, io Hymen Hymenaee, Catull. 61, 120. öft. dicite „io Paean" et „io" bis dicite „Paean", Ov. AA. 2, 1. u. vgl. Claud. in Rufin. 1. praef. 11. teque, dum procedis, io Triumphe! non semel dicemus, io Triumphe! civitas omnis, Hor. Od. 4, 2, 49. u. vgl. Epod. 9, 21. miles (od. volgus) „io" magna voce „Triumphe" canet, Tibull. 2, 5, 118. Ov. Tr. 4, 2, 51. Am. 1, 2, 33. io, io, liber ad te venio: iam sestertium quadragies redegi parte vendita Baeticorum, Plin. Ep. 3, 9, 13; — clamat „io matres, audite, ubi quaeque Latinae", Virg. A. 7, 400. et bis „io Arethusa!" vocavit, „io Arethusa", Ov. M. 5, 625. clamat „io, comites, his retia tendite silvis", 4, 513. illum, illum tendite campum, tendite, io, comites, Stat. Theb. 4, 677; Graia iuvenca venit, quae te patriamque domumque perdat! io, prohibe, Graia iuvenca venit, Ov. Her. 5, 117. uror io: remove, saeva puella, faces, Tibull. 2, 4, 6. labor, io, cara lumina conde manu, Ov. AA. 3, 742. agna cadet vobis, quam circum rustica pubes clamet „io messes et bona vina date", Tibull. 1, 1, 23; — quantus, io, Latias mundi conventus ad aras suscipit et solvit pro duce vota suo! Mart. 8, 4, 1. ecquis, io, revocat discedentemque reducit? ecquis, io, largas pandit amicus opes? 5, 25, 3. fulmen, io ubi fulmen? Ov. M. 3, 442. quid deinde, quid, oro, restat, io, profugis? Sil. 5, 633; — io, enicas me miserum, quisquis es, Plaut. Truc. 1, 2, 21. illa quidem clamabat „io, carissima mater, auferor", Ov. F. 4, 447. succurrite - io cives, Hor. AP. 459. mater „io geminae" clamavit „adeste sorores", Ov. M. 3, 713. clamat „io coniunx, quocumque in cardine mundi bella moves, huc signa refer", Sil. 4, 779. io patria, o regum incertissima tellus, nunc certe victoris eris, Stat. Theb. 11, 390.

iŏcābundus, a, um, scherzend, venerabilibus erga deos verbis iuventus rudi atque incomposito motu corporum iocabunda gestus adiecit, VMax. 2, 4, 4. porrectam veneni potionem non dubitanter hausit quodque ex ea superfuerat iocabundus inlisum humo clarum edere sonum coëgit, 3, 2. Ext. 6. cum captis Veiis unus ex militibus - iocabundus ac ludens interrogaret, utrumne cet., Lact. 2, 7.

iŏcātio, ōnis, *f.*, das Scherzen, meton. Scherzhaftes, ein Scherz, si quid in ea epistola, quam -, fuit historia dignum, scribe quam primum, ne ignoremus: sin nihil praeter iocationem, redde id ipsum, Cic. Att. 2, 8, 1. nunc venio ad iocationes tuas, Fam. 9, 16, 7.

iŏcĭnus, iocinoris od. iocineris, s. iecur.

iŏco, āre (iocabo, Plaut. Cas. 4, 4, 20) u. gew. **iŏcor**, ātus sum, āri, scherzen, spaßen (Ggstz. asseverare), vgl.: duplex omnino est iocandi genus, unum illiberale, petulans, flagitiosum, obscenum, alterum elegans, urbanum, ingeniosum, facetum, Cic. Off. 1, 29, 104; zunächst a) mit Worten: simul es, iocaris una (d. i. cum puero meo), Catull. 21, 5. u. vgl. 2, 6. nec mihi, quod lusi sine crimine, prodest, quodque magis vita Musa iocata mea est, Ov. Tr. 3, 2, 5. iocabar equidem, Ter. Eun. 2, 3, 87. hic quam volet Epicurus iocetur, homo non aptissimus ad iocandum minimeque resipiens patriam et dicat cet., Cic. ND. 2, 17, 46. bella ironia, si iocaremur: sin adseveramus, vide ne religio nobis tam adhibenda sit quam si testimonium diceremus, Brut. 85, 293; — atqui tu hanc iocari credis? Ter. Heaut. 4, 4, 7. iocari me putas? moriar, si cet., Cic. Att. 16, 5, 3. video enim te iam iocari per litteras, Fam. 7, 11, 2. iocari se dicebat, cum cet., Treb. Poll. Gallien. duob. 17. fictis iocari nos meminerit fabulis, Phaedr. 1. prol. 7. deos enim ipsos iocandi causa induxit Epicurus perlucidos et perflabiles cet., Cic. ND. 2, 17, 40. ipsumque iocandi genus non profusum nec immodestum, sed ingenuum et facetum esse decet, Cic. Off. 1, 29, 103. quae de usu ipso et modo iocandi complexus sum, Quint. 6, 3, 102. iocandi licentia, Suet. Aug. 98; tantam in Crasso humanitatem fuisse, ut - tolleretur omnis illa superioris tristitia sermonis eaque esset in homine iucunditas et tantus in iocando lepos, ut cet., Cic. dOr. 1, 7, 27; tum lanius iocans: cet., Phaedr. 3, 4, 3. me quoque, iocansne an ita sentiens, non enim satis intelligebam, coepit hortari, ut sententia desisterem, Cic. Acad. 2, 19, 63. cum - interdum iocans eius verbosiores eliceret epistolas, Nep. Att. 20, 2. nec accusatorem atroci in causa, nec patronum in miserabili iocantem ferret quisquam, Quint. 6, 3, 31. cincti obvios pellibus immolatarum hostiaram iocantes petiverunt, VMax. 2, 2, 9. is inter iocantes honos praecipuus est, Mel. 2, 1, 13. u. vgl.: quorum (faunorum) noctivago strepitu ludoque iocanti adfirmant volgo taciturna silentia rumpi (= iocosa), Lucr. 4, 582; — iam familiariter *cum* ipso cavillor ac iocor, Cic. Att. 2, 1, 5. iocerne tecum per litteras? Fam. 2, 4, 1. de re severissima tecum, ut soleo, iocor, 7, 11, 3. cum inter moras laudationum aut in aures alicuius loquuntur aut cum sodalibus iocantur, Quint. 11, 3, 131. u. vgl. Capitol. Maxim. duob. 4; — iocatus *in* valetudinem oculorum Phaeneae, Liv. 32, 34, 3; — mit allg. *Accus.*, in Bezug auf etw. scherzen, scherzend etw. sagen, haec enim iocatus

sum, Cic. Fam. 9, 14, 4. quae iam veteres illi iocabantur, Quint. 6, 3, 57. Campanum in morbum, in faciem permulta iocatus, Hor. Sat. 1, 5, 62; daher mit *Acc.* u. *Inf.*: mōrari eum desisse inter homines producta prima syllaba iocabatur, Suet. Ner. 33. cum modo se vero nihil dixisse neque tam stulte dicturos, modo bene admonitos ab adversario et agere gratias, quod adiuti sint, iocantur, Quint. 5, 13, 46. — b) handelnd, wie ludere, mit Jmdm. **seinen Scherz treiben, sein Spiel treiben**, quales ex humili magna ad fastigia rerum extollit, quotiens voluit Fortuna iocari, Juv. 3, 39. u. so Claud. in Eutr. 1, 24.

iŏcōsus, a, um, voll Scherz d. i. Scherz enthaltend, auf Scherz beruhend, im Scherz ausgeführt u. dgl., oder Scherze liebend, Scherze machend, **scherzhaft, spaßhaft, tändelnd, neckisch** (Ggstz. serius), o rem ridiculam - et iocosam dignamque auribus et tuo cachinno, und dann: res est ridicula et nimis iocosa, Catull. 56, 1. 2. u. 4. videat in primis, quibus de rebus loquatur: si seriis, severitatem adhibeat, si iocosis, leporem, Cic. Off. 1, 37, 134. mater, ades, florum ludis celebranda iocosis, Ov. F. 5, 183. vita verecunda est, Musa iocosa mea, Tr. 2, 354. non hoc iocosae conveniet lyrae, Hor. Od. 3, 3, 69. canere ad veteres verba iocosa modos, Ov. F. 6, 692. illa divisio, ut dictorum urbanorum alia seria alia iocosa alia media faceret, Quint. 6, 3, 106. sermone opus est modo tristi, saepe iocoso, Hor. Sat. 1, 10, 11. arbiter hic (Tiresias) igitur sumptus de lite iocosa dicta Iovis firmat, Ov. M. 3, 332. u. vgl. Ib. 261; te canam, magni Iovis et deorum nuntium curvaeque lyrae parentem, callidum quicquid placuit iocoso condere furto, Hor. Od. 1, 10, 5; subst.: ibi illa tam iocosa fiebant, Catull. 8, 6. mihi etiam iocosa quaedam videntur posse nan satis urbane referri, Quint. 6, 3, 106; — tu sapientium curas et arcanum iocoso consilium retegis Lyaeo, Hor. Od. 3, 21, 14. inter iocosi munera Liberi, 4, 15, 26. u. vgl.: qui se quique una vina iocosa colunt, Tibull. 3, 6, 20. homo quamvis humanus ac iocosus, Varr. RR. 2, 5, 1. iocose Maecenas, Hor. Epod. 3, 20. turba iocosa obstrepit et Phrygio tibia curva sono, Tibull. 2, 1, 85. non ut Alexandri claram delatus ad urbem delicias videam, Nile iocose, tuas, Ov. Tr. 1, 2, 79. iocosa imago, Hor. Od. 1, 12, 3. 1, 20, 6; subst.: oderunt hilarem tristes tristemque iocos', Hor. Ep. 1, 18, 89. — *Adv.*: in quorum amore - multa delicate **iocose**que fecit, Nep. Alc. 2, 3. et hoc pessima se puella vidit iocose lepide vovere divis, Catull. 36, 9. eumque lusi iocose satis, Cic. QFratr. 2, 10 (12), 2. imbuendus est is, qui iocose volet dicere, quasi natura quadam apta ad haec genera et moribus, dOr. 2, 71, 289; im *comp.*: liberius si dixero quid, si forte iocosius cet., Hor. Sat. 1, 4, 103. cave, si me amas, existimes me, quod iocosius scribam, abiecisse curam rei publicae, Cic. Fam. 9, 24, 4.

iŏcŭlanter, *PAdv.*, s. ioculor.

iŏcŭlāris, **scherzhaft, spaßhaft**, quanta autem dementia est - rem ab amico dictam maledictum vocare, a servulo ioculare convicium, Sen. Const. sap. 11, 3. ut si obiectum sit turpe aliquid, quod negari non queat, responsione ioculari eludas, Gell. 12, 12, 1. ioc. carmina, Suet. Ner. 42. in quodam ioculari libello, Quint. 8, 6, 73. o licentiam iocularem, Cic. Fat. 8, 15. iocularem audaciam, Ter. Phorm. 1, 2, 84. ioc. astutia, Treb. Poll. trig. tyr. 10; — ioculare istuc quidem, Pomponi, et a multis derisum, Cic. Leg. 1, 20, 53. u. subst.: ne sic, ut qui iocularia, ridens percurram, Hor. Sat. 1, 1, 23. imitari deinde eos iuventus simul inconditis inter se iocularia fundentes versibus coepere, Liv. 7, 2, 5. paulatim vero invalescentibus vitiis iocularia et latebras omisit, Suet. Ner. 27. hi veteris disciplinae iocularia quaedam minus scite ac venuste pronuntiabant, Diom. p. 488, 24. — *Adv.*: inter cetera carmina, qualia - **iculariter** canunt, Suet. Caes. 49. festos et sollemnes dies profusissime, nonnumquam tantum ioc. celebrabat, Aug. 75. haec (scandix) est, quam Aristophanes Euripidi poëtae obicit ioc.: matrem eius ne olus quidem legitimum venditasse, sed scandicem, Plin. 22, 22 (38), 80. ioc. irridere, Ascon. Cic. DiC. 11. Hispanis Tarraconem in conventum vocatis delectumque ioc., ut verba ipsa ponit Marius Maximus, detractantibus Italicis cet., Spart. Hadr. 12.

iŏcŭlārius, a, um, **scherzhaft, spaßhaft**, iocularium in malum insciens paene incidi, Ter. Andr. 4, 4, 43.

iŏcŭlātio, ōnis, *f.*, **das Scherzen, der Scherz, Spaß**, ioculationes cantusque exercebant, Firmic. Math. 5, 5.

iŏcŭlātor, ōris, *m.*, einer, der gern Scherze oder Späße macht, **ein Spaßmacher**, huic ioculatorem senem illum, ut noras, interesse sane nolui, Cic. Att. 4, 16, 3.

iŏcŭlor, āri, **kurze od. augenblickliche Scherze machen**, ioculari tibi videmur et sane levi, dum nihil habemus maius, calamo ludimus, Phaedr. 4, 2, 1; mit *Acc.* **in augenblicklichen Scherzen etw. vorbringen**, inter carminum prope modum incondita quaedam militariter ioculantes Torquati cognomen auditum celebratum deinde posteris etiam familiaeque honori fuit, Liv. 7, 10, 13. — *PAdv.*: **ioculanter** compellare, in scherzender Weise, Sidon. Ep. 1, 2.

iŏcŭlus, i, *m.*, **ein augenblicklicher Scherz, ein kleiner Scherz, ein Späßchen**, qui custodem oblectent per ioculum et ludum, Plaut. Truc. 1, 2, 10. ioculo istaec dicit, Stich. 1, 1, 23. u. so Merc. 5, 4, 33. egone te ioculo modo ausim dicto aut facto fallere? Most. 3, 3, 20. occupito modo illis adferre vim ioculo pauxillulam, Rud. 3, 4, 24.

iocundus, a, um, s. iucundus.

iŏcus, i, *m.* (Plur. gew. ioci, archaist. ioca, Lucr. 5, 1396. Sall. J. 96, 2. Apul. Flor. 3, 16. u. sprüchw. Cic. Fin. 2, 26, 85., aber auch Att. 14, 15, 1.), **der Scherz, Spaß, die Tändelei, Spielerei**, in Worten u. Handlungen, oft beides verbunden, bes. v. Tändeleien der Liebenden (auch personificirt Plaut. Bacch. 1, 2, 9. Hor. Od. 1, 2, 34), 1) im Allg., vgl. zunächst *Synon.* u. *Gegensätze*: suavis autem est et vehementer saepe utilis iocus et

facetiae, Scherz u. Witz, Cic. dOr. 2, 54, 216. u. vgl.: ioca tua plena facetiarum de haeresi Vestoriana - risisse me satis nihil est necesse rescribere, Att. 14, 15, 1. nunc nostri amores mores consuetudines iocus *ludus* sermo suavis suaviatio cet., Plaut. Pseud. 1, 1, 65. choreis aptior et iocis ludoque dictus non sat idoneus pugnae ferebaris, Hor. Od. 2, 19, 25. u. vgl. hier: quam nec ferre pedem dedecuit choris nec certare ioco nec dare bracchia ludentem nitidis virginibus, 2, 12, 17. mille facesse iocos! turpe est nescire puellam ludere, Ov. AA. 3, 367. singula de nobis anni praedantur euntes: eripuēre iocos, venerem, convivia, ludum, Hor. Ep. 2, 2, 55; sine *amore* iocisque nil est iucundum, vivas in amore iocisque, 1, 6, 65; oro, ne nocturnas religiones iocum *risum*que faciatis, Petron. 17, 9. postquam lege hac fabularum ab risu ac soluto ioco res avocabatur et ludus in artem paulatim verterat, Liv. 7, 2, 11. risu sunt et opportuno ioco elapsi (iuvenes Tarentini), Quint. 6, 3, 10. Canidiae dentes, altum Saganae caliendrum excidere atque herbas atque incantata lacertis vincula cum magno risuque iocoque videres, Hor. Sat. 1, 8, 48. Gnatia Lymphis iratis extracta dedit risusque iocosque, 1, 5, 97. non enim hilaritate et lascivia nec risu aut ioco comite levitatis, sed saepe etiam tristes firmitate et constantia sunt beati, Cic. Fin. 2, 20, 65; alium - omni comitate ad *hilaritatem* et iocos provocavit, Suet. Cal. 27; tum ioca, tum *sermo*, tum dulces esse *cachinni* consuerant, Lucr. 5, 1396. cachinnum sustulit atque in iocos effusus est, Suet. Aug. 98. omnia plena iocis, securo plena cachinno, plena mero laetisque vigent convivia pratis, Col. 10, 280. u. vgl.: scribens versiculos uterque nostrum ludebat numero modo hoc modo illoc, reddens mutua per iocum atque *vinum*, Cat. 50, 3. manu sinistra non bene uteris in ioco atque vino, 12, 1; — iocum vero accipimus, quod est contrarium *serio*: nam et fingere et terrere et promittere interdum iocus est, Quint. 6, 3, 21. si quid dictum'st per iocum, non aequom'st id te serio praevortier, Plaut. Amph. 3, 2, 39. si quid per iocum dixi, nolito in serium convertere, Poen. 5, 5, 42. utrum ego istuc iocon' adsimulem an serio? Bacch. 1, 1, 42. iocon' an serio ille haec dicat nescio, Ter. Heaut. 3, 2, 30. oravit etiam bona venia Quirites, ne quis ioco seriove cuiquam exprobraret, Liv. 7, 41, 3; ioca atque seria cum humillumis agere, Sall. J. 96, 2. at quicum ioca seria, ut dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia? tecum optime, Cic. Fin. 2, 26, 85. ioca non infra soccum, seria non usque cothurnum, Apul. Flor. 3, 16; ut neque - neque quicquam serio iocove egerit, Suet. Ner. 25. dominumque se posthac appellari ne a liberis quidem aut nepotibus suis vel serio vel ioco passus est, Aug. 53. seria quisque iocis nulla formidine miscet, Claud. Laud. Stil. 2, 165. seria ac iocos celebrare, Liv. 1, 4, 9. ut de Asinio Pollione seriis iocisque pariter accommodato dictum est, Quint. 6, 3, 110; neque enim ita generati a natura sumus, ut ad ludum et iocum facti esse videamur, sed ad *severitatem* potius et ad quaedam *studia graviora* atque maiora: ludo autem et ioco uti illo quidem licet, sed cet., Cic. Off. 1, 29, 103. qua ratione ductus graviora opera lusibus iocisque distinguo, Plin. Ep. 8, 21, 2. calvitio ita offendebatur, ut in contumeliam suam traheret, si cui alii ioco vel *iurgio* obiectaretur, Suet. Dom. 18. u. vgl. dagegen: belloque relicto ad solitos coepere iocos et iurgia Circi tendere, Claud. in Eutrop. 2, 356. mit VI. Cons. Hon. 60; o imitatores, servum pecus, o mihi saepe *bilem*, saepe iocum vestri movere tumultus! Hor. Ep. 1, 19, 19. — Mit *Attributen*: inter varios iocos cum cet., Suet. Cal. 33. traditur antiqui fabula plena ioci, Ov. F. 2, 304. est multi fabula parva ioci, 6, 320. facilis est igitur distinctio ingenui et illiberalis ioci, Cic. Off. 1, 29, 104. quaerere conabar, quare lascivia maior his foret in ludis liberiorque iocus, Ov. F. 5, 331. scaena ioci morem liberioris habet, 4, 946. templo Iovis solidum ex auro signum Victoriae tolli iubet facetis iocis sacrilegium circumscribens, Justin. 29, 2, 5. extat cuiusdam non inscitus iocus, Suet. Ner. 28. ne aut scurrilis iocus sit aut mimicus, Cic. dOr 2, 59, 239. non est in vanum fabula ficta iocum, Tibull. 3, 4, 68. fama prius falso similis vanoque videri ficta ioco, Claud. in Eutr. 1, 346. Atellanae poëtam ob ambigui ioci versiculum - igni cremavit, Suet. Cal. 27. est gratus iocus, qui minus exprobrat quam potest, Quint. 6, 3, 94. aptior est dulci mensa merumque ioco, Ov. AA. 1, 594. miscenda est laetis rara repulsa iocis, 3, 580. immixtis interdum frigidis et arcessitis iocis, Suet. Claud. 21. Aelium Lamiam ob suspiciosos quidem, verum et veteres et innoxios iocos (interemit), Dom. 10. non habet ingratos fabula nostra iocos, Ov. F. 3, 738. nec obfuit illi historiae turpes inseruisse iocos, Tr. 2, 443. iocis quorundam invidiosis aut petulantibus lacessitus, Suet. Aug. 55. nulla venenato littera mixta ioco est, Ov. Tr. 2, 566. conviva ioco mordente facetus et salibus vehemens intra pomeria natis, Juv. 9, 10. donec iam saevus apertam in rabiem coepit verti iocus et per honestas ire domos impune minax, Hor. Ep. 2, 1, 148. u. dagegen: sic visum Veneri, cui placet impares formas atque animos sub iuga aënea saevo mittere cum ioco, Hor. Od. 1, 33, 10. culmine deiectum vitae Fortuna priori reddidit insano iam satiata ioco, Claud. in Eutr. 2. praef. 5. — Mit *Gen. subj.* u. *obj.*: factus est imperator et scurrarum ioco Claudius appellatus est, Treb. Poll. trig tyr. 33; quicumque fuerit ergo narrandi iocus, dum capiat aurem et servet propositum suum, re commendatur, non auctoris nomine, Phaedr. 2. prol. 5. — *Verbindungen* nach dem Casus u. zwar im *log. Subj.*: quid palluisti femina? an ioci dolent? Auct. Catal. 5, 17. non displicuisse illi (Demostheni) iocos, sed non contigisse, Quint. 6, 3, 2; — im *log. Obj.*: difficile est tristi fingere mente iocum, Tibull. 3, 6, 34. versus facere, iocum movere, Sall. C. 25, 5; ubi collibuit, interdum Graecos versus agit, iocos dicit, Cato frg. p. 58, 12. iocos inserere, Quint. 2, 10, 9. illa irascitur nec gloriantis sustinet fratris

istic, *Adv.* (in der Frage: isticine, Plaut. Rud. 1, 2, 22), hebt die im Bereich des Angeredeten liegende Umgebung durch ce hervor, **dahier**, in Briefen: **dort**, a) eig. im Raume: nempe tu istic ais esse erilem concubinam, Plaut. Mil. gl. 2, 3, 66. te istic invitum non esse vehementer gaudeo, Cic. Fam. 7, 13, 2. tu modo cave cuiquam indicassis aurum meum esse istic, Fides, Plaut. Aul. 4, 2, 1. iam principio in aedibus turba istic nulla tibi erit, 2, 5, 13. istic protinus, ecce, torum fecēre sub ilice Musae, Calp. 6, 60. istic adstato, Plaut. Aul. 1, 1,17. istic sedes (d. i. in subselliis accusatorum) et te palam adversarium esse profiteris, Cic. SRosc. 30, 84. u. so: nihil opus fuit te istic sedere, §. 104. tu istic mane, Ter. Eun. 5, 2, 70. quis istic habitat? Plaut. Cist. 2, 3, 55. isticine vos habitatis? Rud. 1, 2, 22. vivant Artorius istic et Catulus, Juv. 3, 29. quam saepissime ad me scribite et vos quid agatis et quid istic agatur, Cic. Fam. 14, 14, 4. non ornatis istic apud vos nuptias? Plaut. Cas. 3, 2, 16. quin ego istic quod perdundum'st properem perdere? Bacch. 4, 9, 12. hoc neque istic usu'st et illi miserae, suppetias feret, si cet., Rud. 4, 4, 39. quasi istic mea res minor agatur quam tua, Ter. Heaut. 2, 3, 113. quid istic tibi negoti'st? Andr. 5, 2, 8. tibi vero quid istic est rei? Ad. 4, 5, 10. non istic obliquo oculo mea commoda quisquam limat, Hor. Ep. 1, 14, 37; — prius *hic* te nos quam istic tu nos videbis, Cic. Fam. 6, 18, 4. intellego te re istic prodesse, hic ne verbo quidem levare me posse, Att. 3, 12, 3. tu istic te Hateriano iure delectas, ego me hic Hirtiano, Fam. 9, 18, 3. u. vgl. §. 4; Ha. hic in proximo. Ph. istic quidem edepol mei viri habitat gener, Plaut. Cist. 4, 2, 86. mane istic: iam exeo ad te, Chrusale, Bacch. 4, 9, 129. nunc has tabellas ferre me iussit tibi: orabat quod istic esset scriptum ut fieret, 4, 6, 17; — istic est aptum nostrae navale carinae et melius nulla stat mea puppis aqua: *illic* me claudat boreas, *ubi* dulce morari est, Ov. Her. 17 (18), 207; — istic ubi vis condormisce: nemo prohibet, puplicum'st, Rud. 2, 7, 14. tu velim-nos aliquando revisas et ibi malis esse, ubi aliquo numero sis, quam istic, ubi solus sapere videare, Cic. Fam. 1, 10, 2. — b) übtr.: neque istic neque alibi erit usquam in me mora, **hierbei**, Ter. Andr. 2, 5, 9. Pa. ausculta. Ph. istic sum, **ich bin bei der Sache**, Hec. 1, 2, 39. attende quaeso, sagt Cicero, und Piso: istic sum, inquit, exspectoque, quid ad id, quod quaerebam respondeas, Cic. Fin. 5, 26, 78.

istim, *Adv.*, **von da**, etenim haec erat ὑπόϑεσις, de gravitate ordinis, de equestri concordia, de consensione Italiae, de cet.: nosti iam in hac materia sonitus nostros tanti fuerunt, ut ego eo brevior sim, quod eos usque istim exauditos putem, Cic. Att. 1, 14, 4. de malis nostris tu prius audis quam ego: istim enim emanant: boni autem hinc quod exoptes nihil est, 7, 21, 1.

istimodi = istius modi, s. iste.

istinc, *Adv.*, **von da hier**, in Briefen: **von dort**, a) eig. im Raume: serva istas fores, ne tibi clam se supterducat istinc atque huc transeat, Plaut. Mil. gl. 2, 3, 71. tu cura ut valeas et te istinc ne temere commoveas, Cic. Fam. 6, 20, 3. te istinc posse proficisci, Att. 6, 20, 1. age tu progredere, ut testes videant te ire istinc foras, Plaut. Poen. 3, 6, 1. ite istinc, servi, foras, 5, 5, 40. ite istinc, ecferte lora, Capt. 3, 4, 125. non tu istinc abis? Pseud. 4, 7, 98. abi istinc, Most. 3, 2, 164. si vis-effugere istinc, Hor. Ep. 1, 7, 32. qui istinc veniunt, Cic. Fam. 1, 10, 1. istinc signa canent, istinc clamor prius incipiet atque impetus, si dimicandum est, Liv. 7, 40, 10; iterum istinc excludēre? Ter. Hec. 3, 2, 4. filium istinc tuum te meliu st repetere, Plaut. Truc. 4, 3, 72. una istinc cistella excepta'st modo cum crepundiis, Rud. 5, 3, 6; — istinc loquere, si quid vis, procul: tamen audiam, Capt. 3, 4, 71. tu, puella, istinc procul dicito, quid insit et qua facie, Rud. 4, 4, 104. fare age, quid venias, iam istinc et comprime gressum, Virg. A. 6, 389. si appellabit quempiam, vos respondetote istinc istarum vicem, Plaut. Rud. 3, 5, 33; — age alter istinc, alter *hinc* adsistite, 3, 5, 28. — b) übtr.: heus, memento ergo dimidium mihi istinc de praeda dare, Pseud. 4, 7, 68. equidem ego neque partem posco mihi istinc de isto vidulo neque meum esse hodie umquam dixi, Rud. 4, 4, 33. fortassis et istinc largiter abstulerit longa aetas, d. i. ex istis vitiis, Hor. Sat. 1, 4, 131.

istius modi, s. iste.

isto, *Adv.*, 1) als *Dat.* **dahin**, in Briefen: **dorthin**, a) eig. im Raume: do fidem, si omittis, isto me intro ituram, quo iubes, Plaut. Mil. gl. 2, 5, 45. pace brevi nobis opus est, dum transferor isto, Ov. Her. 17 (18), 205. ego eum non solum hortatus sum, verum etiam coëgi isto proficisci, Cic. Fam. 10, 17, 2. peream si minima causa est properandi isto mihi, 8, 15, 1. destino enim excurrere isto, Plin. Ep. 3, 6, 6. liceat modo isto venire, Cic. Fam. 9, 16, 9. si cognoverit factum suum isto usque penetrasse, Plin. Ep. 4, 12, 7. — b) übtr. **dazu**, Trebatium vero meum quod isto admisceas, nihil est, Cic. III. QFratr. 1, 3, 9. — 2) als *Abl.* a) eig., hem isto parentum est vita vilis liberis, ubi malunt metui quam vereri se ab suis, Afran. 33. — b) übtr., **dadurch, deshalb**, isto tu's pauper, quom nimis sancte piu's, Plaut. Rud. 4, 7, 8.

istoc, *Adv.*, 1) als *Dat.*, **dahier hin**, ei quem istoc misi neque boni quicquam neque mali feceris, Suet. Cal. 55. nec quemquam interim istoc ad vos, qui sit odio, intromittam, Plaut. Truc. 4, 2, 6. A. i intro nunc iam. Sa. at enim non sinam. Ae. accede illuc, Parmeno: nimium istoc abisti: hic propter hunc adsiste: em sic volo, Ter. Ad. 2, 1, 14. accede istoc, Petron. 37, 11. —

2) als *Abl.* bei Compar., um so, desto, ergo istoc magis, quia vaniloqu's, vapulabis, Plaut. Amph. 1, 1, 222. iam istoc probior es - quum in amore temperes, Epid. 1, 2, 8. istoc vilius, Ter. Ad. 5, 9, 24.

istorsum, *Adv.*, dahinwärts, abi sane istac, istorsum, quovis, Ter. Heaut. 3, 3, 27. concede hinc a foribus paulum istorsum, Phorm. 5, 1, 14.

istuc, *Adv.*, dahierhin, in Briefen: dorthin, a) eig.: Rhodiensi'st, sed istuc commigravit iam diu, Turpil. 79. interea, si videtur, concedite istuc, Plaut. As. 3, 3, 55. concede istuc paululum, Ter. Eun. 4, 4, 38. tu concede paulum istuc, 5, 8, 38. ecastor vero istuc eo quantum potest, Plaut. Merc. 4, 1, 25. dabo operam, ut istuc veniam ante, quam plane ex animo tuo effluo, Cic. Fam. 7, 14, 1. u. vgl. Att. 7, 8. iam istuc ego revortar, Plaut. Poen. 3, 1, 1. istuc mens animusque fert, Hor. Ep. 1, 14, 8. — b) übtr.: hoc quod coepi primum enarrem, Clitipho: post istuc veniam, Ter. Heaut. 2, 3, 33. scio: istuc veniam, Ad. 5, 3, 35.

ĭta, *Adv. demonstr.* (vgl. *Corssen* über Aussprache II. p. 270), auf die (diese) Weise, so, also, in dieser Lage, unter diesen Umständen, A) *absol.*, I) eig., um auf eine vorausgehende Bestimmung der Art und Weise eines Zustandes od. einer Thätigkeit zurückzuweisen, 1) im Allg.: liberare iuravisti me haut semel, sed centies: dum te exspecto, neque usquam aliam mihi paravi copiam neque istuc usquam apparet: ita nunc servio nihilo minus, Plaut. Poen. 1, 2, 148. neque solum vivi atque praesentes studiosos discendi erudiunt atque docent, sed hoc idem etiam post mortem monumentis litterarum adsequuntur: nec enim locus ullus est praetermissus ab iis, qui ad leges, qui ad mores, qui ad disciplinam rei publicae pertineret, ut otium suum ad nostrum negotium contulisse videantur: ita illi ipsi doctrinae studiis et sapientiae dediti ad hominum utilitatem suam prudentiam intelligentiamque potissimum conferunt cet., Cic. Off. 1, 44, 156. u. vgl. 2, 7, 24. 2, 6, 20. II. Verr. 2, 51, 127. Tusc. 5, 23, 66. Am. 21, 79. Quint. 11, 2, 20. denique Aulum spe pactionis perpulit, uti relicto Suthule in abditas regiones sese veluti cedentem insequeretur: ita delicta occultiora fore, Sall. J. 38, 2. u. vgl. C. 61, 9. 2, 6. 8, 4. Caes. BG. 1, 12, 6. 1, 15, 5. 1, 26, 1. 1, 35, 4. Vell. 1, 9, 5. 1, 12, 3. 2, 4, 7. Liv. 4, 6, 3. Justin. 33, 2, 7. 35, 2, 4. 37, 4, 2. homines defoderunt in terram dimidiatos ignemque circumposuerunt: ita interfecerunt, Cato frg. p. 56, 3. rem immaturam nisi aut per occasionem aut per necessitatem aperire noluerat (Faustulus): necessitas prior venit: ita metu subactus Romulo rem aperit. Forte et Numitori, cum in custodia Remum haberet audissetque geminos esse fratres, comparando et aetatem eorum et ipsam minime servilem indolem tetigerat animum memoria nepotum sciscitandoque eodem pervenit, ut haud procul esset quin Remum agnosceret: ita undique regi dolus nectitur. Romulus non cum globo iuvenum - sed aliis alio itinere iussis certo tempore ad regiam venire pastoribus ad regem impetum facit et a domo Numitoris alia comparata manu adiuvat Remus: ita regem obtruncant, Liv. 1, 5, 5—7. u. vgl. 1, 10, 3. 2, 11, 9. 3, 40, 8. 9, 11, 11. tum rex „ecquid videtis —": atque ita concione excessit, so, damit, mit diesen Worten, Curt. 6, 36 (9), 36. u. vgl. Caes. BG. 1, 13, 1. 3, 7, 1. BC. 2, 42, 4. Catull. 64, 84. 315. Hor. Sat. 1, 3, 101; — Si. omnes qui amant, graviter sibi dari uxorem ferunt. Da. ita aiunt, Ter. Andr. 1, 2, 21. nam si est artius, ut ita dicam, holocleros cet., Suet. Claud. 4. quod certe vobis ita dicendum est, Cic. Div. 2, 8, 21. ita sic quoque recte diximus, materiam rhetorices esse omnes res ad dicendum ei subiectas, Quint. 2, 21, 20. quaedam secundum naturam iudicantium dicta sunt, non ita posteris tradentur, ne videantur propositi fuisse non temporis, 12, 10, 35. ita te mandasse aiebat, Cic. Fam. 7, 18, 4. quae visa species haud per ambages arcem eam imperii caputque rerum fore portendebat: idque ita cecinēre vates, Liv. 1, 55, 6. haec ita precatus lictores ire ad M. Tullium iubet, 8, 9, 9. ita facere certum'st, Ter. Eun. 1, 2, 108. quum - Hiero requireret, cur ita faceret, Cic. ND. 1, 22, 60. et hercle ita fecit, vel plus etiam quam dixit, Am. 11, 37. ita semper officio fungetur utilitati consulens hominum, Off. 3, 6, 31. quoniam census non ius civitatis confirmat ac tantum modo indicat, eum, qui sit census, ita se iam gessisse [pro cive], iis temporibus cet., Arch. 5, 11; ad mare ac naves rediit tutius faciliusque ita descendenti ab Alpibus Hannibali occursurus, Liv. 21, 32, 2. haec ita precatus lictores ire ad T. Manlium iubet, 8, 9, 9. ita sic armatus in Tiberim desiluit, 2, 10, 11; non ita fata sinunt, Ov. M. 5, 534. non ita Romuli praescriptum et intonsi Catonis auspiciis veterumque norma, Hor. Od. 2, 15, 10. haud ita Troiae me gessi, Sat. 2, 5, 18; — ille vir bonus - qui virtutes ipsas mente complexus ita sentiat, nec in cogitando laborabit et quod sciet, vere dicet, Quint. 12, 2, 17. immo ita volo itaque postulo ut fiat, Ter. Andr. 3, 3, 18. quod autem mihi de eo, quod egerim, gratularis, te ita velle certe scio, Cic. Fam. 4, 14, 3. quod quidem ego a principio ita me malle dixeram, Fin. 2, 6, 17. cur ita crediderim, nisi quid te detinet, audi, Hor. Ep. 1, 2, 5. ita spero quidem, Ter. Andr. 1, 5, 63; — Ni. vidi ego nequam homines, verum te neminem deteriorem. Ph. ita sum, Plaut. Bacch. 5, 2, 60. si ita sum, non tam est admirandum, regem me esse, Cic. Sull. 7, 22. nullus melius medicinam facit: ita'st adulescens: ipsus escae maxumae, ceriales cenas dat, ita mensas extruit cet., Plaut. Men. 1, 1, 23. ita servus homo est? Juv. 6, 222. Graecis id, quod acerbissimum est, quod sunt vectigales, non ita acerbum videri debet, propterea quod sine imperio populi R. suis institutis per se ipsi ita (d. i. vectigales) fuerunt, Cic. QFratr. 1, 1, 11. perditissimi est igitur hominis simul et amicitiam dissolvere et fallere eum, qui laesus non esset, nisi credidisset: itane est? in minimis rebus qui mandatum neglexerit, turpissimo iudicio condemnetur

necesse est, in re tanta is, cui -, is inter honestos homines atque adeo inter vivos numerabitur? ist es so oder nicht? SRosc. 39, 113. ita est, Pers. 5, 81. non ita est profecto, iudices, Cic. SRosc. 40, 121. u. vgl.: non ita, Virg. A. 2, 582. quod quum ita sit, Catull. 68, 37. quod quum ita sit resque eius modi sit, ut in primis a magistratibus animadvertenda videatur, iterum quaero cet., Cic. Caecin. 12, 33. cum ea ita sint, Caes. BG. 1, 14, 6. quod ni ita se haberet, nec iustitiae ullus esset nec bonitati locus, Cic. Fin. 3, 20, 66. nam ita'st ingenium muliebre, Plaut. Stich. 5, 5, 3. ita sunt Persarum mores, Pers. 4, 2, 25. u. ähnlich oft. ita sunt res nostrae, ut in secundis, fluxae, ut in adversis, bonae, Cic. Att. 4, 1, 8. quod putasti fore, ut ante quam istuc venirem Pompeium viderem, factum est ita, 7, 8. dico illum - aliquot dies aegrotasse et ita esse mortuum, Cluent. 60, 168. ita ille patricius - dignum moribus factisque suis exitium vitae invenit, näml. Lentulus, nach dem Bericht über seine Verurtheilung, Sall. C. 55, 6; vgl. noch d. allgem.: nam ita est homo, so ist nun einmal der Mensch, Ter. Ad. 1, 2, 63. u. ita tit, so geht es nun einmal, Pompon. 25. Pers. 6, 38. Cic. ND. 3, 37, 89.

2) insbes. a) zur Einführung eines Schlußsatzes (also auch des letzten Satzes eines kunstgerechten Schlusses): qui gentes omnes mariaque et terras movet, eius sum civis civitate caelitum: ita sum, ut videtis, splendens stella candida cet., Plaut. Rud. prol. 1. St. hercle qui dicam tamen: nam si sic non licebit, luscus dixero. Ph. ita nunc tu dicis non esse aequiparabiles vostras cum nostris factiones atque opes, Trin. 2, 4, 63. Zenoni - aether videtur summus deus, mente praeditus, qua omnia regantur: Cleanthes - solem dominari et rerum potiri putat: ita cogimur dissensione sapientum dominum nostrum ignorare, Cic. Acad. 2, 41, 126. u. vgl. 2, 47, 145. adest enim fere nemo, quin acutius atque acrius vitia in dicente quam recta videat: ita quidquid est, in quo offenditur, id etiam illa, quae laudanda sunt, obruit, dOr. 1, 25, 116. u. vgl. Div. 2, 39, 82. Off. 1, 2, 6. 1, 3, 10. ita utrumque (vis corporis et virtus animi) per se indigens alterum alterius auxilio indiget, Sall. C. 1, 7. ita fit verum illud, quod initio dixi, amicitiam nisi inter bonos esse non posse, Am. 18, 65; — sine virtute certe nullo modo (efficitis beatum deum): virtus autem actuosa et deus vester nihil agens: expers virtutis igitur· ita ne beatus quidem, ND. 1, 40, 110. si igitur non sunt, nihil possunt esse: ita ne miseri quidem sunt, Tusc. 1, 6, 12. u. vgl. Div. 2, 8, 21.

b) in Fragen durch *quid ita*, bei denen ita überall auf einen Gedanken zurück- od. hinweist, mag es absolut stehen od. in Verbindung mit einem hypothetischen od. causalen Satz gebracht sein, **warum so, warum denn, wie so denn, wie kommt das, wozu das.** Diese Fragform wird theils zur Hervorhebung der Angabe des Grundes einer Thatsache oder Behauptung, theils als Ausdruck der Verwunderung oder des Tadels gebraucht. Im letzteren Falle deutet man an, daß man auf Grund einer vorherigen Bedingung den Eintritt einer Sache nicht erwartet hätte. Beispiele: accusatis S. Roscium: quid ita? quia de manibus vestris effugit, quia se occidi passus non est, Cic. SRosc. 12, 34. u. vgl. Mil. 7, 17. quam molestum est uno digito plus habere: quid ita? quia nec ad speciem nec ad usum alium quinque desiderant, ND. 1, 35, 99. saepe, inquit Publii filius, ex patre audivi pontificem neminem bonum esse, nisi qui ius civile cognoscet: totumne? quid ita? quid enim ad pontificem de iure parietum aut aquarum cet.? Leg. 2, 19, 47. habitent gratis in alieno? quid ita? ut, quum emerim aedificarim, tuear impendam, tu me invito fruare meo? Off. 2, 23, 83. elevabat Romanum bellum (Cleomedon) eventumque eius eundem fore, qui prioris belli, quod cum Philippo gesserint, dicebat: cur igitur nostrum ille auxilium absens petit potius quam praesens nos socios veteres simul ab Nabide ac Romanis tueatur? nos dico? quid ita passus est Eretriam Carystumque capi? quid ita tot Thessaliae urbes? quid ita Locridem Phocidemque? quid ita nunc Elateam oppugnari patitur? cur excessit faucibus Epiri cet.? Liv. 32, 21, 12; — saepe deinde et Virginium consulem in contionibus velut vaticinantem audiebat (Cassius), pestilens collegae munus esse, agros illos servitutem iis qui acceperint laturos, regno viam fieri, *quid* ita enim adsumi socios et nomen Latinum? *quid* attinuisse Hernicis paulo ante hostibus, capti agri partem tertiam reddi, nisi ut eae gentes pro Coriolano ducem Cassium habeant? 2, 41, 5. Illyrii vocati in senatum: qui cum legatos se esse missos ab rege dicerent ad purganda crimina, si qua de rege Issenses deferrent, quaesitum est, quid ita non adissent magistratum, ut ex instituto loca, lautia acciperent, sciretur denique venisse eos et super qua re venissent, 42, 26, 4; — si bonum ducerent, quid ita pro noxio damnassent? si noxium comperissent, quid ita male credito priore consulatu alterum crederent? 27, 34, 13. cum pater patruusque meus interfecti, cum duo exercitus eorum prope occidione occisi essent, cum amissae Hispaniae, cum quattuor exercitus Poenorum quattuorque duces omnia metu armisque tenerent, cum quaesitus ad id bellum imperator nemo se ostenderet praeter me, nemo profiteri ausus esset, cum mihi quattuor et XX annos nato detulisset imperium populus R.: quid ita tum nemo aetatem meam, vim hostium, difficultatem belli, patris patruique recentem cladem commemorabat? 28, 43, 10. labente iam causa decemvirorum L. Cornelius Maluginensis - simulando curam belli fratrem collegasque eius tuebatur quonam fato incidisset mirari se dictitans, ut decemviros qui decemviratum petissent aut socii aut hi maxime oppugnarent, aut quid ita, cum per tot menses vacua civitate nemo, iustine magistratus summae rei publicae praeessent, controversiam fecerit, nunc demum, cum hostes prope ad portas sint, civiles discordias serant, nisi quod in turbido minus perspicuum fore putent, quid agatur, 3, 40, 8.

c) in Fragen durch *itane*, in denen man seinen

Zweifel hervorheben will, ob ein gegebenes Wort oder Urtheil wirklich so gemeint ist oder nicht oder in denen man seinen Unwillen und seine Verwunderung über ein Urtheil od. einen Umstand kundgeben will (auch zu Anfang einer Scene od. eines Briefes, wobei vorauszusetzen ist, daß der Hörer od. Leser in die Verhältnisse vollkommen eingeweiht ist), **so, wirklich so, also wirklich, ernstlich**, Da. inveniet inopem potius, quam te corrumpi sinat: sed si te aequo animo ferre accipiet, neglegentem feceris: alia otiosus quaeret interea aliquid acciderit boni. Pa. itan' credis? Da. haud dubium id quidem'st, Ter. Andr. 2, 3, 22. Ph. itane patris ais adventum veritum hinc abiisse? Ge. admodum, zu Anfang der Scene, Phorm. 2, 2, 1. u. vgl. 2, 3, 80. quid? Chremes, qui denegarat se commissurum mihi gnatam suam uxorem, id mutavit, quia me inmutatum videt? itane obstinate dat operam, ut me a Glycerio miserum abstrahat? quod si fit pereo funditus, Andr. 1, 5, 6. u. vgl. Caecil. 30. Plaut. Mil. gl. 1, 1, 66. Pers 3, 7; — Th. hoc si effeceris, quodvis donum praemium a me optato, id optatum feres. Gn. itane? Th. sic erit, Eun. 5, 8, 28. quando enim illa observans quieto et libero animo esse poteris, ut ad rem gerendam non superstitionem habeas, sed rationem ducem? itane? si quis aliquid ex sua re atque ex suo sermone dixerit et eius verbum aliquod apte ceciderit ad id, quod ages aut cogitabis, ea res tibi aut timorem adferet aut alacritatem? Cic. Div. 2, 40, 83. at in Lysandri statuae capite Delphis exstitit corona ex asperis herbis et quidem subita: itane? censes ante coronam herbae exstitisse, quam conceptum esse semen? 2, 32, 68; — haruspices introducti responderunt non fuisse iustum comitiorum rogatorem: tum Gracchus - incensus ira „itane vero? ego non iustus, qui et consul rogavi et augur et auspicato?" ND. 2, 4, 10. Quid? quaeris, Carneades, cur haec ita fiant aut qua arte perspici possint? nescire me fateor, evenisse autem te ipsum dico videre. Casu, inquis. Itane vero? quidquam potest casu esse factum, quod omnes habet in se numeros veritatis? Div. 1, 13, 23. Apud me habitavit (praedonum dux), mecum fuit: ego illum ad iudicium meum, quo facilius crimen inimicorum diluere possem, vivum atque incolumem reservavi. Itane vero? tu tua pericula communi periculo defendes? II. Verr. 5. 30, 77. u. vgl. 1, 15, 40. Agr. 2. 30, 83. Phil. 5, 10, 27; — Quid? Romae quaesitum de istis hominibus non erat? Itane tandem mulier iam non morbo, sed scelere furiosa - in filii caput quaestionem habere conata est? Cluent. 65, 182.

d) in Antworten: *ita*, **so** (wie du sagst od. fragst), **ja**, Me. haecine tua domu'st? Sos. ita inquam, Plaut. Amph. 1, 1, 208. Dor. de istac rogas virgine? Py. ita, Ter. Eun. 4, 4, 53. Ph. fraterne? Do. ita, 4, 4, 30. Si. quid istic tibi negoti'st? Da. mihin'? Si. ita, Andr. 5, 2, 8. Her. Davusne? Da. ita, Hor. Sat. 2, 7, 2. quidnam? inquit Catulus, an laudationes? id enim video poni genus tertium. Ita, inquit Antonius, Cic. dOr. 2, 10, 43; — verstärkt: ita vero, Plaut. Men. 5, 9, 37. ita enimvero, Amph. 1, 1, 254. Most. 3, 3, 17. As. 2, 2, 72. ita profecto, Amph. 1, 1, 214. ita plane, Cic. Tusc. 1, 7, 13.

e) bei *non* (*haud*) *ita* vor Adjectiven u. Adverbien weist ita auf einen aus dem Zusammenhang sich ergebenden Vergleich hin, der bald in den Worten selbst liegt, bald aus dem Gedanken sich erklärt (gewöhnlich: wie man glauben, vermuthen sollte u. dgl.), **nicht eben, nicht gerade**, sunt ea (simulacra) perampla atque praeclara, sed non ita antiqua, Cic. II. Verr. 4, 49, 109. Themistocles insecutus est, ut apud nos, perantiquus, ut apud Athenienses, non ita sane vetus: fuit enim regnante iam Graecia, nostra autem civitate non ita pridem dominatu regio liberata, Brut. 10, 41. magnae saepe res non ita magnis copiis sunt gestae, Nep. Pelop. 2, 3. Mardonius - cum CC milibus peditum, quos viritim legerat, et XX equitum haud ita magna manu Graeciae fugatus est, Paus. 1, 2. reliqui, etiam si haec non improbent, tamen earum rerum disputationem principibus civitatis non ita decoram putant, Cic. Acad. 2, 2, 5. quod si potuerit obtineri, non ita difficilis supererit quaestio, qui legendi sint incipientibus, Quint. 2, 5, 18; — Caria et Phrygia et Mysia, quod minime politae minimeque elegantes sunt, asciverunt aptum suis auribus opimum quoddam et tamquam adipatae dictionis genus, quod eorum vicini non ita lato interiecto mari Rhodii numquam probaverunt, Athenienses vero funditus repudiaverunt, Cic. Or. 8, 25. rarus incessus nec ita longus, 18, 59. u. vgl. Quint. 11, 3, 126. omnia sunt enim posita ante oculos, collocata in usu quotidiano, in congressione hominum atque in foro: neque ita multis litteris aut voluminibus magnis continentur, Cic. dOr. 1, 43, 192. u. vgl. ex Etruria haud ita multum frumenti advectum est, Liv. 4, 12, 9. non ita dissimili sunt argumento, sed tamen dissimili oratione sunt factae ac stilo (fabulae), Ter Andr. prol. 11. quis enim est istorum Graecorum, qui quemquam nostrum quidquam intellegere arbitretur? ac mihi quidem non ita molesti sunt: facile omnes perpetior et perfero, Cic. dOr. 2, 19, 77. nam qui ad virtutem adiungunt vel voluptatem, quam unam virtus minimi facit, vel vacuitatem doloris, quae etiam si malo caret, tamen non est summum bonum, accessione utuntur non ita probabili, Fin. 2, 13, 42; — nec ita multum provectus reiectus austro sum in eum ipsum locum, unde conscenderam, Phil. 1, 3, 7. hoc animo decertabant, ut - non ita multo se reliquorum civium fatum antecedere existimarent, Caes. BC. 2, 6, 1. non ita tecum multum fuit, Cic. II. Verr. 2, 20, 49. non ita multum moratus, BG. 5, 47, 3. quibus mediocres homines non ita valde moventur, his ille clamat omnium mortalium mentes esse perterritas, Cic. ND. 1, 31, 86. Pompeium vero - una ista in re non valde probas, Leg. 3, 11, 26. nam huius aequalis et inimicus C. Fimbria non ita diu iactare se potuit, Brut. 66, 233; — non ita multo post, Cic. Caecin. 6, 17. Off. 2, 6, 19. Nep. Cim. 3, 4. Liv. 1, 33, 2. 10, 12, 9. 35, 11, 2. haud ita multo post, 21, 20, 9. 40, 37, 1.

haud ita multo ante, 32, 30, 1. non ita pridem, Cic. II. Verr. 4, 49, 109. haud ita pridem, Hor. Sat. 2, 2, 46.

II) prägn. weist ita auf einen aus dem vorhergehenden zu schließenden Grad eines Zustandes od. einer Thätigkeit hin, so (betont), **so sehr, in dem Grade, dermaßen**, non ventus fuit, verum Alcumena Euripidi: ita omnes de tecto deturbavit tegulas, Plaut. Rud. 1, 1, 4. ardere censui aedes: ita tum confulgebant, Amph. 5, 1, 15. u. vgl. 5, 1, 3. 5. totus doleo atque oppido perii: ita me iste habuit senex gymnasium, Aul. 3, 1, 5. u. vgl. Mil. gl. 2, 4, 44. quaeram enim tecum id, quod superiore libro distuli: quid ita Nilus aestivis mensibus abundat? Sen. NQ. 4, 1, 1. quorum quanta mens sit difficile est existimare: ita multa meminerunt, Cic. Tusc. 1, 24, 59. animus impurus-neque vigiliis neque quietibus sedari poterat: ita conscientia mentem excitam vastabat, Sall. C. 15, 4. u. vgl. 61, 5. itaque non facile est invenire, qui quod sciat ipse, non tradat alteri: ita non solum ad discendum propensi sumus, verum etiam ad docendum, Cic. Fin. 3, 20, 66; — ita magni fluctus eiciebantur, Enn. trag. 30. Brundusium venimus VII. kal. dec. usi tua felicitate navigandi: ita belle nobis flavit ab Epiro lenissimus onchesmites, Cic. Att. 7, 2, 1. de reliquo neque hercule quid agam, nec quid acturus sim, scio: ita sum perturbatus temeritate nostri amentissimi consilii, 7, 10. de Latinis vero, quo me vertam, nescio: ita mendose et scribuntur et veneunt, QFratr. 3, 5. u. vgl. Fam. 2, 5, 2. tibi di quaecunque preceris commoda dent: ita vir bonus es convivaque comis, Hor. Sat. 2, 8, 75. di te perduint, fugitive: ita non modo nequam et improbus, sed fatuus et amens es, Cic. Deiot. 7, 21; — tantum momenti in uno viro L. Papirio fuit, ut-debellari eo die cum Samnitibus potuisse pro haud dubio habitum sit: ita instruxit aciem loco ac subsidiis, ita omni arte bellica firmavit, Liv. 8, 36, 3. qui vel unus-diligenter lectus ad cuncta, quae praecipimus, efficienda sufficiat: ita omnem vitae imaginem expressit: tanta in eo inveniendi copia et eloquendi facultas: ita est omnibus rebus, personis, affectibus accommodatus, Quint. 10, 1, 69; — haec ita multa quasi fata impendere amicitiis, ut omnia subterfugere non modo sapientiae, sed etiam felicitatis diceret sibi videri, Cic. Am. 10, 35. quid est igitur, cur ita semper deum Epicurus beatum appellet et aeternum? Fin. 2, 27, 88; — Lesbonicum, si domi'st, evocate: ita subitum'st propere quod eum conventum volo, Plaut. Trin. 5, 2, 50. ecquis est, qui mihi commonstret Phaedromum genium meum? ita res subita'st: celeriter mihi hoc homine convento'st opus, Curc. 2, 3, 22.

B) näher bestimmt durch *Relativ*sätze od. *Conjunct.* od. durch *Objects*sätze, u. zwar I) Relativsätze 1) um die Darstellung der Art und Weise eines Zustandes oder einer Thätigkeit einzuführen, also: *ita - ut* u. dgl., a) im Allg.: St. respice, oh mi lepos! Cl. nempe ita *uti* tu mihi es, Plaut. Cas. 2, 3, 18. alii, ut esse in suam rem ducunt, ita sint: ego ita ero, ut me esse oportet, Men. 5, 6, 18. Rhodienses noluisse nos ita depugnare, uti depugnatum est, Cato frg. p. 23, 3. ita vero, Quirites, ut precamini, eveniat! Cic. Phil. 4, 4, 10. turpe enim existimo me non ita ferre casum meum, ut tu tali sapientia praeditus ferendum putas, Fam. 4, 6, 1; nam ita amo, ut sani solent homines, Plaut. Merc. 2, 1, 38. aperte ita, ut res sese habet, narrato, Ter. Heaut. 4, 3, 24. ut quae scripta sunt legibus et iure civili haec ita teneantur, ut sit constitutum, Cic. Off. 1, 16, 51. eiusque rationem-ita haberi, ut haberi lege liceret, Phil. 5, 17, 46. quos ego ita, ut volui, offendo incolumes, Pacuv. 204. ita, ut dicis, facta hau nego, Plaut. Most. 3, 2, 46. u. vgl. Ter. Phorm. 2, 3, 49. est, iudices, ita, ut dicitur, Cic. II. Verr. 4, 52, 117. u. vgl.: scalae ita, ut datae erant, ita reddito, Cato RR. 144, 2; — coepit studiose omnia docere, educere, ita *uti si* esset filia, Ter. Eun. 1, 2, 36. causa ita dicitur, ut si in illa commenticia Platonis civitate res ageretur, Cic. dOr. 1, 53, 230. mihique molestissimis temporibus ita fideliter benevoleque praesto fuit, ut si a me manu missus esset, Fam. 13, 21, 4; — an ita tu's animata, *ut qui* expers matris inperiis sies? Plaut. As. 3, 1, 2; — me consulem - ita fecistis *quo modo* pauci nobiles in hac civitate consules facti sunt, Cic. Agr. 2, 1, 3. quum mihi deliberatum et constitutum sit, ita gerere consulatum, quo uno modo geri graviter et libere potest, ut cet., 1, 8, 25; — omnium fore perturbationem, si non ita res agantur et in iudicium veniant, *quo pacto* oporteat, Inv. 2, 20, 61; — quare facies, ut ita sit in libro, *quem ad modum* fuit, Att. 13, 21, 3; ut ita defendere possim Volaterranos, quem ad modum consuevi tueri meos, Fam. 13, 4, 4. nisi ista omnia ita fiunt, quem ad modum scribo, Brut. b. Cic. Fam. 11, 26. utinam mihi patribusque R. ita de ceteris rebus cum plebe conveniat, quem ad modum quod ad te attinet-conventurum satis confido, Liv. 6, 15, 4; — non ita Carpathiae variant aquilonibus undae - *quam* facile irati verbo mutantur amantes, Prop. 2, 5, 10. nam vitare, plagas in amoris ne iaciamur, non ita difficile est, quam captum retibus ipsis exire, Lucr. 4, 1143. u. vgl.: ego arbitror praestare ex aviariis turdorum ac merularum, quod non solum ad agrum utile, sed etiam ad cibum ita bubus *ac* subus, ut fiant pingues, Varr. RR. 1, 38, 2. quia commixta familia est et una domus est, ita vindicandum atque in propriis servis senatus censuit, Ulp. Dig. 29, 5, 1. §. 15; — non debemus ita cadere animis, *quasi* aliquid evenerit, quod fieri posse numquam putarimus, Cic. Fam. 6, 1, 4. cuius sermone ita tum cupide fruebar, quasi iam divinarem - illo exstincto fore unde discerem neminem, Sen. 4, 12. set ita adsimulavit se, quasi Amphitruo siet, Plaut. Amph. prol. 115. de re publica autem ita mecum locutus est, quasi non dubium bellum haberemus, Cic. Att. 7, 4, 2. sed nescio quo modo animus erigens se posteritatem ita semper prospiciebat, quasi, quum excessisset e vita, tum denique victurus esset, Sen. 23, 82. neque ego me abdidi neque deserui neque adflixi neque ita

gessi -, quasi homini aut temporibus iratus, neque porro ita aut adulatus aut admiratus fortunam sum alterius, ut me meae poeniteret, Div. 2, 2, 6. u. vgl.: quia praedo, si dolo desierit possidere, ita condemnatur, *atque* si possideret, Paul. Dig. 5, 3, 36. §. 3; — neque enim ita se gessit in his rebus, *tamquam* rationem aliquando esset redditurus, sed prorsus ita, quasi-reus numquam esset futurus, Cic. II. Verr. 4, 22, 49. ita porro festinavit uterque confligere, tamquam nihil peius timerent, quam ne cet., Pollio b. Cic. Fam. 10, 33, 3. castra in hostico incuriose ita posita, tamquam procul abesset hostis, Liv. 8, 38, 2. u. vgl. Quint. 7, 4, 42; — porro Alexander, rex Epiri, in Italiam-ita cupide profectus fuerat, *veluti* in divisione orbis terrarum Alexandro Olympiadis sororis suae filio oriens, sibi occidens sorte contigisset, Justin. 12, 2, 1; — sane ita se habet sacrum, *quale* apud Homerum quoque est, Quint. 1, 5, 67; — *ita ut* occepi dicere, Plaut. Poen. 2, 24. u. so Rud. 4, 4, 21. 75. ita ut occepi, si animum advortas, dicam, Trin. 4, 2, 52; ferner: ita ut erat, in veste domestica imperator est consalutatus, Suet. Vit. 8. post cibum meridianum, ita ut vestitus calciatusque erat, retectis pedibus paulisper conquiescebat opposita ad oculos manu, Aug. 78. aquila gallinam albam ramulum lauri rostro tenentem, ita ut rapuerat, demisit in gremium, Galb. 1. iugulatus est ad lacum Curti ac relictus ita uti erat, 20; — endlich näher bestimmt durch *Abl.*: o lux Troiae, germane Hector! . . . quid te ita contuo lacerato corpore, miser, aut qui te sic tractavēre nobis respectantibus! Enn. trag. 94. ut igitur, qui se tradet ita quieti, praeparato animo quum bonis cogitationibus, tum rebus ad tranquillitatem accommodatis, certa et vera cernit in somnis, sic cet., Cic. Div. 1, 53, 121.

b) insbes. ita mit folg. Conjunct. bei Gelübden, Versicherungen, Schwüren, so wahr ich wünsche, daß u. s. w., od. Futur., so wahr — als u. s. w., nam ita mihi salva re publica vobiscum perfrui liceat, *ut* ego, quod in hac causa vehementior sum, non atrocitate animi moveor, Cic. Cat. 4, 6, 11. ita mihi meam voluntatem spemque reliquae vitae vestra populique R. existimatio comprobet, ut ego, quos adhuc mihi populus R. magistratus mandavit, sic eos accepi, ut cet., II. Verr. 5, 14, 35. ita te victorem complectar re publica recuperata, ut magnam mihi partem laetitiae tua dignitas adfert, Fam. 10, 12, 1. u. vgl. Att. 5, 15. namque ita me dî ament, ut Lucurgus mihi quidem videtur posse hic ad nequitiam adducier, Plaut. Bacch. 1, 2, 3. u. vgl. Stich. 4, 1, 1; atque ita me dî ament, ut ego nunc non tam meapte causa laetor, quam illius, Ter. Heaut. 4, 3, 8. at ita me servet Iuppiter, ut propior illi, quam ego sum ac tu, homo nemo'st, Phorm. 5, 3, 24. ita mihi atque huic sis superstes, ut tu ex me atque hoc natus es, Heaut. 5, 4, 7. ex his ego rebus omnibus, iudices, ita mihi omnes deos propitios velim, ut, etiamsi mihi iucundissimus est honos populi, tamen nequaquam capio tantum voluptatis, quantum et sollicitudinis et laboris, Cic. II. Verr. 5, 14, 37; — nam tecum esse, ita mihi commoda omnia, quae opto, contingant, ut vehementer velim! Fam. 5, 21, 1; — ita te amabit Iuppiter, ut tu nescis? Plaut. Aul. 4, 10, 31. ita me amabit Iuppiter, uxor, ut ego numquam dixi, Merc. 4, 4, 22. u. vgl. Capt. 4, 2, 97; — ohne ut: ita me dî ament, honestu'st, Ter. Eun. 3, 2, 21. u. vgl. Catull. 97, 1. sollicitat, ita vivam, me tua, mi Tiro, valetudo, Cic. Fam. 16, 20, 1. at, marite, ita me iuvent caelites, nihilo minus pulcher es, Catull. 61, 192. non, ita me divi, vera gemunt, iuerint, 66, 18. saepe, ita me dî iuvent, te spectatorem pugnarum mirificarum desideravi, Cic. Att. 1, 16, 1. non, ita Caecilio placeam, cui tradita nunc sum, culpa mea est, Catull. 67, 9. ita incolumi Caesare moriar, Balb. b. Cic. Att. 9, 7B, 3; — und ganz absolut: ita me dî ament, Plaut. Pseud. 4, 1, 33. ita ab imminentibus malis res publica me adiuvante liberetur, Planc. b. Cic. Fam. 10, 9, 2. ita, quod minari maximum victor potest, contingat, Sen. Troad. 600. ac venerata Ceres, ita culmo surgeret alto, explicuit vino contractae seria frontis, Hor. Sat. 2, 2, 124.

2) in der Gegenüberstellung von *ut* u. dgl. — *ita* wird ita gebraucht a) um das zweite Glied eines durch ut u. dgl. eingeleiteten Vergleiches zu bilden, so, *ut* enim magistratibus leges, ita populo praesunt magistratus, Cic. Leg. 3, 1, 2. cur non-res ut quaeque est, ita suppliciis delicta coercet? Hor. Sat. 1, 3, 77. u. vgl. 1, 6, 49. AP. 60. 101. ut in adfecto corpore quamvis levis causa magis quam valido gravior sentiretur, ita tum aegrae et adfectae civitati quodcumque adversi inciderit, non rerum magnitudine, sed viribus extenuatis, quae nihil quod adgravaret pati possent, aestimandum esse, Liv. 22, 8, 3; — rebus cunctis inest quidam velut orbis, ut *quem ad modum* temporum vices, ita morum vertantur, Tac. A. 3, 55. ut appareat quem ad modum urbium imperiorumque, ita gentium nunc florere fortunam, nunc senescere, nunc interire, Vell. 2, 11, 3. utinam, inquit, mihi patribusque Romanis ita de ceteris rebus cum plebe conveniat, quem ad modum quod ad te attinet eamque rem, quam de te sum quaesiturus, conventurum satis confido, Liv. 6, 15, 4. quem ad modum dicimus: non feci furtum —, ita: non est hoc furtum, Quint. 7, 3, 1.

b) um einem zweiten Subject od. Attribut eine gleiche Geltung in Bezug auf Raum, Zeit, Einfluß beizulegen, utque inde procedit (Africa), ita media praecipue in iuga exsurgens pergit incurva ad occasum, Mel. 1, 4, 1; — fons media nocte fervet, mox et paulatim tepescens fit luce frigidus, tunc ut sol surgit, ita subinde frigidior, per meridiem maxime riget, sumit deinde teporem iterum, et prima nocte calidus, atque ut illa procedit, ita calidior, 1, 8, 1; Dolabellam ut Tarsenses, pessimi socii, ita Laodiceni multo amentiores ultro arcessierunt, Cass. b. Cic. Fam. 12, 13, 4. apud Euripidem Hercules quum ut Eurysthei filios, ita suos configebat sagittis-non perinde movebatur falsis, ut veris moveretur? Cic. Acad. 2, 28, 89; — hoc principium semel

omenque belli ut summae rerum prosperum eventum, ita haud sane incruentam ancipitisque certaminis victoriam Romanis portendit, Liv. 21, 29, 4. haec omnia ut invitis, ita non adversantibus patriciis transacta, 3, 55, 15. u. s. Spät. indirect: honorificum id militibus fore, quorum favorem ut largitione et ambitu male adquiri, ita per bonas artes haud spernendum, Tac. H. 1, 17. dixit forte Tiberius se ut non toti rei publicae parem, ita quaecumque pars sibi mandaretur, eius tutelam suscepturum, A. 1, 12. quod sequitur de schola Epicuri est, sicut iram in deo non esse, ita nec gratiam, Lact. dIra dei 5. quis tam stultus aut brutus est, ut audeat repugnare, hominem a deo ut primum potuisse fingi, ita posse denuo reformari? Minuc. Octav. 34; — ut pleraque Alpium ab Italia sicut breviora, ita arrectiora sunt, Liv. 21, 35, 11. convenerantque duces sicuti inter se nondum satis noti, ita iam inbutus uterque quadam admiratione alterius, 21, 39, 7. multa magnis ducibus sicut non adgredienda, ita semel adgressis non dimittenda esse, 24, 19, 7. u. vgl. 9, 17, 4; — velut usquam vinctus eas, ita te felicem dicis amasque, quod nusquam tibi sit potandum, Hor. Sat. 2, 7, 30. quasi domi numos haberet, ita constituit Scapulis se daturum, Cic. Quinct. 5, 18. quasi coram adsis, ita cerno συμπάθειαν amoris tui, Att. 5, 18, 3.

II) durch *Conjunct.*, u. zwar 1) im Allg. a) um durch ita auf eine durch *ut*, ne, quod u. quum, si mit Conj. dargestellte **Weise, Bestimmung, Verfügung** hinzuweisen, **in der Weise, in dem Sinne, in der Absicht, mit der Bestimmung, mit der Bedingung**, membra nobis ita data sunt, *ut* ad quamdam rationem vivendi data esse appareant, Cic. Fin. 3, 7, 23. sic enim mihi perspicere videor, ita natos esse nos, ut inter omnes esset societas quaedam, Am. 5, 19. ita nati estis, ut bona malaque vestra ad rem publicam pertineant, Tac. A. 4, 8. ita Helvetios a maioribus suis institutos esse, uti obsides accipere, non dare consuerint, Caes. BG. 1, 14, 7. u. vgl. 1, 13, 6. ita amicum habeas, posse ut facile fieri hunc inimicum putes, Syr. 522. ego autem a patre ita eram deductus ad Scaevolam sumpta virili toga, ut, quoad possem et liceret, a senis latere numquam discederem, Cic. Am. 1, 1. ita est enim interpretatio illa pontificum, ut eidem potestatem habeant iudicum, Har. resp. 7, 13. omnis enim pecunia ita tractatur, ut praeda a praefectis, quae autem mihi attributa est, a quaestore curetur, Fam. 2, 17, 7. neque haec ita dico, ut ars aliquos limare non possit, dOr. 1, 25, 115. isque se ita putat Atticum, ut veros illos prae se paene agrestes putet, Brut. 83, 286. non est ita latum, ut mihi Romam venire liceret, sed ut venirem, und: me ita in re publica esse (voluisti), magis ut arcessitus imperio populi R. viderer, quam cet., Dom. 27, 71. pax ita convenerat, ut Etruscis Latinisque fluvius Albula - finis esset, Liv. 1, 3, 5. Rhodiis responsum ita redditum est, ut nec hostes fierent, nec socii permanerent, 45, 25, 4. quam rem ita graviter tulit Alexander, ut secunda legatione denuo bellum deprecantibus ita demum remiserit, ut oratores et duces - sibi dedantur, Justin. 11, 4, 10; — ita tu istaec tua misceto, *ne* me admisceas, Ter. Heaut. 4, 5, 35. ita radiis solis aciem effodit luminis, malis bene esse ne videret civibus, Laber. 75. u. vgl. Plaut. Trin. 2, 2, 62. ut semina ita deponantur, ne protinus totus scrobis terra compleatur, sed cet., Col. 5, 5, 4. hos ergo in surculis nodos, cum seruntur, medios secare oportet ita, ne profluat medulla, Plin. 17, 21 (35), 154. miror hanc quoque succurrisse Plinio curam, ut ita sudario frontem siccari iuberet, ne comae turbarentur, Quint. 11, 3, 148; — easque alvos ita collocant, in mutulis parietis, *ut ne* agitentur neve inter se contingant, Varr. RR. 3, 16, 16. sed tamen ita velim, ut ne quid properes, Cic. Fam. 16, 9, 3; — itaque L. Piso multos codices implevit earum rerum, in quibus ita intercessit, *quod* iste aliter atque ut edixerat decrevisset, II. Verr. 1, 46, 119; — nam M. Drusum gravem oratorem ita duntaxat, *cum* de re publica diceret, - abducamus ex acie, id est a iudiciis, et in praesidiis rei publicae - collocemus, Brut. 62, 222. sequitur enim, ut male collocata male debeantur: de quibus non redditis sero querimur: ita enim perierunt, cum darentur, Sen. Ben. 1, 1; — cum his terrestribus maritimisque copiis Ti. Sempronius missus in Siciliam, ita in Africam transmissurus, *si* ad arcendum Italia Poenum consul alter satis esset, Liv. 21, 17, 6. in deditionem ita accipi eos, si Macedoniam ceterosque belli concitores tradidissent vivos, 29, 3, 3. de frumento utriusque responsum, ita usurum eo populum R., si pretium acciperent, 36, 4, 9. u. vgl. 26, 24, 12. 29, 3, 2. 30, 37, 6. 36, 4, 9. Suet. Claud. 25. Vell. 2, 20, 2; endlich durch *Abl.* näher bestimmt: M'. Curium, qui heres institutus esset ita „mortuo postumo filio“, quum filius non modo mortuus, sed ne natus quidem esset, heredem esse oportere, Cic. Caecin. 18, 53.

b) um durch ita auf eine aus der Art u. Weise eines Zustandes oder einer Thätigkeit hervorgehende durch ut u. ne dargestellte **Folge** u. deren **Erfolg** hinzuweisen, **auf die Weise, so**, hoc a te ita contendo, ut in eo fortunas meas positas putem, Cic. Fam. 15, 14, 5. hoc tibi ita mando, ut dubitem, an etiam te rogem, ut pugnes ne intercaletur, Att. 5, 9, 2. ita sum cum illo locutus, ut mihi viderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere, Fam. 1, 2, 3. ita ergo fuit nobis agendum, ut iudices illud intelligerent factum, Quint. 9, 2, 74. nec ita claudenda res est familiaris, ut eam benignitas aperire non possit, nec ita reseranda, ut pateat omnibus, Cic. Off. 2, 15, 55. qui ita se gerunt, ita vivunt, ut eorum probetur fides, integritas cet., Am. 5, 19. u. vgl. Vell. 2, 109, 1. 2, 50, 1. 2, 14, 3. 2, 94, 3. Caes. BG. 1, 15, 5. nil ita celabas, ut non ego conscius essem, Ov. Tr. 3, 6, 9. u. vgl. Catull. 75, 2 sq. quum Graecos (ludos) ita non ames, ut ne ad villam quidem tuam via Graeca ire soleas, Cic. Fam. 7, 1, 3; ita fit, ut animus de se ipse tum iudicet, quum id ipsum, quo iudicatur, aegrotet,

Cic. Tusc. 3, 1, 1. ita fit, ut ratio praesit, appetitus obtemperet, Off. 1, 28, 101. u. so 1, 45, 160. Tusc. 2, 6, 16. Div. 1, 55, 126. Leg. 1, 15, 42. 1, 22, 58. ND. 1, 14, 37. Vell. 1, 43, 121; quum quidem biduum ita ieiunus fuissem, ut ne aquam quidem gustarem, Cic. Fam. 7, 26, 1. quod ita multa sunt incommoda in vita, ut ea sapientes commodorum compensatione leniant, Cic. ND. 1, 9, 23. sunt quidam ita lingua haesitantes aut ita voce absoni aut ita vultu motuque corporis vasti atque agrestes, ut - in oratorum numerum venire non possint, dOr. 1, 25, 115. ordiamur igitur a sensibus, quorum ita clara iudicia et certa sunt, ut, si optio naturae nostrae detur - non videam, quid quaerat amplius, Acad. 2, 7, 19. sed ita falsa sunt ea, quae consequuntur, ut illa, e quibus haec nata sunt, vera esse non possint, Fin. 4, 19, 54. memoria autem ita fuit nulla, ut aliquotiens tria cum proposuisset, aut quartum adderet, aut tertium quaereret, Brut. 60, 217. quo quidem (iudicio) ita severe sunt usi veteres grammatici, ut cet., Quint. 1, 4, 3. absolvi nescio quam bene, sed ita accurate, ut nihil posset supra, academicam omnem quaestionem libris quatuor, Cic. Att. 13, 19, 3; flumen est Arar, quod per fines Haeduorum et Sequanorum in Rhodanum influit incredibili lenitate, ita ut oculis, in utram partem fluat, iudicari non possit, Caes. BG. 1, 12, 1. u. vgl. Caes. BG. 1, 38, 5. Vell. 2, 4, 5. vix credere possis, quam sibi non sit amicus, ita ut pater ille, Terenti fabula quem miserum gnato vixisse fugato inducit, non se peius cruciaverit atque hic, Hor. Sat. 1, 2, 19. quamquam inperitia dei sufficiat ad poenam, ita ut notitia prosit ad veniam, tamen cet., Minuc. Octav. 35; — sic positum servabis onus, *ne* forte sub ala fasciculum portes librorum ut rusticus agnum, Hor. Sat. 1, 13, 12. u. vgl. AP. 151 sqq. 225 sqq. peto a te, ne exeat (liber), aut ita corrigas, ne mihi noceat, Cic. Fam. 6, 7, 6. u. vgl. 2, 19, 1.

c) um auf eine durch ut u. si eingeführte **Beschränkung** eines allgemeinen Urtheiles hinzuweisen, **so, nur so, insoweit, nur insoweit, unter der Bedingung**, ita nostri cum illo rege contenderunt imperatores, ut ab illo insignia victoriae, non victoriam reportarent: triumphavit L. Sulla, triumphavit L. Murena de Mithridate -, sed ita triumpharunt, *ut* ille pulsus superatusque regnaret, Cic. Pomp. 3, 8. u. vgl. Justin. 37, 1, 8. unum hoc abs te, L. Quinti, pervelim impetrare, - ut ita tibi multum temporis sumas, ut his aliquid ad iudicandum relinquas, Tull. 2, 6. vereor enim, cuicuimodi es, Rosci, ne ita hunc videar voluisse servare, ut tibi omnino non pepercerim, SRosc. 34, 95. u. vgl. 20, 55. cuius ego ingenium ita laudo, ut non pertimescam, ita probo, ut me ab eo delectari facilius, quam decipi putem posse, DiC. 13, 44. qui vobis ita summam ordinis consiliique concedunt, ut vobiscum de amore rei publicae certent, Cat. 4, 7, 15. qui ita de ambulatione et de suffragiis suis cum colonis dissenserunt, ut idem de communi salute sentirent, Sull. 21, 61. u. vgl. 26, 73. et tamen ita probanda est mansuetudo atque clementia, ut adhibeatur rei publicae causa severitas, Off. 1, 25, 88. vides in hac tota disputatione non illud dici: quamvis hoc turpe sit, tamen, quoniam expedit, faciam, sed: ita expedire, ut turpe non sit, 3, 13, 53. ita vivunt, dum possunt, ut ducere animam de caelo non queant: ita moriuntur, ut eorum ossa terra non tangat: ita iactantur fluctibus, ut numquam adluantur: ita postremo eiciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui conquiescant, SRosc. 26, 72. ita gratiam ineunt summa potestate populi permissa, ut non plus darent iuris quam detinerent, Liv. 1, 17, 8; genus belli quod sit vides: ita civile est, ut non ex civium dissensione, sed ex unius perditi civis audacia natum sit, Cic. Att. 7, 13, 1. sed ante omnia ita vos irae indulgere oportet, ut potiorem ira salutem atque utilitatem vestram habeatis, Liv. 23, 3, 4. cum - res militiae ita prospere gererentur, ut nullo bello veniretur ad exitum rei, Liv. 5, 12, 4. equis extemplo insecutus ita institit agmini, ut, donec lucesceret, proelio abstineret, 8, 38, 5. itaque hoc est, quod multi fecerunt, et ita multi, ut ii, quos innocentissimos meminimus aut audivimus, non fecerint, Cic. II. Verr. 3, 82, 190; ego quoque tibi imponam (onus) pro tuis in me summis officiis, ita tamen ut tibi nolim molestus esse, Fam. 13, 56, 2; — quod videmus ita esse necessarium, *ut tamen* eo minus nihil esse possit, wovon wir sehen, daß es nur insoweit nothwendig ist, als es, wenn auch die Nothwendigkeit zugestanden ist, dennoch nichts geringeres als dieß geben kann d. i. daß es zwar nothwendig, aber doch das geringste ist, dOr. 3, 10, 38. quae (dominatio) iucunda esset multitudini, bonis autem ita molesta, ut tamen sine pernicie, Att. 2, 21. nam ita diligenter constituta sunt iura decumano, ut tamen ab invito aratore plus decuma non posset auferri, II. Verr. 3, 8, 20. quod si quis probabit, ita probabit, ut oratori tamen aptum non esse fateatur, dOr. 2, 38, 159. quum scirem, ita iudicium in tabulas publicas relatum, ut illae tabulae privata tamen in custodia more maiorum continerentur, Sull. 15, 42. quod ego ita libenter accipio, ut tamen tibi non concedam, Fam. 5, 21, 1. ceterum ita fama variat, ut tamen plerique loci speculandi causa castris egressum, omnes insidiis circumventum tradant, Liv. 27, 27, 14. amicos ita magnos et potentes in civitate esse voluit, ut tamen pari iure essent quo ceteri, Suet. Aug. 56; plures e familia cognosci referre arbitror, quo facilius appareat ita degenerasse a suorum virtutibus Nero, ut tamen vitia cuiusque quasi tradita et ingenita retulerit, Ner. 1. in adulescentia ita patiens laborum erat, ut tamen nonnumquam subita defectione ingredi, stare, colligere semet ac sufferre vix posset, Cal. 50; hi quidem ita non sola virtute finem bonorum contineri putant, ut rebus tamen omnibus virtutem anteponant, Cic. Fin. 4, 18, 49; cui magnam invidiam conciliarat - imponendo capiti eius - insigne regium, quod ab eo ita repulsum erat, ut non offensus videretur, Vell. 2, 56, 4. esse etiam momenti aliquid ad consilium, quod Carthaginiensibus ita pax ne-

omenque belli ut summae rerum prosperum eventum, ita haud sane incruentam ancipitisque certaminis victoriam Romanis portendit, Liv. 21, 29, 4. haec omnia ut invitis, ita non adversantibus patriciis transacta, 3, 55, 15. u. s. Spät. indirect: honorificum id militibus fore, quorum favorem ut largitione et ambitu male adquiri, ita per bonas artes haud spernendum, Tac. H. 1, 17. dixit forte Tiberius se ut non toti rei publicae parem, ita quaecumque pars sibi mandaretur, eius tutelam suscepturum, A. 1, 12. quod sequitur de schola Epicuri est, sicut iram in deo non esse, ita nec gratiam, Lact. dIra dei 5. quis tam stultus aut brutus est, ut audeat repugnare, hominem a deo ut primum potuisse fingi, ita posse denuo reformari? Minuc. Octav. 34; — ut pleraque Alpium ab Italia sicut breviora, ita arrectiora sunt, Liv. 21, 35, 11. convenerantque duces sicuti inter se nondum satis noti, ita iam inbutus uterque quadam admiratione alterius, 21, 39, 7. multa magnis ducibus sicut non adgredienda, ita semel adgressis non dimittenda esse, 24, 19, 7. u. vgl. 9, 17, 4; — velut usquam vinctus eas, ita te felicem dicis amasque, quod nusquam tibi sit potandum, Hor. Sat. 2, 7, 30. quasi domi numos haberet, ita constituit Scapulis se daturum, Cic. Quinct. 5, 18. quasi coram adsis, ita cerno συμπάθειαν amoris tui, Att. 5, 18, 3.

II) durch *Conjunct.*, u. zwar 1) im Allg. a) um durch ita auf eine durch *ut*, ne, quod u. quum, si mit Conj. dargestellte **Weise, Bestimmung, Verfügung** hinzuweisen, **in der Weise, in dem Sinne, in der Absicht, mit der Bestimmung, mit der Bedingung**, membra nobis ita data sunt, *ut* ad quamdam rationem vivendi data esse appareant, Cic. Fin. 3, 7, 23. sic enim mihi perspicere videor, ita natos esse nos, ut inter omnes esset societas quaedam, Am. 5, 19. ita nati estis, ut bona malaque vestra ad rem publicam pertineant, Tac. A. 4, 8. ita Helvetios a maioribus suis institutos esse, uti obsides accipere, non dare consuerint, Caes. BG. 1, 14, 7. u. vgl. 1, 13, 6. ita amicum habeas, posse ut facile fieri hunc inimicum putes, Syr. 522. ego autem a patre ita eram deductus ad Scaevolam sumpta virili toga, ut, quoad possem et liceret, a senis latere numquam discederem, Cic. Am. 1, 1. ita est enim interpretatio illa pontificum, ut eidem potestatem habeant iudicum, Har. resp. 7, 13. omnis enim pecunia ita tractatur, ut praeda a praefectis, quae autem mihi attributa est, a quaestore curetur, Fam. 2, 17, 7. neque haec ita dico, ut ars aliquos limare non possit, dOr. 1, 25, 115. isque se ita putat Atticum, ut veros illos prae se paene agrestes putet, Brut. 83, 286. non est ita latum, ut mihi Romam venire liceret, sed ut venirem, und: me ita in re publica esse (voluisti), magis ut arcessitus imperio populi R. viderer, quam cet., Dom. 27, 71. pax ita convenerat, ut Etruscis Latinisque fluvius Albula - finis esset, Liv. 1, 3, 5. Rhodiis responsum ita redditum est, ut nec hostes fierent, nec socii permanerent, 45, 25, 4. quam rem ita graviter tulit Alexander, ut secunda legatione denuo bellum deprecantibus ita demum remiserit, ut oratores et duces - sibi dedantur, Justin. 11, 4, 10; — ita tu istaec tua misceto, *ne* me admisceas, Ter. Heaut. 4, 5, 35. ita radiis solis aciem effodit luminis, malis bene esse ne videret civibus, Laber. 75. u. vgl. Plaut. Trin. 2, 2, 62. ut semina ita deponantur, ne protinus totus scrobis terra compleatur, sed cet., Col. 5, 5, 4. hos ergo in surculis nodos, cum seruntur, medios secare oportet ita, ne profluat medulla, Plin. 17, 21 (35), 154. miror hanc quoque succurrisse Plinio curam, ut ita sudario frontem siccari iuberet, ne comae turbarentur, Quint. 11, 3, 148; — easque alvos ita collocant, in mutulis parietis, *ut ne* agitentur neve inter se contingant, Varr. RR. 3, 16, 16. sed tamen ita velim, ut ne quid properes, Cic. Fam. 16, 9, 3; — itaque L. Piso multos codices implevit earum rerum, in quibus ita intercessit, *quod* iste aliter atque ut edixerat decrevisset, II. Verr. 1, 46, 119; — nam M. Drusum gravem oratorem ita duntaxat, *cum* de re publica diceret, - abducamus ex acie, id est a iudiciis, et in praesidiis rei publicae - collocemus, Brut. 62, 222. sequitur enim, ut male collocata male debeantur: de quibus non redditis sero querimur: ita enim perierunt, cum darentur, Sen. Ben. 1, 1; — cum his terrestribus maritimisque copiis Ti. Sempronius missus in Siciliam, ita in Africam transmissurus, *si* ad arcendum Italia Poenum consul alter satis esset, Liv. 21, 17, 6. in deditionem ita accipi eos, si Macedoniam ceterosque belli concitores tradidissent vivos, 29, 3, 3. de frumento utriusque responsum, ita usurum eo populum R., si pretium acciperent, 36, 4, 9. u. vgl. 26, 24, 12. 29, 3, 2. 30, 37, 6. 36, 4, 9. Suet. Claud. 25. Vell. 2, 20, 2; endlich durch *Abl.* näher bestimmt: M'. Curium, qui heres institutus esset ita „mortuo postumo filio", quum filius non modo mortuus, sed ne natus quidem esset, heredem esse oportere, Cic. Caecin. 18, 53.

b) um durch ita auf eine aus der Art u. Weise eines Zustandes oder einer Thätigkeit hervorgehende durch ut u. ne dargestellte **Folge** u. deren **Erfolg** hinzuweisen, **auf die Weise, so**, hoc a te ita contendo, ut in eo fortunas meas positas putem, Cic. Fam. 15, 14, 5. hoc tibi ita mando, ut dubitem, an etiam te rogem, ut pugnes ne intercaletur, Att. 5, 9, 2. ita sum cum illo locutus, ut mihi viderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere, Fam. 1, 2, 3. ita ergo fuit nobis agendum, ut iudices illud intelligerent factum, Quint. 9, 2, 74. nec ita claudenda res est familiaris, ut eam benignitas aperire non possit, nec ita reseranda, ut pateat omnibus, Cic. Off. 2, 15, 55. qui ita se gerunt, ita vivunt, ut eorum probetur fides, integritas cet., Am. 5, 19. u. vgl. Vell. 2, 109, 1. 2, 50, 1. 2, 14, 3. 2, 94, 3. Caes. BG. 1, 15, 5. nil ita celabas, ut non ego conscius essem, Ov. Tr. 3, 6, 9. u. vgl. Catull. 75, 2 sq. quum Graecos (ludos) ita non ames, ut ne ad villam quidem tuam via Graeca ire soleas, Cic. Fam. 7, 1, 3; ita fit, ut animus de se ipse tum iudicet, quum id ipsum, quo iudicatur, aegrotet,

Cic. Tusc. 3, 1, 1. ita fit, ut ratio praesit, appetitus obtemperet, Off. 1, 28, 101. u. so 1, 45, 160. Tusc. 2, 6, 16. Div. 1, 55, 126. Leg. 1, 15, 42. 1, 22, 58. ND. 1, 14, 37. Vell. 1, 43, 121; quum quidem biduum ita ieiunus fuissem, ut ne aquam quidem gustarem, Cic. Fam. 7, 26, 1. quod ita multa sunt incommoda in vita, ut ea sapientes commodorum compensatione leniant, Cic. ND. 1, 9, 23. sunt quidam ita lingua haesitantes aut ita voce absoni aut ita vultu motuque corporis vasti atque agrestes, ut - in oratorum numerum venire non possint, dOr. 1, 25, 115. ordiamur igitur a sensibus, quorum ita clara iudicia et certa sunt, ut, si optio naturae nostrae detur - non videam, quid quaerat amplius, Acad. 2, 7, 19. sed ita falsa sunt ea, quae consequuntur, ut illa, e quibus haec nata sunt, vera esse non possint, Fin. 4, 19, 54. memoria autem ita fuit nulla, ut aliquotiens tria cum proposuisset, aut quartum adderet, aut tertium quaereret, Brut. 60, 217. quo quidem (iudicio) ita severe sunt usi veteres grammatici, ut cet., Quint. 1, 4, 3. absolvi nescio quam bene, sed ita accurate, ut nihil posset supra, academicam omnem quaestionem libris quatuor, Cic. Att. 13, 19, 3; flumen est Arar, quod per fines Haeduorum et Sequanorum in Rhodanum influit incredibili lenitate, ita ut oculis, in utram partem fluat, iudicari non possit, Caes. BG. 1, 12, 1. u. vgl. Caes. BG. 1, 38, 5. Vell. 2, 4, 5. vix credere possis, quam sibi non sit amicus, ita ut pater ille, Terenti fabula quem miserum gnato vixisse fugato inducit, non se peius cruciaverit atque hic, Hor. Sat. 1, 2, 19. quamquam inperitia dei sufficiat ad poenam, ita ut notitia prosit ad veniam, tamen cet., Minuc. Octav. 35; — sic positum servabis onus, *ne* forte sub ala fasciculum portes librorum ut rusticus agnum, Hor. Sat. 1, 13, 12. u. vgl. AP. 151 sqq. 225 sqq. peto a te, ne exeat (liber), aut ita corrigas, ne mihi noceat, Cic. Fam. 6, 7, 6. u. vgl. 2, 19, 1.

c) um auf eine durch ut u. si eingeführte **Beschränkung** eines allgemeinen Urtheiles hinzuweisen, **so, nur so, insoweit, nur insoweit, unter der Bedingung**, ita nostri cum illo rege contenderunt imperatores, ut ab illo insignia victoriae, non victoriam reportarent: triumphavit L. Sulla, triumphavit L. Murena de Mithridate -, sed ita triumpharunt, *ut* ille pulsus superatusque regnaret, Cic. Pomp. 3, 8. u. vgl. Justin. 37, 1, 8. unum hoc abs te, L. Quinti, pervelim impetrare, - ut ita tibi multum temporis sumas, ut his aliquid ad iudicandum relinquas, Tull. 2, 6. vereor enim, cuicuimodi es, Rosci, ne ita hunc videar voluisse servare, ut tibi omnino non pepercerim, SRosc. 34, 95. u. vgl. 20, 55. cuius ego ingenium ita laudo, ut non pertimescam, ita probo, ut me ab eo delectari facilius, quam decipi putem posse, DiC. 13, 44. qui vobis ita summam ordinis consiliique concedunt, ut vobiscum de amore rei publicae certent, Cat. 4, 7, 15. qui ita de ambulatione et de suffragiis suis cum colonis dissenserunt, ut idem de communi salute sentirent, Sull. 21, 61. u. vgl. 26, 73. et tamen ita probanda est mansuetudo atque clementia, ut adhibeatur rei publicae causa severitas, Off. 1, 25, 88. vides in hac tota disputatione non illud dici: quamvis hoc turpe sit, tamen, quoniam expedit, faciam, sed: ita expedire, ut turpe non sit, 3, 13, 53. ita vivunt, dum possunt, ut ducere animam de caelo non queant: ita moriuntur, ut eorum ossa terra non tangat: ita iactantur fluctibus, ut numquam adluantur: ita postremo eiciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui conquiescant, SRosc. 26, 72. ita gratiam ineunt summa potestate populi permissa, ut non plus darent iuris quam detinerent, Liv. 1, 17, 8; genus belli quod sit vides: ita civile est, ut non ex civium dissensione, sed ex unius perditi civis audacia natum sit, Cic. Att. 7, 13, 1. sed ante omnia ita vos irae indulgere oportet, ut potiorem ira salutem atque utilitatem vestram habeatis, Liv. 23, 3, 4. cum - res militiae ita prospere gererentur, ut nullo bello veniretur ad exitum rei, Liv. 5, 12, 4. equis extemplo insecutus ita institit agmini, ut, donec lucesceret, proelio abstineret, 8, 38, 5. itaque hoc est, quod multi fecerunt, et ita multi, ut ii, quos innocentissimos meminimus aut audivimus, non fecerint, Cic. II. Verr. 3, 82, 190; ego quoque tibi imponam (onus) pro tuis in me summis officiis, ita tamen ut tibi nolim molestus esse, Fam. 13, 56, 2; — quod videmus ita esse necessarium, *ut tamen* eo minus nihil esse possit, wovon wir sehen, daß es nur insoweit nothwendig ist, als es, wenn auch die Nothwendigkeit zugestanden ist, dennoch nichts geringeres als dieß geben kann d. i. daß es zwar nothwendig, aber doch das geringste ist, dOr. 3, 10, 38. quae (dominatio) iucunda esset multitudini, bonis autem ita molesta, ut tamen sine pernicie, Att. 2, 21. nam ita diligenter constituta sunt iura decumano, ut tamen ab invito aratore plus decuma non posset auferri, II. Verr. 3, 8, 20. quod si quis probabit, ita probabit, ut oratori tamen aptum non esse fateatur, dOr. 2, 38, 159. quum scirem, ita iudicium in tabulas publicas relatum, ut illae tabulae privata tamen in custodia more maiorum continerentur, Sull. 15, 42. quod ego ita libenter accipio, ut tamen tibi non concedam, Fam. 5, 21, 1. ceterum ita fama variat, ut tamen plerique loci speculandi causa castris egressum, omnes insidiis circumventum tradant, Liv. 27, 27, 14. amicos ita magnos et potentes in civitate esse voluit, ut tamen pari iure essent quo ceteri, Suet. Aug. 56; plures e familia cognosci referre arbitror, quo facilius appareat ita degenerasse a suorum virtutibus Nero, ut tamen vitia cuiusque quasi tradita et ingenita retulerit, Ner. 1. in adulescentia ita patiens laborum erat, ut tamen nonnumquam subita defectione ingredi, stare, colligere semet ac sufferre vix posset, Cal. 50; hi quidem ita non sola virtute finem bonorum contineri putant, ut rebus tamen omnibus virtutem anteponant, Cic. Fin. 4, 18, 49; cui magnam invidiam conciliarat - imponendo capiti eius - insigne regium, quod ab eo ita repulsum erat, ut non offensus videretur, Vell. 2, 56, 4. esse etiam momenti aliquid ad consilium, quod Carthaginiensibus ita pax ne-

gari posset, ut non utique in praesentia bellum cum iis geratur, Liv. 24, 27, 7; — verumtamen hoc ita est utile, *ut ne* plane inludamur ab accusatoribus, SRosc. 20, 55. qui si occiderit, multum de communi utilitate detraxerit, modo hoc ita faciat, ut ne ipse de se bene existimans seseque diligens hanc causam habeat ad iniuriam, Off. 3, 6, 31; — auxilio vos, Campani, dignos censet senatus, sed ita vobiscum amicitiam institui par est, *ne* qua vetustior amicitia ac societas violetur, Liv. 7, 31, 2. ita tamen aequum est, inquit, me vestra meis armis tutari, ne mea interim nudentur praesidiis, 31, 25, 6; — ita admissos esse, *ne tamen* iis senatus daretur, 22, 61, 5; — fossa ita idonea, *si* omnem aquam, quae e caelo venit, recipere potest, Varr. RR. 1, 14, 2. u. so mit Indicat. Präs.: nam hoc ipsum ita iustum est, quod recte fit, si est voluntarium, Cic. Off. 1, 9, 28. ita sunt autem speciosa haec et utilia, si oriuntur ex causa, Quint. 2, 4, 32. haec enim omnia pure atque caste tribuenda deorum numini ita sunt, si animadvertuntur ab iis et si est aliquid a dis immortalibus hominum generi tributum, Cic. ND. 1, 2, 3. ita est maxima in sensibus veritas, si et sani sunt ac valentes et omnia removentur, quae obstant et impediunt, Acad. 2, 7, 19. ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini mancipata est, si usque ad ultimum spiritum dominatur in suos, Sen. 11, 38. itaque ad bella ista, seu falsa seu vera sunt, consules, parata vobis plebes est, si conubiis redditis unam hanc civitatem tandem facitis, si coalescere, si iungi miscerique vobis privatis necessitudinibus possunt, si spes, si aditus ad honores viris strenuis et fortibus datur, si in consortio, si in societate rei publicae esse, si quod aeque libertatis est in vicem annuis magistratibus parere atque imperitare licet, Liv. 4, 5, 5. vos, Ceres mater et Proserpina, precor - ut ita nobis volentes propitii adsitis, si vitandae non ferendae fraudis causa hoc consilii capimus, 24, 38, 8. u. vgl. 42, 41, 6. de quibus quid ipse sentiam, si placet, exponam, ita tamen, si vacas animo neque habes aliquid, quod huic sermoni praevertendum putes, Cic. Div. 1, 6, 10; cuius ita aliqua spes est, si eam, quem ad modum ut victor fert Hannibal, sic vos ut victi audiatis, et non id quod amittitur in damno, cum omnia victoris sint, sed quidquid relinquitur pro munere habituri estis, der Conjunct. als Wunsch, der Indic. Fut. als Forderung, Liv. 21, 13, 5. u. so mit Indic. Futur.: hanc multam ita aequo animo feretis, si reputabitis cet., 24, 16, 13. u. vgl. Cic. Fam. 15, 20, 2. Quint. 7, 3, 21. u. mit Conj. in indir. Rede: scribis enim in caelum ferri profectionem meam, sed ita, si ante kal. ian. redeam, Cic. Att. 16, 6, 2. nam a patribus acceptos deos ita placet coli, si huic legi paruerint ipsi, Leg. 2, 10, 26. iamque plebs ita in tribunatu ponere aliquid spei, si similes Icilio tribunos haberet, Liv. 3, 65, 9. u. vgl. 1, 8, 2. 24, 37, 7. pars ita in Romanos effusi erant, ut auctoritatem inmodico favore corrumperent, pauci ex is iustitio populi R. capti, plures ita, si praecipuam operam navassent, potentes sese in civitatibus suis fore rati, 42, 30, 3. ambulantem loqui ita demum oportet, si in causis publicis - quod dicimus quasi singulis inculcare peculiariter velimus, Quint. 11, 3, 130.

2) prägn. wird ita gebraucht, um auf den durch ut u. Conj. u. dgl. eingeführten Grad eines Zustandes hinzuweisen, so, so sehr, in dem Grade, dermaßen, ita sordidus, ut se non umquam servo melius vestiret, Hor. Sat. 1, 1, 96. u. vgl. Ep. 2, 1, 64. statim ita sum levatus, ut mihi deus aliquis medicinam fecisse videatur, Cic. Fam. 14, 7, 1. ita se - de populo R. meritos esse, ut paene in conspectu exercitus nostri vastari - non debuerint, Caes. BG. 1, 11, 3. ita placebat barbaris numerus suus, ita fiducia virium, ut ubicunque Caesar esset nihil in se reponerent, Vell. 2, 112, 2. non ita civitatem aegram esse, ut consuetis remediis sisti posset, Liv. 3, 20, 8. u. vgl. 26, 19, 14. ea demum vox ita animos accendit, ut renovato clamore, veluti ali repente facti, tanta vi se in hostem intulerint, ut sustineri ultra non possent, Liv. 24, 16, 1; cuius salus ac valetudo non ita sustentaretur Caesaris cura, tanquam distractissimus ille tantorum operum mole huic uni negotio vacaret animus, Vell. 2, 114, 1.

III) näher bestimmt durch directe oder indirecte Sätze: patriam allocuta maesta'st ita voce miseriter; „patria cet.“, Catull. 63, 49. u. vgl. vs. 77 sq. Juv. 13, 91. is ita cum Caesare egit: „si cet.“, Caes. BG. 1, 13, 3. in tertio de oratore ita scriptum est: „in perpetua autem oratione cet.“, Quint. 11, 1, 26. haec ita digerunt: primum cet., 11, 2, 20; — indirect durch den *Acc.* u. *Inf.*: ex parente meo et aliis sanctis viris ita accepi, munditias mulieribus, viris laborem convenire omnibusque bonis oportere plus gloriae quam divitiarum esse, Sall. J. 85, 40. ex Dareo ita accepi, tria milia talentum condita esse cum Cyro, Curt. 10, 5 (1), 34. qui acerrime adversus eos dicit, ita dicit, hostes noluisse fieri, Cato frg. p. 24, 3. u. vgl. p. 35, 8. p. 67, 3. saepe ego audivi Q. Maxumum, P. Scipionem, praeterea civitatis nostrae praeclaros viros solitos ita dicere, cum maiorum imagines intuerentur, vehementissume sibi animum ad virtutem accendi, Sall. J. 4, 5. nec vero ita dici potest, mentis laetitiam solam esse in bonis, Cic. Tusc. 3, 18, 41. ita enim scripsit ad me, sibi meam commentationem maximo adiumento fuisse, Fam. 13, 24, 1. illudque mihi gratissimum est, quod ita sciunt Lucceii procuratores et ita Lucceius ipse ex litteris tuis, quas ad eum misisti, intellexit, hominis nullius apud te auctoritatem aut gratiam valere plus quam meam, 13, 42, 4. tu velim tibi ita persuadeas, nullam rem esse minimam, quae ad te pertineat, quae cet., 1, 8, 6. quod si consulatus tanta dulcedo sit, iam tunc ita in animum inducant consulatum captum et oppressum ab tribunicia potestate esse, Liv. 2, 54, 5. sed quum sibi ita persuasisset ipse, meas de se accurate scriptas litteras maximum apud te pondus habituras - malui facere, quod cet., Cic. Fam. 13, 10, 1. quare velim ita statutum

habeas, me tui memoriam cum summa benevolentia tenere, 6, 2, 2. collegi me aliquando et ita constitui, fortiter esse agendum, illi aetati, qua tum eram, solere laudi dari, etiam si cet., Cluent. 19, 51. omnesque ita accipiebant, privatos eos a Claudio iudicatos, Liv. 3, 40, 6. idque omen auguriumque ita acceptum est, non motam Termini sedem, 1, 55, 4. scio fuisse nonnullos, qui ita existumarent, iuventutem, quae domum Catilinae frequentabat, parum honeste pudicitiam habuisse, Sall. C. 14, 7. hoc ita existimavit - nihil opus fuisse iudicio de vi coactis armatisque hominibus, Cic. Tull. 4, 9. u. vgl.: qui (Antiochus) me valde movet, vel quod amavi hominem, sicut ille me, vel quod ita iudico, politissimum et acutissimum omnium nostrae memoriae philosophorum, Acad. 2, 35, 113.

itaeomelis, is, *f.*, eine aus Kräutern bereitete unbekannte Art Wein, vocarunt et scyzinum et itaeomelin et lectisphagiten, quorum iam oblitterata ratio est, Plin 14, 16 (19), 111.

ĭtăquĕ, *Adv.*, **und so, und auf die Weise, und so sehr, und dermaßen,** wird gebraucht 1) um an ein durch ita oder auch ohne dasselbe eingeführtes Prädicat ein zweites mit **gleicher Geltung** anzuknüpfen (also = ita que, itáque, vgl. *Corssen* über Aussprache II. p. 264 fg.), ita huic facietis fabulae silentium itaque aequi et iusti hic eritis omnes arbitri, Plaut. Amph. prol. 15. ita dolui itaque ego nunc doleo, Truc. 2, 6, 45. ita vosmet aiebatis itaque nomina inter nos permutastis, Capt. 3, 5, 18. ita victu excurato, ita munditiis dignis itaque in loco festivo sumus festive accepti, Pseud. 5, 1, 9. si cetera ita sunt ut vis itaque ut esse ego illa existumo, Ter. Hec. 4, 2, 28; — verum ita animatus fui itaque nunc sum, ut ea te patera donem, Plaut. Amph. 2, 2, 130. immo ita volo itaque postulo, ut fiat, Ter. Andr. 3, 3, 18. ita nostri acriter in hostes signo dato impetum fecerunt itaque hostes repente celeriterque procurrerunt, ut spatium pila in hostes coniciendi non daretur, Caes. BG. 1, 52, 3. homines - mihi ita cari itaque iucundi, ut eorum adspectu omnis quae me angebat de re publica cura consederit, Cic. Brut. 3, 10; — bei Betheuerungen u. dgl.: verum ita me di ament itaque obtingant ex te quae exoplo mihi, ut numquam sciens commerui cet., Ter. Hec. 4, 2, 3; nescio, ita me di ament, mi Laches, itaque una inter nos agere aetatem liceat, 2, 1, 10. Al. at ita me di deaeque, superi atque inferi et medioxumi, itaque me Iuno regina et Iovis supremi filia, itaque Saturnius patruus eius - Me. ecastor pater. Al. itaque me Ops opulenta illius avia - Me. immo mater quidem. Al. Iuno filia et Saturnus patruus u. s. w., Plaut. Cist. 2, 1, 36. ita me amabit sancta Saturitas, Hegio, itaque suo me semper condecoret cognomine, Plaut. Capt. 4, 2, 97; — ohne vorausgehendes ita: nunc his locis posita sunt (signa), ut mihi semper Scipionis fore videantur itaque dicantur, Cic. II. Verr. 2, 35, 87; peto igitur abs te, ut eum - in meis intimis maximeque necessariis scias esse itaque tractes, ut intelligat cet., Fam. 13, 30, 2. — 2) um den **weiteren Verlauf** einer vorhergehenden Thatsache hinzuzufügen, sei es mit oder ohne nähere Bestimmung der Art und Weise des Verlaufs (also: ita que, itáque): collegi me aliquando et ita constitui, fortiter esse agendum —: itaque feci, Cic. Cluent. 19, 51. eodem te, quum coenavisses, rediturum dixeras: itaque fecisti, Deiot. 7, 19. u. so vgl. Inv. 2, 24, 72. inimici vero - illud tempus exspectandum decreverunt, quo exisset, ut sic absentem aggrederentur: itaque fecerunt, Nep. Alc. 4, 2. u. vgl. Fam. 3, 3, 1. 3, 5, 3. 5, 11, 2; — quum quaestor in Sicilia fuissem, iudices, itaque ex ea provincia decessissem, ut Siculis omnibus iucundam diuturnamque memoriam quaesturae nominisque mei relinquerem, factum est cet., DiC. 1, 2. tricesimo sexto anno a primis tribunis plebis decem creati sunt, bini ex singulis classibus: itaque cautum est, ut postea crearentur, Liv. 3, 30, 7. — 3) um eine auf Grund einer vorhergehenden Thatsache beruhende **Folge** anzuknüpfen, **und so, und auf die Weise, und in Folge davon** (also = ita que, itáque), und daraus entstand itaque, zur Einführung eines selbstständigen Folgesatzes (bei Cicero u. Caesar stets zu Anfang, an zweiter Stelle b. Planc. b. Cic. Fam. 10, 15, 2; häufig bei Liv., b. Quint. öft. vor- als nachgestellt, b. Curt. nur 7, 10 (39), 7. an zweiter Stelle), **sonach, also, daher**, a) im Allg.: insinuat sese ad illam amicam eri [mei]: occepit eius matri suppalparier vino, ornamentis opiparisque opsoniis: itaque intumum ibi se miles aput lenam facit, Plaut. Mil. gl. 2, 1, 27. u. vgl. 2, 1, 60. 3, 1, 183. prima contio Pompeii qualis fuisset, scripsi ad te antea, non iucunda miseris, inanis improbis, beatis non grata, bonis non gravis, itaque frigebat, Cic. Att. 1, 14, 1. numquam de me siluistis, numquam meam salutem non ab his consulibus, qui vendiderant, flagitavistis: itaque vestro studio atque auctoritate perfectum est, ut ille ipse annus - hos tribunos haberet, qui et promulgarent de salute mea et ad vos saepenumero referrent, post red. in sen. 2, 3 sq. u. vgl. Att. 1, 14, 6. Dumnorix gratia et largitione apud Sequanos plurimum poterat et Helvetiis erat amicus —: itaque rem suscipit, Caes. BG. 1, 10, 4; — tantae in te impendent ruinae: nisi suffulcis firmiter, non potes subsistere: itaque in te irruunt montes mali, Plaut. Epid. 1, 1, 77. Mercurius, Iovis qui nuntius perhibetur, numquam aeque patri suo nuntium lepidum attulit, quam ego nunc meae nuntiabo erae: itaque onustum pectus porto laetitia lubentiaque, Plaut. Stich. 2, 1, 1 sqq. u. vgl. Pers. 4, 3, 11. 35. Mil. gl. 5, 16. quod vestri quidem vel optime disputant, nihil opus esse eum, qui philosophus sit futurus, scire litteras: itaque, ut maiores nostri ab aratro adduxerunt Cincinnatum illum, ut dictator esset, sic vos de pagis omnibus colligitis bonos illos quidem viros, sed certe non pereruditos, Cic. Fin. 2, 4, 12. earum igitur qualitatum sunt aliae principes, aliae ex his ortae: principes sunt unius modi et simplices, ex his autem ortae variae sunt et quasi multiformes: itaque aër - et ignis et aqua et terra

prima sunt, ex his autem ortae animantium formae earumque rerum, quae gignuntur e terra, Acad. 1, 7, 26. duo placet esse Carneadi genera visorum, in quo uno hanc divisionem: alia visa esse, quae percipi possint, alia, quae non possint, in altero autem: alia visa esse probabilia, alia non probabilia: itaque quae contra sensus contraque perspicuitatem dicantur, ea pertinere ad superiorem divisionem, contra posteriorem nihil dici oportere, 2, 31, 99. eo enim rem demittit Epicurus, si unus sensus semel in vita mentitus sit, nulli umquam esse credendum: hoc est verum esse confidere suis testibus et importune insistere! Itaque Timagoras Epicureus negat sibi umquam, quum oculum torsisset, duas ex lucerna flammulas esse visas: opinionis enim esse mendacium, non oculorum, 2, 25, 79. nec tamen argumentum hoc Epicurus a parvis petivit aut etiam a bestiis - ut diceret ab his duce natura hanc voluptatem expeti nihil dolendi: neque enim haec movere potest appetitum animi nec ullum habet ictum, quo pellat animum status hic non dolendi. Itaque in hoc eodem peccat Hieronymus. At ille pellit, qui permulcet sensum voluptate. Itaque Epicurus semper hoc utitur, ut probet voluptatem natura expeti, Fin. 2, 10, 32. u. vgl. 2, 4, 12. ND. 1, 31, 85. Am. 7, 24; — et enimvero quoniam formam huius cepi in me et statum, decet et facta moresque huius habere me similes item. Itaque me malum esse oportet, callidum, astutum ad modum cet., Plaut. Amph. 1, 1, 110. u. vgl. Capt. prol. 35—37. apscede ac sine me hunc perdere, qui semper me ira incendit, quoi numquam rem me unam licet semel praecipere furi, quin centiens eadem imperem atque ogganniam: itaque iam hercle clamore ac stomacho non queo labori suppeditare, As. 2, 4, 14. praesagibat mi animus, frustra me ire, quom exibam domo: itaque abibam invitus, Aul. 2, 2, 1. u. vgl. Mil. gl. 2, 1, 14. Homerum Colophonii civem esse dicunt suum, Chii suum vindicant, Salaminii repetunt, Smyrnaei vero suum esse confirmant, itaque etiam delubrum eius in oppido dedicaverunt, Cic. Arch. 8, 19. carus fuit Africano superiori noster Ennius, itaque etiam in sepulcro Scipionum putatur is esse constitutus ex marmore, 9, 22. Athenis tenue coelum, ex quo acutiores etiam putantur Attici: crassum Thebis, itaque pingues Thebani et valentes, Fat. 4, 7. alios autem dicere aiunt multo etiam inhumanius-praesidii adiumentique causa, non benevolentiae neque caritatis amicitias esse expetendas: itaque ut quisque minimum firmitatis haberet minimumque virium, ita amicitias appetere maxime: ex eo fieri ut mulierculae magis amicitiarum praesidia quaerant quam viri et inopes quam opulenti et calamitosi quam beati, Am. 13, 46. u. vgl. 47; — Fit etiam suavis oratio, quum aliquid aut invisum aut inauditum aut novum dicas. Delectat enim —. Sed sunt multa suavitatis praecepta, quae orationem aut magis obscuram aut minus probabilem faciunt. Itaque etiam hoc loco nobis est ipsis quid causa postulet iudicandum, Cic. Part. or. 6, 22. u. vgl. Cluent. 8, 24. u. 25. Leg. 1, 8, 24. 2, 1, 2. Am. 6, 22. 12, 42. Sed Nasidianae naves nullo usui fuerunt celeriterque pugna excesserunt: non enim has aut conspectus patriae aut propinquorum praecepta ad extremum vitae periculum adire cogebant. Itaque ex eo numero navium nulla desiderata est: ex Massiliensium classe V sunt depressae cet., Caes. BC. 2, 7, 1. Phocion Atheniensis etsi saepe exercitibus praefuit summosque magistratus cepit, tamen multo eius notior integritas vitae quam rei militaris labor. Itaque huius memoria est nulla, illius autem magna fama, Nep. Phoc. 1, 1. Sed Allobroges diu in incerto habuēre, quidnam consili caperent: in altera parte erat aes alienum, studium belli, magna merces in spe victoriae, at in altera maiores opes, tuta consilia, pro incerta spe certa praemia. Haec illis volventibus tandem vicit fortuna rei publicae. Itaque Q. Fabio Sangae - rem omnem uti cognoverant aperiunt, Sall. C. 41, 1 sqq. Non erat Mario Sulpicioque Cinna temperatior. Itaque cum ita civitas Italiae data esset, ut in octo tribus contribuerentur novi cives, ne potentia eorum et multitudo veterum civium dignitatem frangeret, - Cinna in omnibus tribubus eos se distributurum pollicitus est, Vell. 2, 20, 2. u. vgl. 2, 40, 5. 2, 103, 3. 2, 110, 5. Quod (sabulum) ubi cumulatum est, magnorum collium procul species est omniaque pristini itineris vestigia intereunt. Itaque qui transeunt campos, navigantium modo noctu sidera observant, ad quorum cursum iter dirigunt, Curt. 7, 18 (4), 27. Est mihi purgatam crebro qui personet aurem: solve senescentem mature sanus equum, ne peccet ad extremum ridendus et ilia ducat! Nunc itaque et versus et cetera ludicra pono, Hor. Ep. 1, 1, 8 sqq. de compositione non equidem post M. Tullium scribere auderem nisi et eiusdem aetatis homines scriptis ad ipsum etiam litteris reprehendere id collocandi genus ausi fuissent et post eum plures multa ad eandem rem pertinentia memoriae tradidissent. Itaque accedam in plerisque Ciceroni, Quint. 9, 4, 1; — itaque ergo verbunden, s. ergo, 2. — b) insbes. zur Wiederaufnahme eines vorhergehenden Begriffes od. Urtheils oder eines unterbrochenen Gedankens (wie igitur): Quem quidem ego hostem, Quirites, quam vehementer foris esse *timendum* putem, licet hinc intelligatis, quod etiam molesto fero, quod ex urbe parum comitatus exierit. Utinam ille omnes secum copias suas eduxisset. Tongilium mihi eduxit, quem amare in praetexta coeperat, Publicium et Munatium, quorum —: reliquit quos viros! quanto alieno aere, quam valentes, quam nobiles! Itaque ego illum exercitum prae Gallicanis legionibus et hoc dilectu, quem in agro Piceno et Gallico Q. Metellus habuit - magno opere *contemno*, Cic. Cat. 2, 2, 4. u. vgl. Acad. 1, 12, 44. Quum saepe multa tum memini domi in hemicyclio sedentem, ut solebat, - *in eum sermonem* illum *incidere*, qui tum fere multis erat in ore. Meministi enim profecto, Attice, et eo magis, quod P. Sulpicio utebare multum, quum is tribunus plebis capitali odio a Q. Pom-

peio, qui tum erat consul, dissideret, quocum coniunctissime et amantissime vixerat, quanta esset hominum vel admiratio vel querela. Itaque tum Scaevola quum *in eam* ipsam *mentionem incidisset*, exposuit cet., Am. 1, 2. Cydnus non spatio aquarum, sed *liquore* memorabilis: quippe leni tractu e fontibus labens puro solo excipitur, nec torrentes incurrunt, qui placide manantis alveum turbent: itaque *incorruptus* est cet., Curt. 3, 4 (10), 8. u. vgl. Justin. 3, 4, 3; — Obsidio erat nihilo minus et frumenti cum summa caritate inopia sedendoque expugnaturum se urbem spem Porsina habebat, cum C. Mucius adulescens nobilis, cui indignum videbatur populum R. servientem, cum sub regibus esset, nullo bello nec ab hostibus obsessum esse, liberum eundem populum ab isdem Etruscis obsideri, quorum saepe exercitus fuderit, itaque (um an C. Mucius anzuknüpfen) magno audacique aliquo facinore eam indignitatem vindicandam ratus primo sua sponte penetrare in hostium castra constituit, Liv. 2, 12, 1 sqq.

ĭtātĕnus, *Adv.*, soweit, Claud. Mam. stat. an. 2, 10.

ĭtem, *Adv.* (aus dem demonstrativen Stamme i und dem demonstr. Pronominalstamm te entstanden, dessen Accusativform -tem sich zum St. to verhält, wie der Accus. quem zum Stamme quo-; das so zusammengesetzte Adverbium bedeutet eigentlich gerade so wie i-ta „das in der Weise", daher „ebenso", nach *Corssen* über Aussprache II. p. 269), **ebenso, auf dieselbe Weise, auf gleiche Weise, gleichermaßen**, 1) *absol.*, u. zwar so, daß von den beiden in ein gleiches Verhältniß tretenden Sätzen jeder sein eignes (gleiches oder entgegengesetztes) Prädicat hat: volo scire, sinas an non sinas nos coquere hic cenam. Eu. volo scire item ego meae domi meane salva futura, Plaut. Aul. 3, 2, 17. Gr. hunc meum esse dico. Tr. et ego item esse aio meum, Rud. 4, 3, 86. Mess. quid ais tu? Menaechmum opinor te vocari dixeras. Men. ita vero. Mess. huic item Menaechmo nomen est, Men. 5, 9, 37. Alcumenae usuram corporis cepi et concubitu gravidam feci filio: tu gravidam item fecisti, 5, 2, 5. Le. quaeso aequo animo patitor. Li. patitor tu item, quom ego te referiam, As. 2, 2, 108. ad haec Ariovistus respondit: ius esse belli, ut qui vicissent iis, quos vicissent, quemadmodum vellent, imperarent: item populum R. victis non ad alterius praescriptum, sed ad suum arbitrium imperare consuesse, Caes. BG. 1, 36, 1. legionem Caesar, quam equis devexerat, passibus ducentis ab eo tumulo constituit: item equites Ariovisti pari intervallo constiterunt, 1, 43, 2. nos nostras more nostro et modo instruximus legiones: item hostes contra legiones suas instruunt, Plaut. Amph. 1, 1, 66. asperitas autem vocis fit ab asperitate principiorum et item levor levore creatur, Lucr. 4, 551. u. vgl. 2, 576. nam id erat quondam quasi necesse: nunc, quoquo modo se res habet, non est item, Cic. Att. 14, 12. sunt etiam qui λύχνους inscripserunt, sunt item qui cet., und: sunt item multi, qui coniectanea, neque item non sunt, qui indices libris suis fecerint aut cet., Gell. praef. §. 7 sqq. u. vgl. Sall. C. 51, 5—7. vinctus [fui], set dolis me exemi: item ille se servavit dolis, Plaut. Bacch. 4, 9, 28. Ph. nec me ille sierit Iuppiter. Pa. ego item volo, Curc. 1, 1, 27. atque eccum video, qui mihi'st usui et plurumum prodest: item huic ultro fit, ut meret potissumus nostrae ut sit domi, Men. 2, 3, 7. quoniam formam huius cepi in me et statum, decet et facta moresque huius habere me similes item, Amph. 1, 1, 110. atque ille vero minus minusque impendio curare minusque me impartire honoribus: item a me contra factum est: nam item obiit diem, Aul. prol. 18. nati filii duo: inde ego hunc maiorem adoptavi mihi: eduxi a parvolo, habui, amavi pro meo: in eo me oblecto: solum id est carum mihi: ille ut item contra me habeat facio sedulo, Ter. Ad. 1, 1, 21. ut ipsi concedi non oporteret, si in nostros fines impetum faceret, sic item nos esse iniquos, quod in suo iure se interpellaremus, Caes. BG. 1, 44, 8. u. vgl. Cic. Arch. 9, 20. per se igitur ius est expetendum et colendum: quod si ius, etiam iustitia: sic deinde reliquae quoque virtutes per se colendae sunt, u. nach Anwendung dieses Satzes auf die liberalitas folgt der Schluß: ergo item iustitia nihil expetit praemii, nihil precii: per se igitur expetitur, Cic. Leg. 1, 18, 48. u. so vgl.: item igitur, Div. 1, 32, 71. superioribus litteris benevolentia magis adductus, quam quo res ita postularet, fui longior: — hoc item tempore brevior esse debeo, Cic. Fam. 6, 3, 1. habemus igitur huius quoque auctoritatem de sepulcris summi viri, a quo item funerum sumptus praefinitur a censibus cet., Leg. 2, 27, 68. sed - quamobrem in sententiam non addidisti, uti prius verberibus in eos animadverteretur? An quia lex Porcia vetat? At aliae leges item condemnatis civibus non animam eripi, sed exsilium permitti iubent, Sall. C. 51, 22. iam cogebat eos necessitas existimare, animas cum corporibus nasci et item cum corporibus exstingui, Lact. de Opif. d. 4; sunt alii puniceo corio: magni item atque atri, Plaut. Rud. 4, 3, 59. venit hoc mihi, Megadore, in mentem, te esse hominem divitem factiosum: me item hominem pauperum pauperrimum, Aul. 2, 2, 49. u. vgl. hier: unum tamen cogitato, tibi proxumum me mihique item esse te, 2, 1, 8. hoc in omnibus item partibus orationis evenit, ut utilitatem ac prope necessitatem suavitas quaedam et lepos consequatur, Cic. dOr. 3, 46, 181. et pro tabulis et contra tabulas et pro testibus et contra testes et pro quaestionbus et contra quaestiones et item de ceteris rebus eiusdem generis separatim dicere solemus cet., 2, 27, 118; — so daß in beiden Sätzen nur ein Prädicat vorhanden u. bei dem einen zu ergänzen ist: litterae mittuntur isti a patre vehementes: ab amicis item, Cic. II. Verr. 4, 19, 41. ex eo numero complures Q. Metellus Celer praetor ex senati consulto causa cognita in vincula coniecerat: item in ulteriore Gallia C. Murena, Sall. C. 42, 3. docet se Manlium praemisisse ad eam multitudinem, quam ad capiunda arma para-

verat: item alios in alia loca opportuna, 27, 4; itaque ex me quaerunt, credo ex hoc item Scaevola, quonam pacto mortem Africani feras, Cic. Am. 2, 7. aiunt non nulli, item Salustius, me oportuisse accusare, QFratr. 3, 4; ipse cum telo esse: item alios iubere, Sall. C. 27, 2. ipse armatus intentusque: item alios cogebat, J. 100, 4. mihi vero ista valde probata sunt: quod item fratri puto, Cic. Fin. 5, 26, 76; — C. Subernius Calenus et meus est familiaris et Leptae nostri familiarissimi pernecessarius —: eadem causa fere est M. Planii Heredis, qui est item Calenus, Leptae nostri familiarissimus, Fam. 9, 13, 2. potest alio tempore, alio consule, cui item exercitus in manu sit, falsum aliquid pro vero credi, Sall. C. 51, 36. „eho, quid Pamphilus?“ „quid? sumbolam dedit, cenavit“ gaudebam: item alio die quaerebam, Ter. Andr. 1, 1, 62. u. vgl. Plaut. Capt. 3, 1, 31. Cic. Off. 2, 3, 13; — unus Epirotes (multo ceteros antecessit rerum gestarum gloria), Pyrrhus, qui cum populo R. bellavit —: unus item Siculus, Dionysius prior, Nep. Reg 2, 2. is missus cum praesidio equitum atque peditum, item funditorum balearium, Sall. J. 105, 2. de improviso vigiles, item cohortium, turmarum, legionum tubicines simul omnes signa canere, 99, 1. in Aulercis Lexoviisque, reliquis item civitatibus - in hibernis collocavit (exercitum), Caes. BG. 3, 29, 3. venit in suspicionem conspirasse cum M. Crasso consulari, item P. Sulla et L. Antonio, Suet. Caes. 9. u. vgl. Aug. 4. exstant et ad Ciceronem, item ad familiares (epistulae) domesticis de rebus, Caes. 56; — itaque Romulus augur ut apud Ennium est, cum fratre item augure - dant operam simul auspicio augurioque, Cic. Div. 1, 48, 107. u. vgl. Quint. 6, 1, 46 sq. At enim idcirco navem Mamertinis non imperasti, quod sunt foederati. — Sed tamen tu, sancte homo ac religiose, cur Tauromenitanis item foederatis navem imperasti? Cic. II. Verr. 5, 19, 49. tam te has phaleras a Phylarcho Centuripino abstulisse dicebant, quam alias item nobiles ab Aristo Panhormitano, 4, 12, 29. Is mihi litteras abs te et commentarium consulatus mei Graece scriptum reddidit. In quo laetatus sum me aliquanto ante de iisdem rebus Graece item scriptum librum L. Cossinio ad te perferendum dedisse, Att. 2, 1, 1; — auch: lapides substernendi, aut quid item, ne ungulae putrescant, Varr. RR. 2, 5, 16. substernitur eis acus aut quid item aliud, 2, 9, 12; — vel rex semper maxumas mihi agebat quidquid feceram: aliis *non item*, Ter. Eun. 3, 1, 8. nam omnium magnarum artium sicut arborum altitudo nos delectat: radices stirpesque non item, Cic. Or. 43, 147. sed corporum offensiones sine culpa accidere possunt: animorum non item, Tusc. 4, 14, 31. inter acutos autem et inter hebetes interest, quod ingeniosi, ut aes Corinthium in aeruginem, sic illi in morbum et incidunt tardius et recreantur ocius: hebetes non item, 4, 14, 32. non enim fortuito hunc artificem dicemus esse, illum negabimus, sed quum alterum percepta et comprehensa tenere videmus, alterum non item, Acad. 2, 7, 22. o spectaculum uni Crasso iucundum, caeteris non item, Att. 2, 21, 4; — at eam puellam hic senex amat efflictim *et item* contra filius, Plaut. Cas. prol. 48. hanc me iussit Lesbonico dare suo gnato epistulam et item hanc alteram suo amico Callicli iussit dare, Trin. 4, 2, 56. u. vgl. vs. 31. vestimenta ne tineae tangant, amurcam decoquito ad dimidium: ea unguito fundum arcae —: ubi ea adaruerit, vestimenta condito: si ita feceris tineae non nocebunt: et item ligneam supellectilem omnem si ungues, non putescet, et cum ea terseris, splendidior fiet: item ahenea omnia unguito cet., Cato RR. 98. ab reo autem querela conflati criminis collectarumque suspicionum et accusatoris insidiae et item commune periculum proferetur, Cic. Part. or. 35, 121. sed postquam amans accessit pretium pollicens, unus et item alter, ita ut ingenium'st omnium hominum ab labore proclive ad lubidinem, accepit conditionem, Ter. Andr. 1, 1, 49. u. so: longi subsellii, ut noster Pompeius appellat, iudicatio et mora si quem tibi item unum alterumve diem abstulerit - tua tamen dignitas suum locum obtinebit, Cic. Fam. 3, 9, 2; — solis defectiones *itemque* lunae praedicuntur in multos annos, Div. 2, 6, 17. multo magis est secundum naturam excelsitas animi et magnitudo itemque comitas, iustitia, liberalitas quam voluptas, quam vita, quam divitiae, u. dann: itemque magis est secundum naturam cet., Off. 3, 5, 24. senatus decernit, uti abdicato magistratu Lentulus itemque ceteri in liberis custodiis haberentur, Sall. C. 47, 3. u. vgl. Cic. Leg. 2, 21, 52. Att. 2, 19, 3. in eo itinere persuadet Castico - ut regnum in sua civitate occuparet, quod pater ante habuerat: itemque Dumnorigi Aeduo - ut idem conaretur, persuadet, Caes. BG. 1, 3, 4; indicant duodecim tabulae, ut „status dies cum hoste“, itemque „adversus hostem aeterna auctoritas“, Cic. Off. 1, 12, 37. alios videmus velocitate ad cursum, alios viribus ad luctandum valere, itemque in formis aliis dignitatem inesse, aliis venustatem, 1, 30, 107. nisi ea virtus, quae constat ex hominibus tuendis, id est ex societate generis humani, attingat cognitionem rerum, solivaga cognitio et ieiuna videatur, itemque magnitudo animi remota a communitate coniunctioneque humana feritas sit quaedam et immanitas, 1, 44, 157. iisdem placere esse alium alio etiam sapientiorem itemque alium magis alio vel peccare vel recte facere, Fin. 3, 14, 48. quum decus, quod antiqui summum bonum esse dixerunt, hic solum bonum dicat, itemque dedecus illi summum malum, hic solum, Leg. 1, 21, 55; — Veneti reliquae*que* item civitates cognito Caesaris adventu - pro magnitudine periculi bellum parare - instituunt, Caes. BG. 3, 9, 3. vosque item simul, integrae virgines, quibus advenit par dies, agite in modum dicite „o Hymenaee Hymen“, Catull. 61, 36; — solis *item quoque* defectus lunaeque latebras pluribus e causis fieri tibi posse putandum'st, Lucr. 5, 751.

2) näher bestimmt durch *Relativ*sätze: atque ita servom par videtur frugi sese instituere: proinde

eri *ut* sint, ipse *item* sit: voltum e voltu conparet: tristis sit si eri sint tristes: hilaris sit si gaudeant, Plaut. Amph. 3, 3, 5. scelerum caput, ut tute's, item omnes censes esse? Rud. 4, 4, 54. qua re ut Numestio mandavi, tecum ut ageret, item atque eo si potest acrius te rogo, ut plane ad nos advoles, Cic. Att. 2, 24, 5. ergo ut illa divina mens summa lex est, item, quum in homine est perfecta, est in mente sapientis, Leg. 2, 5, 11. ut illic alii corporibus exercitatis gloriam et nobilitatem coronae peterent, alii -, item nos quasi in mercatus quamdam celebritatem ex urbe aliqua sic in hanc vitam ex alia vita et natura profectos alios gloriae servire, alios -, Tusc. 5, 3, 9. tolletur enim adpetitus animi, si, ut in iis rebus, inter quos nihil interest, neutram in partem propensiores simus, item in nobismet ipsis, quem ad modum adfecti simus, nihil vestra arbitrabimur interesse, Fin. 5, 10, 30. ut enim de sensibus hesterno sermone vidistis, item faciunt de reliquis, Acad. 2, 13, 42. nam ut ante demonstrabant, quid ubique esset, item nunc, quid undique ablatum sit, ostendunt, II. Verr. 4, 59, 132; — nullae enim lites neque controversiae sunt, quae cogant homines, *sicut* in foro non bonos oratores, *item* in theatro actores malos perpeti, dOr. 1, 26, 118; — *item* genus est lenonium inter homines meo quidem animo, *ut* muscae culices cimices pedesque pulicesque, Plaut. Curc. 4, 2, 13. He. quid tu per barbaricas urbes iuras? Er. quia enim item asperae sunt, ut tuum victum autumabas esse, Capt. 4, 2, 104. salvom tibi item, ut mihi dedisti, reddito. Men. 5, 7, 49. qui item, ut nos, iurando iure male rem quaerunt, Pseud. 1, 2, 63. hinc etiam famigerabile et sic composititia alia item, ut declinata multa, Varr. LL. 6, 53; eamdem puellam peperit, quam a me acceperat, sine obstetricis opera et sine doloribus, item ut aliae pariunt, quae malum quaerunt sibi, Plaut. Cist. 1, 2, 21. attat scio quor te patrem esse adsimulas et me filium: quia mî item ut parentes lucis das tuendi copiam, Capt. 5, 4, 11. sorbitione faciam ego hodie te mea, item ut Medea Peliam concoxit senem, Pseud. 3, 2, 79. item ut filium meum amico atque aequali suo video inservire et socium esse in negotiis, nos quoque senes est aequom senibus obsequi, Ter. Heaut. 3, 1, 8. non si ex capite sis meo natus, item ut aiunt Minervam esse ex Iove, ea causa magis patiar, Clitipho, flagitiis tuis me infamem fieri, 5, 4, 12. itan' tandem quaeso, item ut meretricem ubi abusus sis, mercedem dare lex iubet ei atque amittere? Phorm. 2, 3, 66; non ego item cenam condio, ut alii coqui, Plaut. Pseud. 3, 2, 21. ita fit, ut non item in oratione, ut in versu, numerus exstet, Cic. Or. 60, 202. profecto expediet fabulae huic operam dare: non pertractate facta'st neque item ut ceterae, Plaut. Capt. prol. 55; — quae omnia *item*, *uti* contraria rerum bonarum, in rebus vitandis reponentur, Cic. Inv. 2, 54, 165. fecisti item, uti praedones solent, qui cet., II. Verr. 4, 9, 21. quos item, uti priores, consul illectos ad proditionem domum dimittebat, Sall. J. 47, 4, — ita causa componitur, ut *item* palaestritae Bidini peterent ab Epicrate hereditatem, *quem ad modum* palaestritae Syracusani ab Heraclio petissent, Cic. II. Verr. 2, 22, 54; — soror, cogita amabo, *item* nos perhiberi, *quasi* salsa muriatica esse autumantur sine omni lepore et sine suavitate, nisi multa aqua usque et diu macerantur, Plaut. Poen. 1, 2, 31. vos adeo, ubi ego innuero vobis, ni ei caput exoculassitis, *quasi* iuncis murteta, *item* ego vos virgis circumvinciam, Rud. 3, 4, 27. u. vgl. Pseud. 1, 2, 66. quasi quom caletur cochleae in occulto latent, suo sibi suco vivont, ros si non cadit: item parasiti rebus prolatis latent in occulto, miseri victitant suco suo, Capt. 1, 1, 12; — analogiae non *item* ea definienda quae dirigitur ad naturam verborum, *atque* illa quae ad usum loquendi, Varr. LL. 10, 74. quare in utraque denique re scindere conantur analogiam, et quom in dissimili usu similia vocabula quaerunt, et quom item ea quae metimur, atque ea quae numeramus, dici putant oportere, 9, 67; — Sosiam servom tuum praeter me alterum, inquam, adveniens faciam ut offendas domi, Davo prognatum patre eodem, quo ego sum, forma, aetate *item*, qua ego sum, Plaut. Amph. 2, 1, 67. respondit mihi paucis verbis atque adeo fideliter, quod tibi'st, item sibi esse, maxumam argenti inopiam, Curc. 2, 3, 54.

ĭter, ĭtĭnĕris, *n*. (W. ἰ εἶμι, ἴ-μεν, Lat. e-o, Pl. i-mus, *Curtius* Grundz. I, 369. u. vgl.: qua ibant, ab itu iter appellarunt, Varr. LL. 5, 35. vgl. mit §. 22; archaist. *Nom.* u. *Acc.*: itiner, Enn. trag. 383. Pacuv. 44. 121. 226. Att. 457. 500. Turpil 207. Plaut. Merc. 5, 2, 71. 88. Lucr. 6, 339. u. vgl. Prisc. I. p. 151, 8. p. 229, 1 sqq. Charis. p. 28, 24, 48, 22. 49, 11. 83, 3; *Genit.*: iteris, Naev. 38. Att. 627; *Abl.*: itere, Att. 499. Lucr. 5, 653. Iul. Hygin. b. Charis. p. 134, 14), der Gang, A) eig. I) concret, der **Gang**, **Weg**, die **Bahn**, **Straße**, **Gasse** (im Freien, in bewohnten Orten, in Häusern u. dgl.), 1) auf dem Lande, mit den *Attribut.*: terrestre, Suet. Cal. 27. Curt. 9, 38 (10), 2. campestre, Curt. 5, 12 (3), 16. 6, 10 (4), 3. pedestre, 4, 8 (2), 9. pedestria, Caes. BG. 3, 9, 4. silvestre, Suet. Caes. 72. Curt. 7, 32 (7), 32. Poeninum, Tac. H. 1, 70. praeceps atque arduum, Curt. 5, 15 (4), 22. stratum militari labore, Quint. 2, 13, 16; rectum, Curt. 3, 28 (11), 19. 4, 60 (16), 7. adversa, Tac. A. 3, 42. diversum locis, Ov. F. 4, 568. diversum, Liv. 1, 28, 10. Curt. 5, 16 (4), 30. divorsa, Sall. C. 50, 1. transvorsum, J. 49, 1. transvorsa, 45, 2. devium, Suet. Galb. 20. devia, Nep. Eum. 3, 5. Cic. Att. 14, 10, 1. avium, Suet. Aug. 96. avia, Sall. J. 54, 9. angustum, Virg. G. 1, 380. Sen. dira 3, 43, 3. angustum admodum, utrimque praecisum, Sall. J. 92, 7. arta, Tac. A. 15, 38. longum, Hor. Sat. 1, 5, 94. Sen. Herc. Oet. 386. longissimum mercatoribus pervium, Amm. 23, 6, 60. immensum, Liv. 21, 29, 7. brevius, Curt. 5, 36 (13), 9. brevissimum, 4, 61 (16), 11. omne, Suet. Galb. 18. medium, Catull. 68, 60; pristinum, Curt. 7, 18 (4), 27. novum, 5, 12 (3), 22. novum periculosum, Liv. 43, 1, 6.

II) prägn. weist ita auf einen aus dem vorhergehenden zu schließenden Grad eines Zustandes od. einer Thätigkeit hin, so (betont), **so sehr, in dem Grade, dermaßen**, non ventus fuit, verum Alcumena Euripidi: ita omnes de tecto deturbavit tegulas, Plaut. Rud. 1, 1, 4. ardere censui aedes: ita tum confulgebant, Amph. 5, 1, 15. u. vgl. 5, 1, 3. 5. totus doleo atque oppido perii: ita me iste habuit senex gymnasium, Aul. 3, 1, 5. u. vgl. Mil. gl. 2, 4, 44. quaeram enim tecum id, quod superiore libro distuli: quid ita Nilus aestivis mensibus abundat? Sen. NQ. 4, 1, 1. quorum quanta mens sit difficile est existimare: ita multa meminerunt, Cic. Tusc. 1, 24, 59. animus impurus - neque vigiliis neque quietibus sedari poterat: ita conscientia mentem excitam vastabat, Sall. C. 15, 4. u. vgl. 61, 5. itaque non facile est invenire, qui quod sciat ipse, non tradat alteri: ita non solum ad discendum propensi sumus, verum etiam ad docendum, Cic. Fin. 3, 20, 66; — ita magni fluctus eiciebantur, Enn. trag. 30. Brundusium venimus VII. kal. dec. usi tua felicitate navigandi: ita belle nobis flavit ab Epiro lenissimus onchesmites, Cic. Att. 7, 2, 1. de reliquo neque hercule quid agam, nec quid acturus sim, scio: ita sum perturbatus temeritate nostri amentissimi consilii, 7, 10. de Latinis vero, quo me vertam, nescio: ita mendose et scribuntur et veneunt, QFratr. 3, 5. u. vgl. Fam. 2, 5, 2. tibi dI quaecunque preceris commoda dent: ita vir bonus es convivaque comis, Hor. Sat. 2, 8, 75. dI te perduint, fugitive: ita non modo nequam et improbus, sed fatuus et amens es, Cic. Deiot. 7, 21; — tantum momenti in uno viro L. Papirio fuit, ut - debellari eo die cum Samnitibus potuisse pro haud dubio habitum sit: ita instruxit aciem loco ac subsidiis, ita omni arte bellica firmavit, Liv. 8, 36, 3. qui vel unus - diligenter lectus ad cuncta, quae praecipimus, efficienda sufficiat: ita omnem vitae imaginem expressit: tanta in eo inveniendi copia et eloquendi facultas: ita est omnibus rebus, personis, affectibus accommodatus, Quint. 10, 1, 69; — haec ita multa quasi fata impendere amicitiis, ut omnia subterfugere non modo sapientiae, sed etiam felicitatis diceret sibi videri, Cic. Am. 10, 35. quid est igitur, cur ita semper deum Epicurus beatum appellet et aeternum? Fin. 2, 27, 88; — Lesbonicum, si domi'st, evocate: ita subitum'st propere quod eum conventum volo, Plaut. Trin. 5, 2, 50. ecquis est, qui mihi commonstret Phaedromum genium meum? ita res subita'st: celeriter mihi hoc homine convento'st opus, Curc. 2, 3, 22.

B) näher bestimmt durch *Relativ*sätze od. *Conjunct.* od. durch *Objects*sätze, u. zwar I) Relativsätze 1) um die Darstellung der Art und Weise eines Zustandes oder einer Thätigkeit einzuführen, also: *ita - ut* u. dgl., a) im Allg.: St. respice, oh mi lepos! Cl. nempe ita *uti* tu mihi es, Plaut. Cas. 2, 3, 18. alii, ut esse in suam rem ducunt, ita sint: ego ita ero, ut me esse oportet, Men. 5, 6, 18. Rhodienses noluisse nos ita depugnare, uti depugnatum est, Cato frg. p. 23, 3. ita vero, Quirites, ut precamini, eveniat! Cic. Phil. 4, 4, 10. turpe enim existimo me non ita ferre casum meum, ut tu tali sapientia praeditus ferendum putas, Fam. 4, 6, 1; nam ita amo, ut sani solent homines, Plaut. Merc. 2, 1, 38. aperte ita, ut res sese habet, narrato, Ter. Heaut. 4, 3, 24. ut quae scripta sunt legibus et iure civili haec ita teneantur, ut sit constitutum, Cic. Off. 1, 16, 51. eiusque rationem - ita haberi, ut haberi lege liceret, Phil. 5, 17, 46. quos ego ita, ut volui, offendo incolumes, Pacuv. 204. ita, ut dicis, facta hau nego, Plaut. Most. 3, 2, 46. u. vgl. Ter. Phorm. 2, 3, 49. est, iudices, ita, ut dicitur, Cic. II. Verr. 4, 52, 117. u. vgl.: scalae ita, ut datae erant, ita reddito, Cato RR. 144, 2; — coepit studiose omnia docere, educere, ita *uti si* esset filia, Ter. Eun. 1, 2, 36. causa ita dicitur, ut si in illa commenticia Platonis civitate res ageretur, Cic. dOr. 1, 53, 230. mihique molestissimis temporibus ita fideliter benevoleque praesto fuit, ut si a me manu missus esset, Fam. 13, 21, 4; — an ita tu's animata, *ut qui* expers matris inperiis sies? Plaut. As. 3, 1, 2; — me consulem - ita fecistis *quo modo* pauci nobiles in hac civitate consules facti sunt, Cic. Agr. 2, 1, 3. quum mihi deliberatum et constitutum sit, ita gerere consulatum, quo uno modo geri graviter et libere potest, ut cet., 1, 8, 25; — omnium fore perturbationem, si non ita res agantur et in iudicium veniant, *quo pacto* oporteat, Inv. 2, 20, 61; — quare facies, ut ita sit in libro, *quem ad modum* fuit, Att. 13, 21, 3; ut ita defendere possim Volaterranos, quem ad modum consuevi tueri meos, Fam. 13, 4, 4. nisi ista omnia ita fiunt, quem ad modum scribo, Brut. b. Cic. Fam. 11, 26. utinam mihi patribusque R. ita de ceteris rebus cum plebe conveniat, quem ad modum quod ad te attinet - conventurum satis confido, Liv. 6, 15, 4; — non ita Carpathiae variant aquilonibus undae - *quam* facile irati verbo mutantur amantes, Prop. 2, 5, 10. nam vitare, plagas in amoris ne iaciamur, non ita difficile est, quam captum retibus ipsis exire, Lucr. 4, 1143. u. vgl.: ego arbitror praestare ex aviariis turdorum ac merularum, quod non solum ad agrum utile, sed etiam ad cibum ita bubus *ac* subus, ut fiant pingues, Varr. RR. 1, 38, 2. quia commixta familia est et una domus est, ita vindicandum atque in propriis servis senatus censuit, Ulp. Dig. 29, 5, 1. §. 15; — non debemus ita cadere animis, *quasi* aliquid evenerit, quod fieri posse numquam putarimus, Cic. Fam. 6, 1, 4. cuius sermone ita tum cupide fruebar, quasi iam divinarem - illo exstincto fore unde discerem neminem, Sen. 4, 12. set ita adsimulavit se, quasi Amphitruo siet, Plaut. Amph. prol. 115. de re publica autem ita mecum locutus est, quasi non dubium bellum haberemus, Cic. Att. 7, 4, 2. sed nescio quo modo animus erigens se posteritatem ita semper prospiciebat, quasi, quum excessisset e vita, tum denique victurus esset, Sen. 23, 82. neque ego me abdidi neque deserui neque adflixi neque ita

gessi -, quasi homini aut temporibus iratus, neque porro ita aut adulatus aut admiratus fortunam sum alterius, ut me meae poeniteret, Div. 2, 2, 6. u. vgl.: quia praedo, si dolo desierit possidere, ita condemnatur, *atque* si possideret, Paul. Dig. 5, 3, 36. §. 3; — neque enim ita se gessit in his rebus, *tamquam* rationem aliquando esset redditurus, sed prorsus ita, quasi-reus numquam esset futurus, Cic. II. Verr. 4, 22, 49. ita porro festinavit uterque confligere, tamquam nihil peius timerent, quam ne cet., Pollio b. Cic. Fam. 10, 33, 3. castra in hostico incuriose ita posita, tamquam procul abesset hostis, Liv. 8, 38, 2. u. vgl. Quint. 7, 4, 42; — porro Alexander, rex Epiri, in Italiam-ita cupide profectus fuerat, *veluti* in divisione orbis terrarum Alexandro Olympiadis sororis suae filio oriens, sibi occidens sorte contigisset, Justin. 12, 2, 1; — sane ita se habet sacrum, *quale* apud Homerum quoque est, Quint. 1, 5, 67; — *ita ut* occepi dicere, Plaut. Poen. 2, 24. u. so Rud. 4, 4, 21. 75. ita ut occepi, si animum advortas, dicam, Trin. 4, 2, 52; ferner: ita ut erat, in veste domestica imperator est consalutatus, Suet. Vit. 8. post cibum meridianum, ita ut vestitus calciatusque erat, retectis pedibus paulisper conquiescebat opposita ad oculos manu, Aug. 78. aquila gallinam albam ramulum lauri rostro tenentem, ita ut rapuerat, demisit in gremium, Galb. 1. iugulatus est ad lacum Curti ac relictus ita uti erat, 20; — endlich näher bestimmt durch *Abl.*: o lux Troiae, germane Hector! . . . quid te ita contuo lacerato corpore, miser, aut qui te sic tractavēre nobis respectantibus! Enn. trag. 94. ut igitur, qui se tradet ita quieti, praeparato animo quum bonis cogitationibus, tum rebus ad tranquillitatem accommodatis, certa et vera cernit in somnis, sic cet., Cic. Div. 1, 53, 121.

b) insbes. ita mit folg. Conjunct. bei Gelübden, Versicherungen, Schwüren, so wahr ich wünsche, daß u. s. w., od. Futur., so wahr — als u. s. w., nam ita mihi salva re publica vobiscum perfrui liceat, *ut* ego, quod in hac causa vehementior sum, non atrocitate animi moveor, Cic. Cat. 4, 6, 11. ita mihi meam voluntatem spemque reliquae vitae vestra populique R. existimatio comprobet, ut ego, quos adhuc mihi populus R. magistratus mandavit, sic eos accepi, ut cet., II. Verr. 5, 14, 35. ita te victorem complectar re publica recuperata, ut magnam mihi partem laetitiae tua dignitas adfert, Fam. 10, 12, 1. u. vgl. Att. 5, 15. namque ita me dì ament, ut Lucurgus mihi quidem videtur posse hic ad nequitiam adducier, Plaut. Bacch. 1, 2, 3. u. vgl. Stich. 4, 1, 1; atque ita me dì ament, ut ego nunc non tam meapte causa laetor, quam illius, Ter. Heaut. 4, 3, 8. at ita me servet Iuppiter, ut propior illi, quam ego sum ac tu, homo nemo'st, Phorm. 5, 3, 24. ita mihi atque huic sis superstes, ut tu ex me atque hoc natus es, Heaut. 5, 4, 7. ex his ego rebus omnibus, iudices, ita mihi omnes deos propitios velim, ut, etiamsi mihi iucundissimus est honos populi, tamen nequaquam capio tantum voluptatis, quantum et sollicitudinis et laboris, Cic. II. Verr. 5, 14, 37; — nam tecum esse, ita mihi commoda omnia, quae opto, contingant, ut vehementer velim! Fam. 5, 21, 1; — ita te amabit Iuppiter, ut tu nescis? Plaut. Aul. 4, 10, 31. ita me amabit Iuppiter, uxor, ut ego numquam dixi, Merc. 4, 4, 22. u. vgl. Capt. 4, 2, 97; — ohne ut: ita me dì ament, honestu'st, Ter. Eun. 3, 2, 21. u. vgl. Catull. 97, 1. sollicitat, ita vivam, me tua, mi Tiro, valetudo, Cic. Fam. 16, 20, 1. at, marite, ita me iuvent caelites, nihilo minus pulcher es, Catull. 61, 192. non, ita me divi, vera gemunt, iuerint, 66, 18. saepe, ita me dì iuvent, te spectatorem pugnarum mirificarum desideravi, Cic. Att. 1, 16, 1. non, ita Caecilio placeam, cui tradita nunc sum, culpa mea est, Catull. 67, 9. ita incolumi Caesare moriar, Balb. b. Cic. Att. 9, 7 B, 3; — und ganz absolut: ita me dì ament, Plaut. Pseud. 4, 1, 33. ita ab imminentibus malis res publica me adiuvante liberetur, Planc. b. Cic. Fam. 10, 9, 2. ita, quod minari maximum victor potest, contingat, Sen. Troad. 600. ac venerata Ceres, ita culmo surgeret alto, explicuit vino contractae seria frontis, Hor. Sat. 2, 2, 124.

2) in der Gegenüberstellung von *ut* u. dgl. — *ita* wird ita gebraucht a) um das zweite Glied eines durch ut u. dgl. eingeleiteten Vergleiches zu bilden, so, *ut* enim magistratibus leges, ita populo praesunt magistratus, Cic. Leg. 3, 1, 2. cur non-res ut quaeque est, ita suppliciis delicta coercet? Hor. Sat. 1, 3, 77. u. vgl. 1, 6, 49. AP. 60. 101. ut in adfecto corpore quamvis levis causa magis quam valido gravior sentiretur, ita tum aegrae et adfectae civitati quodcumque adversi inciderit, non rerum magnitudine, sed viribus extenuatis, quae nihil quod adgravaret pati possent, aestimandum esse, Liv. 22, 8, 3; — rebus cunctis inest quidam velut orbis, ut *quem ad modum* temporum vices, ita morum vertantur, Tac. A. 3, 55. ut appareat quem ad modum urbium imperiorumque, ita gentium nunc florere fortunam, nunc senescere, nunc interire, Vell. 2, 11, 3. utinam, inquit, mihi patribusque Romanis ita de ceteris rebus cum plebe conveniat, quem ad modum quod ad te attinet eamque rem, quam de te sum quaesiturus, conventurum satis confido, Liv. 6, 15, 4. quem ad modum dicimus: non feci furtum —, ita: non est hoc furtum, Quint. 7, 3, 1.

b) um einem zweiten Subject od. Attribut eine gleiche Geltung in Bezug auf Raum, Zeit, Einfluß beizulegen, utque inde procedit (Africa), ita media praecipue in iuga exsurgens pergit incurva ad occasum, Mel. 1, 4, 1; — fons media nocte fervet, mox et paulatim tepescens fit luce frigidus, tunc ut sol surgit, ita subinde frigidior, per meridiem maxime riget, sumit deinde teporem iterum, et prima nocte calidus, atque ut illa procedit, ita calidior, 1, 8, 1; Dolabellam ut Tarsenses, pessimi socii, ita Laodiceni multo amentiores ultro arcessierunt, Cass. b. Cic. Fam. 12, 13, 4. apud Euripidem Hercules quum ut Eurysthei filios, ita suos configebat sagittis-non perinde movebatur falsis, ut veris moveretur? Cic. Acad. 2, 28, 89; — hoc principium semel

omenque belli ut summae rerum prosperum eventum, ita haud sane incruentam ancipitisque certaminis victoriam Romanis portendit, Liv. 21, 29, 4. haec omnia ut invitis, ita non adversantibus patriciis transacta, 3, 55, 15. u. b. Spät. indirect: honorificum id militibus fore, quorum favorem ut largitione et ambitu male adquiri, ita per bonas artes haud spernendum, Tac. H. 1, 17. dixit forte Tiberius se ut non toti rei publicae parem, ita quaecumque pars sibi mandaretur, eius tutelam suscepturum, A. 1, 12. quod sequitur de schola Epicuri est, sicut iram in deo non esse, ita nec gratiam, Lact. dIra dei 5. quis tam stultus aut brutus est, ut audeat repugnare, hominem a deo ut primum potuisse fingi, ita posse denuo reformari? Minuc. Octav. 34; — ut pleraque Alpium ab Italia sicut breviora, ita arrectiora sunt, Liv. 21, 35, 11. convenerantque duces sicuti inter se nondum satis noti, ita iam inbutus uterque quadam admiratione alterius, 21, 39, 7. multa magnis ducibus sicut non adgredienda, ita semel adgressis non dimittenda esse, 24, 19, 7. u. vgl. 9, 17, 4; — velut usquam vinctus eas, ita te felicem dicis amasque, quod nusquam tibi sit potandum, Hor. Sat. 2, 7, 30. quasi domi numos haberet, ita constituit Scapulis se daturum, Cic. Quinct. 5, 18. quasi coram adsis, ita cerno συμπάθειαν amoris tui, Att. 5, 18, 3.

II) durch *Conjunct.*, u. zwar 1) im Allg. a) um durch ita auf eine durch *ut*, ne, quod u. quum, si mit Conj. dargestellte Weise, **Bestimmung, Verfügung** hinzuweisen, **in der Weise, in dem Sinne, in der Absicht, mit der Bestimmung, mit der Bedingung**, membra nobis ita data sunt, *ut* ad quamdam rationem vivendi data esse appareant, Cic. Fin. 3, 7, 23. sic enim mihi perspicere videor, ita natos esse nos, ut inter omnes esset societas quaedam, Am. 5, 19. ita nati estis, ut bona malaque vestra ad rem publicam pertineant, Tac. A. 4, 8. ita Helvetios a maioribus suis institutos esse, uti obsides accipere, non dare consuerint, Caes. BG. 1, 14, 7. u. vgl. 1, 13, 6. ita amicum habeas, posse ut facile fieri hunc inimicum putes, Syr. 522. ego autem a patre ita eram deductus ad Scaevolam sumpta virili toga, ut, quoad possem et liceret, a senis latere numquam discederem, Cic. Am. 1, 1. ita est enim interpretatio illa pontificum, ut eidem potestatem habeant iudicum, Har. resp. 7, 13. omnis enim pecunia ita tractatur, ut praeda a praefectis, quae autem mihi attributa est, a quaestore curetur, Fam. 2, 17, 7. neque haec ita dico, ut ars aliquos limare non possit, dOr. 1, 25, 115. isque se ita putat Atticum, ut veros illos prae se paene agrestes putet, Brut. 83, 286. non est ita latum, ut mihi Romam venire liceret, sed ut venirem, und: me ita in re publica esse (voluisti), magis ut arcessitus imperio populi R. viderer, quam cet., Dom. 27, 71. pax ita convenerat, ut Etruscis Latinisque fluvius Albula - finis esset, Liv. 1, 3, 5. Rhodiis responsum ita redditum est, ut nec hostes fierent, nec socii permanerent, 45, 25, 4. quam rem ita graviter tulit Alexander, ut secunda legatione denuo bellum deprecantibus ita demum remiserit, ut oratores et duces - sibi dedantur, Justin. 11, 4, 10; — ita tu istaec tua misceto, *ne* me admisceas, Ter. Heaut. 4, 5, 35. ita radiis solis aciem effodit luminis, malis bene esse ne videret civibus, Laber. 75. u. vgl. Plaut. Trin. 2, 2, 62. ut semina ita deponantur, ne protinus totus scrobis terra compleatur, sed cet., Col. 5, 5, 4. hos ergo in surculis nodos, cum seruntur, medios secare oportet ita, ne profluat medulla, Plin. 17, 21 (35), 154. miror hanc quoque succurrisse Plinio curam, ut ita sudario frontem siccari iuberet, ne comae turbarentur, Quint. 11, 3, 148; — easque alvos ita collocant, in mutulis parietis, *ut ne* agitentur neve inter se contingant, Varr. RR. 3, 16, 16. sed tamen ita velim, ut ne quid properes, Cic. Fam. 16, 9, 3; — itaque L. Piso multos codices implevit earum rerum, in quibus ita intercessit, *quod* iste aliter atque ut edixerat decrevisset, II. Verr. 1, 46, 119; — nam M. Drusum gravem oratorem ita duntaxat, *cum* de re publica diceret, - abducamus ex acie, id est a iudiciis, et in praesidiis rei publicae - collocemus, Brut. 62, 222. sequitur enim, ut male collocata male debeantur: de quibus non redditis sero querimur: ita enim perierunt, cum darentur, Sen. Ben. 1, 1; — cum his terrestribus maritimisque copiis Ti. Sempronius missus in Siciliam, ita in Africam transmissurus, *si* ad arcendum Italia Poenum consul alter satis esset, Liv. 21, 17, 6. in deditionem ita accipi eos, si Macedoniam ceterosque belli concitores tradidissent vivos, 29, 3, 3. de frumento utriusque responsum, ita usurum eo populum R., si pretium acciperent, 36, 4, 9. u. vgl. 26, 24, 12. 29, 3, 2. 30, 37, 6. 36, 4, 9. Suet. Claud. 25. Vell. 2, 20, 2; endlich durch *Abl.* näher bestimmt: M'. Curium, qui heres institutus esset ita „mortuo postumo filio", quum filius non modo mortuus, sed ne natus quidem esset, heredem esse oportere, Cic. Caecin. 18, 53.

b) um durch ita auf eine aus der Art u. Weise eines Zustandes oder einer Thätigkeit hervorgehende durch ut u. ne dargestellte **Folge** u. deren **Erfolg** hinzuweisen, **auf die Weise, so**, hoc a te ita contendo, ut in eo fortunas meas positas putem, Cic. Fam. 15, 14, 5. hoc tibi ita mando, ut dubitem, an etiam te rogem, ut pugnes ne intercaletur, Att. 5, 9, 2. ita sum cum illo locutus, ut mihi viderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere, Fam. 1, 2, 3. ita ergo fuit nobis agendum, ut iudices illud intelligerent factum, Quint. 9, 2, 74. nec ita claudenda res est familiaris, ut eam benignitas aperire non possit, nec ita reseranda, ut pateat omnibus, Cic. Off. 2, 15, 55. qui ita se gerunt, ita vivunt, ut eorum probetur fides, integritas cet., Am. 5, 19. u. vgl. Vell. 2, 109, 1. 2, 50, 1. 2, 14, 3. 2, 94, 3. Caes. BG. 1, 15, 5. nil ita celabas, ut non ego conscius essem, Ov. Tr. 3, 6, 9. u. vgl. Catull. 75, 2 sq. quum Graecos (ludos) ita non ames, ut ne ad villam quidem tuam via Graeca ire soleas, Cic. Fam. 7, 1, 3; ita fit, ut animus de se ipse tum iudicet, quum id ipsum, quo iudicatur, aegrotet,

Cic. Tusc. 3, 1, 1. ita fit, ut ratio praesit, appetitus obtemperet, Off. 1, 28, 101. u. ſo 1, 45, 160. Tusc. 2, 6, 16. Div. 1, 55, 126. Leg. 1, 15, 42. 1, 22, 58. ND. 1, 14, 37. Vell. 1, 43, 121; quum quidem biduum ita ieiunus fuissem, ut ne aquam quidem gustarem, Cic. Fam. 7, 26, 1. quod ita multa sunt incommoda in vita, ut ea sapientes commodorum compensatione leniant, Cic. ND. 1, 9, 23. sunt quidam ita lingua haesitantes aut ita voce absoni aut ita vultu motuque corporis vasti atque agrestes, ut - in oratorum numerum venire non possint, dOr. 1, 25, 115. ordiamur igitur a sensibus, quorum ita clara iudicia et certa sunt, ut, si optio naturae nostrae detur - non videam, quid quaerat amplius, Acad. 2, 7, 19. sed ita falsa sunt ea, quae consequuntur, ut illa, e quibus haec nata sunt, vera esse non possint, Fin. 4, 19, 54. memoria autem ita fuit nulla, ut aliquotiens tria cum proposuisset, aut quartum adderet, aut tertium quaereret, Brut. 60, 217. quo quidem (iudicio) ita severe sunt usi veteres grammatici, ut cet., Quint. 1, 4, 3. absolvi nescio quam bene, sed ita accurate, ut nihil posset supra, academicam omnem quaestionem libris quatuor, Cic. Att. 13, 19, 3; flumen est Arar, quod per fines Haeduorum et Sequanorum in Rhodanum influit incredibili lenitate, ita ut oculis, in utram partem fluat, iudicari non possit, Caes. BG. 1, 12, 1. u. vgl. Caes. BG. 1, 38, 5. Vell. 2, 4, 5. vix credere possis, quam sibi non sit amicus, ita ut pater ille, Terenti fabula quem miserum gnato vixisse fugato inducit, non se peius cruciaverit atque hic, Hor. Sat. 1, 2, 19. quamquam inperitia dei sufficiat ad poenam, ita ut notitia prosit ad veniam, tamen cet., Minuc. Octav. 35; — sic positum servabis onus, *ne* forte sub ala fasciculum portes librorum ut rusticus agnum, Hor. Sat. 1, 13, 12. u. vgl. AP. 151 sqq. 225 sqq. peto a te, ne exeat (liber), aut ita corrigas, ne mihi noceat, Cic. Fam. 6, 7, 6. u. vgl. 2, 19, 1.

c) um auf eine durch ut u. si eingeführte **Beschränkung** eines allgemeinen Urtheiles hinzuweisen, **so, nur so, insoweit, nur insoweit, unter der Bedingung,** ita nostri cum illo rege contenderunt imperatores, ut ab illo insignia victoriae, non victoriam reportarent: triumphavit L. Sulla, triumphavit L. Murena de Mithridate -, sed ita triumpharunt, *ut* ille pulsus superatusque regnaret, Cic. Pomp. 3, 8. u. vgl. Justin. 37, 1, 8. unum hoc abs te, L. Quinti, pervelim impetrare, - ut ita tibi multum temporis sumas, ut his aliquid ad iudicandum relinquas, Tull. 2, 6. vereor enim, cuicuimodi es, Rosci, ne ita hunc videar voluisse servare, ut tibi omnino non pepercerim, SRosc. 34, 95. u. vgl. 20, 55. cuius ego ingenium ita laudo, ut non pertimescam, ita probo, ut me ab eo delectari facilius, quam decipi putem posse, DiC. 13, 44. qui vobis ita summam ordinis consiliique concedunt, ut vobiscum de amore rei publicae certent, Cat. 4, 7, 15. qui ita de ambulatione et de suffragiis suis cum colonis dissenserunt, ut idem de communi salute sentirent, Sull. 21, 61. u. vgl. 26, 73. et tamen ita probanda est mansuetudo atque clementia, ut adhibeatur rei publicae causa severitas, Off. 1, 25, 88. vides in hac tota disputatione non illud dici: quamvis hoc turpe sit, tamen, quoniam expedit, faciam, sed: ita expedire, ut turpe non sit, 3, 13, 53. ita vivunt, dum possunt, ut ducere animam de caelo non queant: ita moriuntur, ut eorum ossa terra non tangat: ita iactantur fluctibus, ut numquam adluantur: ita postremo eiciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui conquiescant, SRosc. 26, 72. ita gratiam ineunt summa potestate populi permissa, ut non plus darent iuris quam detinerent, Liv. 1, 17, 8; genus belli quod sit vides: ita civile est, ut non ex civium dissensione, sed ex unius perditi civis audacia natum sit, Cic. Att. 7, 13, 1. sed ante omnia ita vos irae indulgere oportet, ut potiorem ira salutem atque utilitatem vestram habeatis, Liv. 23, 3, 4. cum - res militiae ita prospere gererentur, ut nullo bello veniretur ad exitum rei, Liv. 5, 12, 4. equis extemplo insecutus ita institit agmini, ut, donec lucesceret, proelio abstineret, 8, 38, 5. itaque hoc est, quod multi fecerunt, et ita multi, ut ii, quos innocentissimos meminimus aut audivimus, non fecerint, Cic. II. Verr. 3, 82, 190; ego quoque tibi imponam (onus) pro tuis in me summis officiis, ita tamen ut tibi nolim molestus esse, Fam. 13, 56, 2; — quod videmus ita esse necessarium, *ut tamen* eo minus nihil esse possit, wovon wir sehen, daß es nur insoweit nothwendig ist, als es, wenn auch die Nothwendigkeit zugestanden ist, dennoch nichts geringeres als dieß geben kann d. i. daß es zwar nothwendig, aber doch das geringste ist, dOr. 3, 10, 38. quae (dominatio) iucunda esset multitudini, bonis autem ita molesta, ut tamen sine pernicie, Att. 2, 21. nam ita diligenter constituta sunt iura decumano, ut tamen ab invito aratore plus decuma non posset auferri, II. Verr. 3, 8, 20. quod si quis probabit, ita probabit, ut oratori tamen aptum non esse fateatur, dOr. 2, 38, 159. quum scirem, ita iudicium in tabulas publicas relatum, ut illae tabulae privata tamen in custodia more maiorum continerentur, Sull. 15, 42. quod ego ita libenter accipio, ut tamen tibi non concedam, Fam. 5, 21, 1. ceterum ita fama variat, ut tamen plerique loci speculandi causa castris egressum, omnes insidiis circumventum tradant, Liv. 27, 27, 14. amicos ita magnos et potentes in civitate esse voluit, ut tamen pari iure essent quo ceteri, Suet. Aug. 56; plures e familia cognosci referre arbitror, quo facilius appareat ita degenerasse a suorum virtutibus Nero, ut tamen vitia cuiusque quasi tradita et ingenita retulerit, Ner. 1. in adulescentia ita patiens laborum erat, ut tamen nonnumquam subita defectione ingredi, stare, colligere semet ac sufferre vix posset, Cal. 50; hi quidem ita non sola virtute finem bonorum contineri putant, ut rebus tamen omnibus virtutem anteponant, Cic. Fin. 4, 18, 49; cui magnam invidiam conciliarat - imponendo capiti eius - insigne regium, quod ab eo ita repulsum erat, ut non offensus videretur, Vell. 2, 56, 4. esse etiam momenti aliquid ad consilium, quod Carthaginiensibus ita pax ne-

gari posset, ut non utique in praesentia bellum cum iis geratur, Liv. 24, 27, 7; — verumtamen hoc ita est utile, *ut ne* plane inludamur ab accusatoribus, SRosc. 20, 55. qui si occiderit, multum de communi utilitate detraxerit, modo hoc ita faciat, ut ne ipse de se bene existimans seseque diligens hanc causam habeat ad iniuriam, Off. 3, 6, 31; — auxilio vos, Campani, dignos censet senatus, sed ita vobiscum amicitiam institui par est, *ne* qua vetustior amicitia ac societas violetur, Liv. 7, 31, 2. ita tamen aequum est, inquit, me vestra meis armis tutari, ne mea interim nudentur praesidiis, 31, 25, 6; — ita admissos esse, *ne tamen* iis senatus daretur, 22, 61, 5; — fossa ita idonea, *si* omnem aquam, quae e caelo venit, recipere potest, Varr. RR. 1, 14, 2. u. so mit Indicat. Präs.: nam hoc ipsum ita iustum est, quod recte fit, si est voluntarium, Cic. Off. 1, 9, 28. ita sunt autem speciosa haec et utilia, si oriuntur ex causa, Quint. 2, 4, 32. haec enim omnia pure atque caste tribuenda deorum numini ita sunt, si animadvertuntur ab iis et si est aliquid a dis immortalibus hominum generi tributum, Cic. ND. 1, 2, 3. ita est maxima in sensibus veritas, si et sani sunt ac valentes et omnia removentur, quae obstant et impediunt, Acad. 2, 7, 19. ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini mancipata est, si usque ad ultimum spiritum dominatur in suos, Sen. 11, 38. itaque ad bella ista, seu falsa seu vera sunt, consules, parata vobis plebes est, si conubiis redditis unam hanc civitatem tandem facitis, si coalescere, si iungi miscerique vobis privatis necessitudinibus possunt, si spes, si aditus ad honores viris strenuis et fortibus datur, si in consortio, si in societate rei publicae esse, si quod aeque libertatis est in vicem annuis magistratibus parere atque imperitare licet, Liv. 4, 5, 5. vos, Ceres mater et Proserpina, precor - ut ita nobis volentes propitii adsitis, si vitandae non ferendae fraudis causa hoc consilii capimus, 24, 38, 8. u. vgl. 42, 41, 6. de quibus quid ipse sentiam, si placet, exponam, ita tamen, si vacas animo neque habes aliquid, quod huic sermoni praevertendum putes, Cic. Div. 1, 6, 10; cuius ita aliqua spes est, si eam, quem ad modum ut victor fert Hannibal, sic vos ut victi audiatis, et non id quod amittitur in damno, cum omnia victoris sint, sed quidquid relinquitur pro munere habituri estis, der Conjunct. als Wunsch, der Indic. Fut. als Forderung, Liv. 21, 13, 5. u. so mit Indic. Futur.: hanc multam ita aequo animo feretis, si reputabitis cet., 24, 16, 13. u. vgl. Cic. Fam. 15, 20, 2. Quint. 7, 3, 21. u. mit Conj. in indir. Rede: scribis enim in caelum ferri profectionem meam, sed ita, si ante kal. ian. redeam, Cic. Att. 16, 6, 2. nam a patribus acceptos deos ita placet coli, si huic legi paruerint ipsi, Leg. 2, 10, 26. iamque plebs ita in tribunatu ponere aliquid spei, si similes Icilio tribunos haberet, Liv. 3, 65, 9. u. vgl. 1, 8, 2. 24, 37, 7. pars ita in Romanos effusi erant, ut auctoritatem inmodico favore corrumperent, pauci ex is iustitio populi R. capti, plures ita, si praecipuam operam navassent, potentes sese in civitatibus suis fore rati, 42, 30, 3. ambulantem loqui ita demum oportet, si in causis publicis - quod dicimus quasi singulis inculcare peculiariter velimus, Quint. 11, 3, 130.

2) prägn. wird ita gebraucht, um auf den durch ut u. Conj. u. dgl. eingeführten **Grad** eines **Zustandes** hinzuweisen, **so, so sehr, in dem Grade, dermaßen,** ita sordidus, ut se non umquam servo melius vestiret, Hor. Sat. 1, 1, 96. u. vgl. Ep. 2, 1, 64. statim ita sum levatus, ut mihi deus aliquis medicinam fecisse videatur, Cic. Fam. 14, 7, 1. ita se - de populo R. meritos esse, ut paene in conspectu exercitus nostri vastari - non debuerint, Caes. BG. 1, 11, 3. ita placebat barbaris numerus suus, ita fiducia virium, ut ubicunque Caesar esset nihil in se reponerent, Vell. 2, 112, 2. non ita civitatem aegram esse, ut consuetis remediis sisti posset, Liv. 3, 20, 8. u. vgl. 26, 19, 14. ea demum vox ita animos accendit, ut renovato clamore, veluti ali repente facti, tanta vi se in hostem intulerint, ut sustineri ultra non possent, Liv. 24, 16, 1; cuius salus ac valetudo non ita sustentaretur Caesaris cura, tanquam distractissimus ille tantorum operum mole huic uni negotio vacaret animus, Vell. 2, 114, 1.

III) näher bestimmt durch **directe** oder **indirecte Sätze**: patriam allocuta maesta'st ita voce miseriter; „patria cet.“, Catull. 63, 49. u. vgl. vs. 77 sq. Juv. 13, 91. is ita cum Caesare egit: „si cet.“, Caes. BG. 1, 13, 3. in tertio de oratore ita scriptum est: „in perpetua autem oratione cet.“, Quint. 11, 1, 26. haec ita digerunt: primum cet., 11, 2, 20; — indirect durch den *Acc.* u. *Inf.*: ex parente meo et aliis sanctis viris ita accepi, munditias mulieribus, viris laborem convenire omnibusque bonis oportere plus gloriae quam divitiarum esse, Sall. J. 85, 40. ex Dareo ita accepi, tria milia talentum condita esse cum Cyro, Curt. 10, 5 (1), 34. qui acerrime adversus eos dicit, ita dicit, hostes noluisse fieri, Cato frg. p. 24, 3. u. vgl. p. 35, 8. p. 67, 3. saepe ego audivi Q. Maxumum, P. Scipionem, praeterea civitatis nostrae praeclaros viros solitos ita dicere, cum maiorum imagines intuerentur, vehementissume sibi animum ad virtutem accendi, Sall. J. 4, 5. nec vero ita dici potest, mentis laetitiam solam esse in bonis, Cic. Tusc. 3, 18, 41. ita enim scripsit ad me, sibi meam commentationem maximo adiumento fuisse, Fam. 13, 24, 1. illudque mihi gratissimum est, quod ita sciunt Lucceii procuratores et ita Lucceius ipse ex litteris tuis, quas ad eum misisti, intellexit, hominis nullius apud te auctoritatem aut gratiam valere plus quam meam, 13, 42, 4. tu velim tibi ita persuadeas, nullam rem esse minimam, quae ad te pertineat, quae cet., 1, 8, 6. quod si consulatus tanta dulcedo sit, iam tunc ita in animum inducant consulatum captum et oppressum ab tribunicia potestate esse, Liv. 2, 54, 5. sed quum sibi ita persuasisset ipse, meas de se accurate scriptas litteras maximum apud te pondus habituras - malui facere, quod cet., Cic. Fam. 13, 10, 1. quare velim ita statutum

habeas, me tui memoriam cum summa benevolentia tenere, 6, 2, 2. collegi me aliquando et ita constitui, fortiter esse agendum, illi aetati, qua tum eram, solere laudi dari, etiam si cet., Cluent. 19, 51. omnesque ita accipiebant, privatos eos a Claudio iudicatos, Liv. 3, 40, 6. idque omen auguriumque ita acceptum est, non motam Termini sedem, 1, 55, 4. scio fuisse nonnullos, qui ita existumarent, iuventutem, quae domum Catilinae frequentabat, parum honeste pudicitiam habuisse, Sall. C. 14, 7. hoc ita existimavit - nihil opus fuisse iudicio de vi coactis armatisque hominibus, Cic. Tull. 4, 9. u. vgl.: qui (Antiochus) me valde movet, vel quod amavi hominem, sicut ille me, vel quod ita iudico, politissimum et acutissimum omnium nostrae memoriae philosophorum, Acad. 2, 35, 113.

itaeomelis, is, *f.*, eine aus Kräutern bereitete unbekannte Art Wein, vocarunt et scyzinum et itaeomelin et lectisphagiten, quorum iam oblitterata ratio est, Plin 14, 16 (19), 111.

ĭtăquĕ, *Adv.*, **und so, und auf die Weise, und so sehr, und dermaßen**, wird gebraucht 1) um an ein durch ita oder auch ohne dasselbe eingeführtes Prädicat ein zweites mit gleicher Geltung anzuknüpfen (also = ita que, itáque, vgl. *Corssen* über Aussprache II. p. 264 fg.), ita huic facietis fabulae silentium itaque aequi et iusti hic eritis omnes arbitri, Plaut. Amph. prol. 15. ita dolui itaque ego nunc doleo, Truc. 2, 6, 45. ita vosmet aiebatis itaque nomina inter nos permutastis, Capt. 3, 5, 18. ita victu excurato, ita munditiis dignis itaque in loco festivo sumus festive accepti, Pseud. 5, 1, 9. si cetera ita sunt ut vis itaque ut esse ego illa existumo, Ter. Hec. 4, 2, 28; — verum ita animatus fui itaque nunc sum, ut ea te patera donem, Plaut. Amph. 2, 2, 130. immo ita volo itaque postulo, ut fiat, Ter. Andr. 3, 3, 18. ita nostri acriter in hostes signo dato impetum fecerunt itaque hostes repente celeriterque procurrerunt, ut spatium pila in hostes coniciendi non daretur, Caes. BG. 1, 52, 3. homines - mihi ita cari itaque iucundi, ut eorum adspectu omnis quae me angebat de re publica cura consederit, Cic. Brut. 3, 10; — bei Betheuerungen u. dgl.: verum ita me di ament itaque obtingant ex te quae exopto mihi, ut numquam sciens commerui cet., Ter. Hec. 4, 2, 3; nescio, ita me dì ament, mi Laches, itaque una inter nos agere aetatem liceat, 2, 1, 10. Al. at ita me dî deaeque, superi atque inferi et medioxumi, itaque me Iuno regina et Iovis supremi filia, itaque Saturnius patruus eius - Me. ecastor pater. Al. itaque me Ops opulenta illius avia - Me. immo mater quidem. Al. Iuno filia et Saturnus patruus u. s. w., Plaut. Cist. 2, 1, 36. ita me amabit sancta Saturitas, Hegio, itaque suo me semper condecoret cognomine, Plaut. Capt. 4, 2, 97; — ohne vorausgehendes ita: nunc his locis posita sunt (signa), ut mihi semper Scipionis fore videantur itaque dicantur, Cic. II. Verr. 2, 35, 87; peto igitur abs te, ut eum - in meis intimis maximeque necessariis scias esse itaque tractes, ut intelligat cet., Fam. 13, 30, 2. — 2) um den weiteren Verlauf einer vorhergehenden Thatsache hinzuzufügen, sei es mit oder ohne nähere Bestimmung der Art und Weise des Verlaufs (also: ita que, itáque): collegi me aliquando et ita constitui, fortiter esse agendum —: itaque feci, Cic. Cluent. 19, 51. eodem te, quum coenavisses, rediturum dixeras: itaque fecisti, Deiot. 7, 19. u. so vgl. Inv. 2, 24, 72. inimici vero - illud tempus exspectandum decreverunt, quo exisset, ut sic absentem aggrederentur: itaque fecerunt, Nep. Alc. 4, 2. u. vgl. Fam. 3, 3, 1. 3, 5, 3. 5, 11, 2; — quum quaestor in Sicilia fuissem, iudices, itaque ex ea provincia decessissem, ut Siculis omnibus iucundam diuturnamque memoriam quaesturae nominisque mei relinquerem, factum est cet., DiC. 1, 2. tricesimo sexto anno a primis tribunis plebis decem creati sunt, bini ex singulis classibus: itaque cautum est, ut postea crearentur, Liv. 3, 30, 7. — 3) um eine auf Grund einer vorhergehenden Thatsache beruhende Folge anzuknüpfen, **und so, und auf die Weise, und in Folge davon** (also = ita que, itáque), und daraus entstand itaque, zur Einführung eines selbstständigen Folgesatzes (bei Cicero u. Caesar stets zu Anfang, an zweiter Stelle b. Planc. b. Cic. Fam. 10, 15, 2; häufig bei Liv., b. Quint. öft. vor- als nachgestellt, b. Curt. nur 7, 10 (39), 7. an zweiter Stelle), **sonach, also, daher**, a) im Allg.: insinuat sese ad illam amicam eri [mei]: occepit eius matri suppalparier vino, ornamentis opiparisque opsoniis: itaque intumum ibi se miles aput lenam facit, Plaut. Mil. gl. 2, 1, 27. u. vgl. 2, 1, 60. 3, 1, 183. prima contio Pompeii qualis fuisset, scripsi ad te antea, non iucunda miseris, inanis improbis, beatis non grata, bonis non gravis, itaque frigebat, Cic. Att. 1, 14, 1. numquam de me siluistis, numquam meam salutem non ab his consulibus, qui vendiderant, flagitavistis: itaque vestro studio atque auctoritate perfectum est, ut ille ipse annus - hos tribunos haberet, qui et promulgarent de salute mea et ad vos saepenumero referrent, post red. in sen. 2, 3 sq. u. vgl. Att. 1, 14, 6. Dumnorix gratia et largitione apud Sequanos plurimum poterat et Helvetiis erat amicus —: itaque rem suscipit, Caes. BG. 1, 10, 4; — tantae in te impendent ruinae: nisi suffulcis firmiter, non potes subsistere: itaque in te irruunt montes mali, Plaut. Epid. 1, 1, 77. Mercurius, Iovis qui nuntius perhibetur, numquam aeque patri suo nuntium lepidum attulit, quam ego nunc meae nuntiabo erae: itaque onustum pectus porto laetitia lubentiaque, Plaut. Stich. 2, 1, 1 sqq. u. vgl. Pers. 4, 3, 11. 35. Mil. gl. 5, 16. quod vestri quidem vel optime disputant, nihil opus esse eum, qui philosophus sit futurus, scire litteras: itaque, ut maiores nostri ab aratro adduxerunt Cincinnatum illum, ut dictator esset, sic vos de pagis omnibus colligitis bonos illos quidem viros, sed certe non pereruditos, Cic. Fin. 2, 4, 12. earum igitur qualitatum sunt aliae principes, aliae ex his ortae: principes sunt unius modi et simplices, ex his autem ortae variae sunt et quasi multiformes: itaque aër - et ignis et aqua et terra

u. vgl. Off. 3, 6, 30. — β) wenn in einem Satz verschiedene Casus des Relativs erforderlich sind, so wird entweder das zweite Relativ ganz weggelassen (vgl. Cic. Tusc. 1, 30, 72) oder an Stelle des zweiten Relativs der entsprechende Casus des Demonstrativs gesetzt: sed omnes tum fere, qui nec extra hanc urbem vixerant nec eos aliqua barbaria domestica infuscaverat, recte loquebantur, Cic. Brut. 74, 258. ipsius in mente insidebat species pulcritudinis eximia quaedam, quam intuens in eaque defixus ad illius similitudinem artem et manum dirigebat, Or. 2, 9. quoniam autem id est vel summum vel ultimum vel extremum, quod Graeci τέλος nominant, quod ipsum nullam ad aliam rem, ad id autem res referuntur omnes, fatendum est summum esse bonum iucunde vivere, Fin. 1, 12, 42. Cato, qui Siciliam tenere nullo negotio potuit et, si tenuisset, omnes boni ad eum se contulissent, Syracusis profectus est cet., Att 10, 16, 3. u. vgl. Acad. 1, 7, 29. — γ) mit is wird ein schon genannter Begriff wieder aufgenommen, um ihn vor anderm oder um den Gegensatz der Attribute schärfer hervorzuheben: idem ager si nebulosus est, rapa, raphanos, milium, panicum, id maxime seri oportet, Cato RR. 6, 1. ficos mariscas in loco cretoso et aperto serito: Africanas et Herculanas, Saguntinas, hibernas, Telanas atras pediculo longo, eas in loco crasso aut stercorato serito, 8, 1; Verres, qui non Honori neque Virtuti, quem ad modum ille, sed Veneri et Cupidini vota deberet, is Minervae templum spoliare conatus est, Cic. II. Verr. 4, 55, 123. iste vester testis, qui ausus est dicere, fecisse videri eum —, is ipse numquam auderet iudicare deberi viro dotem, quam mulier nullo auctore dixisset, Caecin. 25, 73. C. Claudius, qui prorsus decemvirorum scelera et ante omnes fratris fili superbiae infestus Regillum antiquam in patriam se contulerat, is magno cum natu cum ad pericula eius deprecanda redisset, cuius vitia fugerat, sordidatus cum gentilibus clientibusque in foro prensabat singulos cet., Liv. 3, 58, 1. qui regno ita potitus urbem novam, conditam vi et armis, iure eam legibusque ac moribus de integro condere parat, Liv. 1, 19, 1. u. vgl. 21, 3, 4. huncine, aiebat, quem modo decoratum ovantemque victoria incedentem vidistis, Quirites, eum sub furca vinctum inter verbera et cruciatus videre potestis —? 1, 26, 10. hoc tertium (signum) - quod cives atque incolae Syracusani colere, advenae non solum visere, verum etiam venerari solebant, id Verres ex templo Iovis sustulit, Cic. II. Verr. 4, 58, 130; — daher *is qui* zur Hervorhebung eines Attributes, das neben anderen im gegebenen Fall besonders zu berücksichtigen ist: nec audiendus eius auditor Strabo, is qui physicus appellatur, ND. 1, 13, 35. quem C. Laelius, is qui sapiens usurpatur, praetor fregit, Off. 2, 11, 40. demonstrabantur mihi praeterea quae Socrates supremo vitae die de immortalitate animorum disseruisset, is qui esset omnium sapientissimus Apollinis oraculo iudicatus, Sen. 21, 78. non alia ratio iuris in hoc genere dumtaxat, utrum me tuus procurator deiecerit, is qui legitime procurator dicitur, - an cet., Caecin. 20, 57; und so hebt auch *id quod* hervor: sin, id quod non spero, ratio talis sequius ceciderit, Afran. 293. id quod nostri caelum memorant, Pacuv. 89. u. vgl. Att. 487. Att. Brut. 34. sed mehercule mallem, id quod erat aequius, de tuis rebus ex tuis litteris quam saepissime cognoscere, Fam. 7, 14, 2. primum, id quod maxime nunc opus est, munio me ad haec tempora, 9, 18, 2. ac si nos, id quod maxime debet, nostra patria delectat, dOr. 1, 44, 196. et, id quod difficilius putatur, multo sapientius tulit secundam quam adversam fortunam, Nep. Timol. 1, 2. nam et manu fortis et belli peritus fuit et, id quod in tyranno facile reperitur, minime libidinosus cet., Reg. 2, 2. id quod usu venerat, Alc. 4, 5. u. vgl. 6, 3. magna, id quod necesse erat accidere, totius exercitus perturbatio facta est, Caes. BG. 4, 29, 3. quum autem eius familiares omnium ordinum video, perspicio, id quod iam omnibus est apertum, totam rem istam iam pridem a certis hominibus - esse corruptam, Cic. Fam. 1, 2, 3. u. zuvor: diem consumi volebant (consules)· id quod est factum, §. 2. u. vgl. Att. 4, 16, 2. Sall. C. 14, 1. 30, 2. 51, 20. J. 47, 2. 56, 1. 102, 15. Liv. 1, 14, 7; — endlich wird *et is* u. dgl. zur Heraushebung eines Attributes gebraucht: habet (homo) primum memoriam et eam infinitam rerum innumerabilium, und das, und zwar, Cic. Tusc. 1, 24, 57. cum una legione et ea vacillante L. fratrem exspectat, Phil. 3, 12, 31. in primis nobis sermo isque multus de te fuit, Att. 5, 1, 3. Pompeius in secundo consulatu Hispanias sibi decerni voluerat easque per triennium, Vell. 2, 48, 1. uno atque eo facili proelio caesi ad Antium hostes, Liv. 4, 57, 7. certa flagitii merces, nec ea parva, Cic. Phil. 2, 18, 44. legionem neque eam plenissimam detractis cohortibus duabus - propter paucitatem despiciebant, Caes. BG. 3, 2, 3. erant in Romana iuventute adulescentes aliquot, nec hi tenui loco orti, Liv. 2, 3, 2. — δ) wie im Deutschen wird das Neutr. id gebraucht, um auf Urtheile od. Begriffe Bezug zu nehmen: scabiem pecori et iumentis caveto: id ex fame et, si impluit, fieri solet, Cato RR. 5, 7. ergo in Graecia musici floruerunt discebantque id omnes, Cic. Tusc. 1, 2, 4. Alexim, humanissimum puerum, nisi forte, dum ego absum, adolescens factus est, id enim agere videbatur, salvere iubeas velim, Att. 7, 7, 7. Miltiades cum - incolas eius insulae sub potestatem redigere vellet idque Lemnii sua sponte facerent postulasset, illi irridentes responderunt, tum id se facturos, cum cet., Nep. Milt. 1, 4. u. vgl. 2, 3. 3, 4. 4, 5. Them. 2, 4. 4, 2 5, 1. 5, 4. 8, 3. Arist. 1, 3. u. oft. adscribi se in eam civitatem voluit idque - ab Heracleensibus inpetravit, Cic. Arch. 4, 6. nobis autem videtur, quicquid litteris mandetur, id commendari omnium eruditorum lectioni decere nec, si id ipsi minus consequi possumus, idcirco minus ita faciendum esse sentimus, Tusc. 2, 3, 8. u. so 1, 8, 16. 17. u. andw. Brut. 72, 252; — dahin gehört: id est, zur Erläuterung

eines Urtheils od. Begriffes, das ist, das heißt: ne moriendum quidem esse malum est, id est enim perveniendum esse ad id, quod non esse malum confitemur, Tusc. 1, 8, 16. quum iidem omnem pecuniam, maximam multitudinem, id est totam Italiam, suis opibus obsidebunt, iidem cet., Agr. 2, 28, 75. senatus hodie fuerat futurus, id est Kal. Octobribus, Att. 4, 16, 7. adsentior Cn. Pompeio, id est T. Pomponio, 7, 7, 7; — dagegen steht im Lateinischen noch allgemeiner der Acc. id in dem Sinne von: darauf hin, nach dieser Richtung hin, auf den Grund hin, in der Absicht: et id ego percupio opsequi gnato meo, Plaut. As. 1, 1, 76. id misera maesta'st, sibi eorum evenisse inopiam, Rud. 2, 3, 66. [scirem: id propterea nunc hunc venientem sequor], Ter. Andr. 2, 5, 3. nunc id prodeo, ut conveniam Parmenonem, Eun. 5, 6, 4. vicerunt ergo dii hominesque et id de quo ambigebatur, uter populus foedus rupisset, eventus belli velut aecus iudex, unde ius stabat, ei victoriam dedit, Liv. 21, 10, 9. u. mit einer gewissen Attraction: postquam me aspexēre ancillae advenisse, omnes ilico laetae exclamant „venit", id quod me repente aspexerant, d. i. eo quod, Ter. Hec. 3, 3, 7. refracturosque carcerem minabantur, cum remisso, id quod erupturi erant, ex senatus consulto Manlius vinclis liberatur, Liv. 6, 17, 6. sonst: ad id, in eo u. dgl.; — endlich ist als besonderer Lateinischer Sprachgebrauch hieher zu ziehen id *c. Gen.*, der Punct im Raume, der Moment in der Zeit, die Anzahl von Leuten, die Art od. der Grad einer Sache u. dgl., also zur Einschränkung eines Begriffes: postquam ad id loci legati cum Vulturcio venēre, an diesen Punct der Gegend, Sall. C. 45, 3. ubi ad id loci ventum, J. 75, 7; vitam certe dignissimam egit, quae nullius ad id temporis praeterquam avito fulgore vinceretur, bis zu diesem Moment, bis zu diesem Augenblick, Vell. 2, 4, 6. u. vgl. von der Zeit blos: gens dubiae ad id voluntatis, Liv. 9, 15, 1. u. so 3, 22, 8. 4, 58, 3. 21, 52, 6. 36, 2, 1. u. öft.; u. so: quando verba vana ad id locorum fuerint, Liv. 9, 45, 2. u. so 22, 38, 12. 43, 5, 4. Sall. J. 72, 2; aber auch: sed nunc quidem, quoniam est id temporis, surgendum censeo, Cic. dOr. 2, 90, 367. u. im Accus.: profectus id temporis, quum iam Clodius, si quidem eo die Romam venturus erat, redire potuisset, Mil. 10, 28. venit enim ad me, et quidem id temporis, ut retinendus esset, Att. 13, 33, 4. constituimus inter nos ut ambulationem postmeridianam conficeremus in academia, maxime quod is locus ab omni turba id temporis vacuus esset, Fin. 5, 1. 1; ita viximus et id aetatis iam sumus, ut omnia, quae non nostra culpa nobis accidant, fortiter ferre debeamus, Att. 6, 20, 3. est id aetatis, ut sensum iam percipere possit ex maerore patrio, Flacc. 42, 106. se in balneo cum id aetatis filio fuisse, Cluent. 51, 141. id aetatis duo filii, SRosc. 23, 64. quid se id aetatis sollicitassent, si alio duce gesturi bellum essent? Liv. 10, 24, 6; philosophus Taurus accipiebat nos Athenis cena plerumque ad id diei, ubi iam vesperaverat: id enim est tempus istic cenandi, Gell. 17, 8, 1; Flaminius id tantum hostium, quod ex adverso erat, aspexit, Liv. 22, 4, 4. ab Hannibale Hispani primam obtinebant frontem et id roboris in omni exercitu erat, Liv. 27, 14, 5. u. vgl. 28, 2, 4. id quod in praesentia vestimentorum fuit arripit, Nep. Alc. 10, 5; in id redactus sum loci, ut quid agam cum illo nesciam prorsum, Ter. Phorm. 5, 8, 86. peto igitur – a te, quoniam id nobis, Antoni, etiam hominibus id aetatis oneris ab horum adulescentium studiis imponitur, ut cet., Cic. dOr. 1, 47. 207. centuriones Caesar ei classi attribuerat, qui sibi id muneris depoposcerant, Caes. BC. 1, 57, 1. se suadere, Pharnabazo id negotii daret, Nep. Con. 4, 1. inflatusque amplius viginti legionum numero in id furoris processerat cet., Vell. 2, 80, 2. quod si quis a Thessalo - eos appellatos Thessalos dicet, reddenda erit ratio, cur nunquam ante hunc insequentem Thessalum ea gens id nominis usurpaverit, 1, 3, 2. — ε) gegen den Deutschen Sprachgebrauch wird is auf das Genus des nächsten Subst. bezogen, während wir „das" sagen: is mihi profecto'st servos spectatus satis, quoi dominus curae'st, Ter. Ad. 5, 6, 5. nam mihi campus ist est, Ov. M. 6, 694. mors pretium tardis: ea lex certaminis esto, 10, 572. ea demum firma amicitia est, Sall. C. 20, 2. u. vgl. 58, 16. Nep. Them. 2, 7. Liv. 1, 57, 1. 22, 2, 3. u. andw.; dagegen: secessionem iam id et partes, et si idem multi audeant, bellum esse, Tac. A. 16, 22. u. vgl. iste 1, 6, 13.

2) *subst.* u. *adj.* a) näher bestimmt durch *Relativa* (qui, quicunque, unde, ubi, quo u. dgl.): is, qui scripsit, Ter. Hec. prol. 6. tum pol ego is essem vero, qui simulabar, Eun. 3, 5, 58. ego is in illum sum, quem tu me esse vis, Cic. Att. 7, 8, 1; adducebat eum, qui quaerebat (pecuniam), ad eos, qui conferebant, Nep. Epam. 3, 6. numquam animo placari potuit in eum, a quo erat violatus, Pelop. 5, 2. quae res in se neque consilium neque modum habet ullum, eam consilio regere non potes, Ter. Eun. 1, 1, 12. u. vgl. Hec. 3, 3, 27. fieri potest, ut recte quis sentiat et id, quod sentit, polite eloqui non possit, Cic. Tusc. 1, 3, 6. qui id potius intuerentur, quod ipsorum dominationi, quam quod universae Graeciae utile esset, Nep. Them. 7, 6; negabat se ei vim allaturum, qui aliquando fuisset amicus, Eum. 12, 3; qui maximus natu esset ex liberis eius, qui regnans decessisset, Ages. 1, 3; cum eo, quem puerum in ludo cognorat, adeo coniuncte vixit, ut cet., Att. 10, 3; senes qui primi venient, ei partem aperient, Ter. Ad. prol. 23. ii, qui circa erant, Nep. Eum. 10, 4. ea, quae prospere ei cesserunt, Timoth. 4, 6; is inter Thrasybulum et eos, qui urbem tenebant, fecit pacem, Thras. 3, 1. u. vgl. Dat. 2, 1. Pelop. 1, 3. ut omnia perdant neque minus eos, cum quibus steterint, quam adversus quos fecerint, Eum. 8, 2. quod quibus rex maxime obediat, eos habeat inimicissimos, Dat. 5, 4. nec quisquam attingit (libros) praeter eos, qui eandem licentiam scribendi sibi permitti volunt, Cic. Tusc. 1, 3, 6. u. vgl. II. Verr. 4, 18, 38. ea adferam, ea uti nunciem, quae

2) insbes. a) zur Einführung eines Schlußsatzes (also auch des letzten Satzes eines kunstgerechten Schlusses): qui gentes omnes mariaque et terras movet, eius sum civis civitate caelitum: ita sum, ut videtis, splendens stella candida cet., Plaut. Rud. prol. 1. St. hercle qui dicam tamen: nam si sic non licebit, luscus dixero. Ph. ita nunc tu dicis non esse aequiparabiles vostras cum nostris factiones atque opes, Trin. 2, 4, 63. Zenoni - aether videtur summus deus, mente praeditus, qua omnia regantur: Cleanthes - solem dominari et rerum potiri putat: ita cogimur dissensione sapientum dominum nostrum ignorare, Cic. Acad. 2, 41, 126. u. vgl. 2, 47, 145. adest enim fere nemo, quin acutius atque acrius vitia in dicente quam recta videat: ita quidquid est, in quo offenditur, id etiam illa, quae laudanda sunt, obruit, dOr. 1, 25, 116. u. vgl. Div. 2, 39, 82. Off. 1, 2, 6. 1, 3, 10. ita utrumque (vis corporis et virtus animi) per se indigens alterum alterius auxilio indiget, Sall. C. 1, 7. ita fit verum illud, quod initio dixi, amicitiam nisi inter bonos esse non posse, Am. 18, 65; — sine virtute certe nullo modo (efficitis beatum deum): virtus autem actuosa et deus vester nihil agens: expers virtutis igitur· ita ne beatus quidem, ND. 1, 40, 110. si igitur non sunt, nihil possunt esse: ita ne miseri quidem sunt, Tusc. 1, 6, 12. u. vgl. Div. 2, 8, 21.

b) in Fragen durch *quid ita*, bei denen ita überall auf einen Gedanken zurück- od. hinweist, mag es absolut stehen od. in Verbindung mit einem hypothetischen od. causalen Satz gebracht sein, **warum so, warum denn, wie so denn, wie kommt das, wozu das.** Diese Fragform wird theils zur Hervorhebung der Angabe des Grundes einer Thatsache oder Behauptung, theils als Ausdruck der Verwunderung oder des Tadels gebraucht. Im letzteren Falle deutet man an, daß man auf Grund einer vorherigen Bedingung den Eintritt einer Sache nicht erwartet hätte. Beispiele: accusati‹ S. Roscium: quid ita? quia de manibus vestris effugit, quia se occidi passus non est, Cic. SRosc. 12, 34. u. vgl. Mil. 7, 17. quam molestum est uno digito plus habere: quid ita? quia nec ad speciem nec ad usum alium quinque desiderant, ND. 1, 35, 99. saepe, inquit Publii filius, ex patre audivi pontificem neminem bonum esse, nisi qui ius civile cognoscet: totumne? quid ita? quid enim ad pontificem de iure parietum aut aquarum cet.? Leg. 2, 19, 47. habitent gratis in alieno? quid ita? ut, quum emerim aedificarim, tuear impendam, tu me invito fruare meo? Off. 2, 23, 83. elevabat Romanum bellum (Cleomedon) eventumque eius eundem fore, qui prioris belli, quod cum Philippo gesserint, dicebat: cur igitur nostrum ille auxilium absens petit potius quam praesens nos socios veteres simul ab Nabide ac Romanis tueatur? nos dico? quid ita passus est Eretriam Carystumque capi? quid ita tot Thessaliae urbes? quid ita Locridem Phocidemque? quid ita nunc Elateam oppugnari patitur? cur excessit faucibus Epiri cet.? Liv. 32, 21, 12; — saepe deinde et Virginium consulem in contionibus velut vaticinantem audiebat (Cassius), pestilens collegae munus esse, agros illos servitutem iis qui acceperint laturos, regno viam fieri, quid ita enim adsumi socios et nomen Latinum? quid attinuisse Hernicis paulo ante hostibus, capti agri partem tertiam reddi, nisi ut eae gentes pro Coriolano ducem Cassium habeant? 2, 41, 5. Illyrii vocati in senatum: qui cum legatos se esse missos ab rege dicerent ad purganda crimina, si qua de rege Issenses deferrent, quaesitum est, quid ita non adissent magistratum, ut ex instituto loca, lautia acciperent, sciretur denique venisse eos et super qua re venissent, 42, 26, 4; — si bonum ducerent, quid ita pro noxio damnassent? si noxium comperissent, quid ita male credito priore consulatu alterum crederent? 27, 34, 13. cum pater patruusque meus interfecti, cum duo exercitus eorum prope occidione occisi essent, cum amissae Hispaniae, cum quattuor exercitus Poenorum quattuorque duces omnia metu armisque tenerent, cum quaesitus ad id bellum imperator nemo se ostenderet praeter me, nemo profiteri ausus esset, cum mihi quattuor et XX annos nato detulisset imperium populus R.: quid ita tum nemo aetatem meam, vim hostium, difficultatem belli, patris patruique recentem cladem commemorabat? 28, 43, 10. labente iam causa decemvirorum L. Cornelius Maluginensis - simulando curam belli fratrem collegasque eius tuebatur quonam fato incidisset mirari se dictitans, ut decemviros qui decemviratum petissent aut socii aut hi maxime oppugnarent, aut quid ita, cum per tot menses vacua civitate nemo, iustine magistratus summae rei publicae praeessent, controversiam fecerit, nunc demum, cum hostes prope ad portas sint, civiles discordias serant, nisi quod in turbido minus perspicuum fore putent, quid agatur, 3, 40, 8.

c) in Fragen durch *itane*, in denen man seinen

Zweifel hervorheben will, ob ein gegebenes Wort oder Urtheil wirklich so gemeint ist oder nicht oder in denen man seinen Unwillen und seine Verwunderung über ein Urtheil od. einen Umstand kundgeben will (auch zu Anfang einer Scene od. eines Briefes, wobei vorauszusetzen ist, daß der Hörer od. Leser in die Verhältnisse vollkommen eingeweiht ist), **so, wirklich so, also wirklich, ernstlich**, Da. inveniet inopem potius, quam te corrumpi sinat: sed si te aequo animo ferre accipiet, neglegentem feceris: alia otiosus quaeret interea aliquid acciderit boni. Pa. itan' credis? Da. haud dubium id quidem'st, Ter. Andr. 2, 3, 22. Ph. itane patris ais adventum veritum hinc abiisse? Ge. admodum, zu Anfang der Scene, Phorm. 2, 2, 1. u. vgl. 2, 3, 80. quid? Chremes, qui denegarat se commissurum mihi gnatam suam uxorem, id mutavit, quia me inmutatum videt? itane obstinate dat operam, ut me a Glycerio miserum abstrahat? quod si fit pereo funditus, Andr. 1, 5, 6. u. vgl. Caecil. 30. Plaut. Mil. gl. 1, 1, 66. Pers 3, 7; — Th. hoc si effeceris, quodvis donum praemium a me optato, id optatum feres. Gn. itane? Th. sic erit, Eun. 5, 8, 28. quando enim illa observans quieto et libero animo esse poteris, ut ad rem gerendam non superstitionem habeas, sed rationem ducem? itane? si quis aliquid ex sua re atque ex suo sermone dixerit et eius verbum aliquod apte ceciderit ad id, quod ages aut cogitabis, ea res tibi aut timorem adferet aut alacritatem? Cic. Div. 2, 40, 83. at in Lysandri statuae capite Delphis exstitit corona ex asperis herbis et quidem subita: itane? censes ante coronam herbae exstitisse, quam conceptum esse semen? 2, 32, 68; — haruspices introducti responderunt non fuisse iustum comitiorum rogatorem: tum Gracchus - incensus ira „itane vero? ego non iustus, qui et consul rogavi et augur et auspicato?" ND. 2, 4, 10. Quid? quaeris, Carneades, cur haec ita fiant aut qua arte perspici possint? nescire me fateor, evenisse autem te ipsum dico videre. Casu, inquis. Itane vero? quidquam potest casu esse factum, quod omnes habet in se numeros veritatis? Div. 1, 13, 23. Apud me habitavit (praedonum dux), mecum fuit: ego illum ad iudicium meum, quo facilius crimen inimicorum diluere possem, vivum atque incolumem reservavi. Itane vero? tu tua pericula communi periculo defendes? II. Verr. 5. 30, 77. u. vgl. 1, 15, 40. Agr. 2. 30, 83. Phil. 5, 10, 27; — Quid? Romae quaesitum de istis hominibus non erat? Itane tandem mulier iam non morbo, sed scelere furiosa - in filii caput quaestionem habere conata est? Cluent. 65, 182.

d) in Antworten: *ita*, **so** (wie du sagst od. fragst), **ja**, Me. haecine tua domu'st? Sos. ita inquam, Plaut. Amph. 1, 1, 208. Dor. de istac rogas virgine? Py. ita, Ter. Eun. 4, 4, 53. Ph. fraterne? Do. ita, 4, 4, 30. Si. quid istic tibi negoti'st? Da. mihin'? Si. ita, Andr. 5, 2, 8. Her. Davusne? Da. ita, Hor. Sat. 2, 7, 2. quidnam? inquit Catulus, an laudationes? id enim video poni genus tertium. Ita, inquit Antonius, Cic. dOr. 2, 10, 43; — verstärkt: ita vero, Plaut. Men. 5, 9, 37. ita enimvero, Amph. 1, 1, 254. Most. 3, 3, 17. As. 2, 2, 72. ita profecto, Amph. 1, 1, 214. ita plane, Cic. Tusc. 1, 7, 13.

c) bei *non* (*haud*) *ita* vor Abjectiven u. Adverbien weist ita auf einen aus dem Zusammenhang sich ergebenden Vergleich hin, der bald in den Worten selbst liegt, bald aus dem Gedanken sich erklärt (gewöhnlich: wie man glauben, vermuthen sollte u. dgl.), **nicht eben, nicht gerade**, sunt ea (simulacra) perampla atque praeclara, sed non ita antiqua, Cic. II. Verr. 4, 49, 109. Themistocles insecutus est, ut apud nos, perantiquus, ut apud Athenienses, non ita sane vetus: fuit enim regnante iam Graecia, nostra autem civitate non ita pridem dominatu regio liberata, Brut. 10, 41. magnae saepe res non ita magnis copiis sunt gestae, Nep. Pelop. 2, 3. Mardonius - cum CC milibus peditum, quos viritim legerat, et XX equitum haud ita magna manu Graeciae fugatus est, Paus. 1, 2. reliqui, etiam si haec non improbent, tamen earum rerum disputationem principibus civitatis non ita decoram putant, Cic. Acad. 2, 2, 5. quod si potuerit obtineri, non ita difficilis supererit quaestio, qui legendi sint incipientibus, Quint. 2, 5, 18; — Caria et Phrygia et Mysia, quod minime politae minimeque elegantes sunt, asciverunt aptum suis auribus opimum quoddam et tamquam adipatae dictionis genus, quod eorum vicini non ita lato interiecto mari Rhodii numquam probaverurt, Athenienses vero funditus repudiaverunt, Cic. Or. 8, 25. rarus incessus nec ita longus, 18, 59. u. vgl. Quint. 11, 3, 126. omnia sunt enim posita ante oculos, collocata in usu quotidiano, in congressione hominum atque in foro: neque ita multis litteris aut voluminibus magnis continentur, Cic. dOr. 1, 43, 192. u. vgl. ex Etruria haud ita multum frumenti advectum est, Liv. 4, 12, 9. non ita dissimili sunt argumento, sed tamen dissimili oratione sunt factae ac stilo (fabulae), Ter Andr. prol. 11. quis enim est istorum Graecorum, qui quemquam nostrum quidquam intellegere arbitretur? ac mihi quidem non ita molesti sunt: facile omnes perpetior et perfero, Cic. dOr. 2, 19, 77. nam qui ad virtutem adiungunt vel voluptatem, quam unam virtus minimi facit, vel vacuitatem doloris, quae etiam si malo caret, tamen non est summum bonum, accessione utuntur non ita probabili, Fin. 2, 13, 42; — nec ita multum provectus reiectus austro sum in eum ipsum locum, unde conscenderam, Phil. 1, 3, 7. hoc animo decertabant, ut - non ita multo se reliquorum civium fatum antecedere existimarent, Caes. BC. 2, 6, 1. non ita tecum multum fuit, Cic. II. Verr. 2, 20, 49. non ita multum moratus, BG. 5, 47, 3. quibus mediocres homines non ita valde moventur, his ille clamat omnium mortalium mentes esse perterritas, Cic. ND. 1, 31, 86. Pompeium vero - una ista in re non valde probas, Leg. 3, 11, 26. nam huius aequalis et inimicus C. Fimbria non ita diu iactare se potuit, Brut. 66, 233; — non ita multo post, Cic. Caecin. 6, 17. Off. 2, 6, 19. Nep. Cim. 3, 4. Liv. 1, 33, 2. 10, 12, 9. 35, 11, 2. haud ita multo post, 21, 20, 9. 40, 37, 1.

haud ita multo ante, 32, 30, 1. non ita pridem, Cic. II. Verr. 4, 49, 109. haud ita pridem, Hor. Sat. 2, 2, 46.

II) prägn. weist ita auf einen aus dem vorhergehenden zu schließenden Grad eines Zustandes od. einer Thätigkeit hin, so (betont), **so sehr, in dem Grade, dermaßen**, non ventus fuit, verum Alcumena Euripidi: ita omnes de tecto deturbavit tegulas, Plaut. Rud. 1, 1, 4. ardere censui aedes: ita tum confulgebant, Amph. 5, 1, 15. u. vgl. 5, 1, 3. 5. totus doleo atque oppido perii: ita me iste habuit senex gymnasium, Aul. 3, 1, 5. u. vgl. Mil. gl. 2, 4, 44. quaeram enim tecum id, quod superiore libro distuli: quid ita Nilus aestivis mensibus abundat? Sen. NQ. 4, 1, 1. quorum quanta mens sit difficile est existimare: ita multa meminerunt, Cic. Tusc. 1, 24, 59. animus impurus-neque vigiliis neque quietibus sedari poterat: ita conscientia mentem excitam vastabat, Sall. C. 15, 4. u. vgl. 61, 5. itaque non facile est invenire, qui quod sciat ipse, non tradat alteri: ita non solum ad discendum propensi sumus, verum etiam ad docendum, Cic. Fin. 3, 20, 66; — ita magni fluctus eiciebantur, Enn. trag. 30. Brundusium venimus VII. kal. dec. usi tua felicitate navigandi: ita belle nobis flavit ab Epiro lenissimus onchesmites, Cic. Att. 7, 2, 1. de reliquo neque hercule quid agam, nec quid acturus sim, scio: ita sum perturbatus temeritate nostri amentissimi consilii, 7, 10. de Latinis vero, quo me vertam, nescio: ita mendose et scribuntur et veneunt, QFratr. 3, 5. u. vgl. Fam. 2, 5, 2. tibi dI quaecunque preceris commoda dent: ita vir bonus es convivaque comis, Hor. Sat. 2, 8, 75. dI te perduint, fugitive: ita non modo nequam et improbus, sed fatuus et amens es, Cic. Deiot. 7, 21; — tantum momenti in uno viro L. Papirio fuit, ut-debellari eo die cum Samnitibus potuisse pro haud dubio habitum sit: ita instruxit aciem loco ac subsidiis, ita omni arte bellica firmavit, Liv. 8, 36, 3. qui vel unus-diligenter lectus ad cuncta, quae praecipimus, efficienda sufficiat: ita omnem vitae imaginem expressit: tanta in eo inveniendi copia et eloquendi facultas: ita est omnibus rebus, personis, affectibus accommodatus, Quint. 10, 1, 69; — haec ita multa quasi fata impendere amicitiis, ut omnia subterfugere non modo sapientiae, sed etiam felicitatis diceret sibi videri, Cic. Am. 10, 35. quid est igitur, cur ita semper deum Epicurus beatum appellet et aeternum? Fin. 2, 27, 88; — Lesbonicum, si domi'st, evocate: ita subitum'st propere quod eum conventum volo, Plaut. Trin. 5, 2, 50. ecquis est, qui mihi commonstret Phaedromum genium meum? ita res subita'st: celeriter mihi hoc homine convento'st opus, Curc. 2, 3, 22.

B) näher bestimmt durch *Relativ*sätze od. *Conjunct.* od. durch *Objects*sätze, u. zwar I) Relativsätze 1) um die Darstellung der Art und Weise eines Zustandes oder einer Thätigkeit einzuführen, also: *ita - ut* u. dgl., a) im Allg.: St. respice, oh mi lepos! Cl. nempe ita *uti* tu mihi es. Plaut. Cas. 2, 3, 18. alii, ut esse in suam rem ducunt, ita sint: ego ita ero, ut me esse oportet, Men. 5, 6, 18. Rhodienses noluisse nos ita depugnare, uti depugnatum est, Cato frg. p. 23, 3. ita vero, Quirites, ut precamini, eveniat! Cic. Phil. 4, 4, 10. turpe enim existimo me non ita ferre casum meum, ut tu tali sapientia praeditus ferendum putas, Fam. 4, 6, 1; nam ita amo, ut sani solent homines, Plaut. Merc. 2, 1, 38. aperte ita, ut res sese habet, narrato, Ter. Heaut. 4, 3, 24. ut quae scripta sunt legibus et iure civili haec ita teneantur, ut sit constitutum, Cic. Off. 1, 16, 51. eiusque rationem-ita haberi, ut haberi lege liceret, Phil. 5, 17, 46. quos ego ita, ut volui, offendo incolumes, Pacuv. 204. ita, ut dicis, facta hau nego, Plaut. Most. 3, 2, 46. u. vgl. Ter. Phorm. 2, 3, 49. est, iudices, ita, ut dicitur, Cic. II. Verr. 4, 52, 117. u. vgl.: scalae ita, ut datae erant, ita reddito, Cato RR. 144, 2; — coepit studiose omnia docere, educere, ita *uti si* esset filia, Ter. Eun. 1, 2, 36. causa ita dicitur, ut si in illa commenticia Platonis civitate res ageretur, Cic. dOr. 1, 53, 230. mihique molestissimis temporibus ita fideliter benevoleque praesto fuit, ut si a me manu missus esset, Fam. 13, 21, 4; — an ita tu's animata, *ut qui* expers matris inperiis sies? Plaut. As. 3, 1, 2; — me consulem - ita fecistis *quo modo* pauci nobiles in hac civitate consules facti sunt, Cic. Agr. 2, 1, 3. quum mihi deliberatum et constitutum sit, ita gerere consulatum, quo uno modo geri graviter et libere potest, ut cet., 1, 8, 25; — omnium fore perturbationem, si non ita res agantur et in iudicium veniant, *quo pacto* oporteat, Inv. 2, 20, 61; — quare facies, ut ita sit in libro, *quem ad modum* fuit, Att. 13, 21, 3; ut ita defendere possim Volaterranos, quem ad modum consuevi tueri meos, Fam. 13, 4, 4. nisi ista omnia ita fiunt, quem ad modum scribo, Brut. b. Cic. Fam. 11, 26. utinam mihi patribusque R. ita de ceteris rebus cum plebe conveniat, quem ad modum quod ad te attinet-conventurum satis confido, Liv. 6, 15, 4; — non ita Carpathiae variant aquilonibus undae - *quam* facile irati verbo mutantur amantes, Prop. 2, 5, 10. nam vitare, plagas in amoris ne iaciamur, non ita difficile est, quam captum retibus ipsis exire, Lucr. 4, 1143. u. vgl.: ego arbitror praestare ex aviariis turdorum ac merularum, quod non solum ad agrum utile, sed etiam ad cibum ita bubus *ac* subus, ut fiant pingues, Varr. RR. 1, 38, 2. quia commixta familia est et una domus est, ita vindicandum atque in propriis servis senatus censuit, Ulp. Dig. 29, 5, 1. §. 15; — non debemus ita cadere animis, *quasi* aliquid evenerit, quod fieri posse numquam putarimus, Cic. Fam. 6, 1, 4. cuius sermone ita tum cupide fruebar, quasi iam divinarem - illo exstincto fore unde discerem neminem, Sen. 4, 12. set ita adsimulavit se, quasi Amphitruo siet, Plaut. Amph. prol. 115. de re publica autem ita mecum locutus est, quasi non dubium bellum haberemus, Cic. Att. 7, 4, 2. sed nescio quo modo animus erigens se posteritatem ita semper prospiciebat, quasi, quum excessisset e vita, tum denique victurus esset, Sen. 23, 82. neque ego me abdidi neque deserui neque adflixi neque ita

gessi -, quasi homini aut temporibus iratus, neque porro ita aut adulatus aut admiratus fortunam sum alterius, ut me meae poeniteret, Div. 2, 2, 6. u. vgl.: quia praedo, si dolo desierit possidere, ita condemnatur, *atque* si possideret, Paul. Dig. 5, 3, 36. §. 3; — neque enim ita se gessit in his rebus, *tamquam* rationem aliquando esset redditurus, sed prorsus ita, quasi - reus numquam esset futurus, Cic. II. Verr. 4, 22, 49. ita porro festinavit uterque confligere, tamquam nihil peius timerent, quam ne cet., Pollio b. Cic. Fam. 10, 33, 3. castra in hostico incuriose ita posita, tamquam procul abesset hostis, Liv. 8, 38, 2. u. vgl. Quint. 7, 4, 42; — porro Alexander, rex Epiri, in Italiam - ita cupide profectus fuerat, *veluti* in divisione orbis terrarum Alexandro Olympiadis sororis suae filio oriens, sibi occidens sorte contigisset, Justin. 12, 2, 1; — sane ita se habet sacrum, *quale* apud Homerum quoque est, Quint. 1, 5, 67; — *ita ut* occepi dicere, Plaut. Poen. 2, 24. u. so Rud. 4, 4, 21. 75. ita ut occepi, si animum advortas, dicam, Trin. 4, 2, 52; ferner: ita ut erat, in veste domestica imperator est consalutatus, Suet. Vit. 8. post cibum meridianum, ita ut vestitus calciatusque erat, retectis pedibus paulisper conquiescebat opposita ad oculos manu, Aug. 78. aquila gallinam albam ramulum lauri rostro tenentem, ita ut rapuerat, demisit in gremium, Galb. 1. iugulatus est ad lacum Curti ac relictus ita uti erat, 20; — endlich näher bestimmt durch *Abl.*: o lux Troiae, germane Hector! . . . quid te ita contuo lacerato corpore, miser, aut qui te sic tractavēre nobis respectantibus! Enn. trag. 94. ut igitur, qui se tradet ita quieti, praeparato animo quum bonis cogitationibus, tum rebus ad tranquillitatem accommodatis, certa et vera cernit in somnis, sic cet., Cic. Div. 1, 53, 121.

b) insbes. ita mit folg. Conjunct. bei Gelübden, Versicherungen, Schwüren, so wahr ich wünsche, daß u. s. w., od. Futur., so wahr — als u. s. w., nam ita mihi salva re publica vobiscum perfrui liceat, *ut* ego, quod in hac causa vehementior sum, non atrocitate animi moveor, Cic. Cat. 4, 6, 11. ita mihi meam voluntatem spemque reliquae vitae vestra populique R. existimatio comprobet, ut ego, quos adhuc mihi populus R. magistratus mandavit, sic eos accepi, ut cet., II. Verr. 5, 14, 35. ita te victorem complectar re publica recuperata, ut magnam mihi partem laetitiae tua dignitas adfert, Fam. 10, 12, 1. u. vgl. Att. 5, 15. namque ita me di ament, ut Lucurgus mihi quidem videtur posse hic ad nequitiam adducier, Plaut. Bacch. 1, 2, 3. u. vgl. Stich. 4, 1, 1; atque ita me di ament, ut ego nunc non tam meapte causa laetor, quam illius, Ter. Heaut. 4, 3, 8. at ita me servet Iuppiter, ut propior illi, quam ego sum ac tu, homo nemo'st, Phorm. 5, 3, 24. ita mihi atque huic sis superstes, ut tu ex me atque hoc natus es, Heaut. 5, 4, 7. ex his ego rebus omnibus, iudices, ita mihi omnes deos propitios velim, ut, etiamsi mihi iucundissimus est honos populi, tamen nequaquam capio tantum voluptatis, quantum et sollicitudinis et laboris, Cic. II. Verr. 5, 14, 37; — nam tecum esse, ita mihi commoda omnia, quae opto, contingant, ut vehementer velim! Fam. 5, 21, 1; — ita te amabit Iuppiter, ut tu nescis? Plaut. Aul. 4, 10, 31. ita me amabit Iuppiter, uxor, ut ego numquam dixi, Merc. 4, 4, 22. u. vgl. Capt. 4, 2, 97; — ohne ut: ita me di ament, honestu'st, Ter. Eun. 3, 2, 21. u. vgl. Catull. 97, 1. sollicitat, ita vivam, me tua, mi Tiro, valetudo, Cic. Fam. 16, 20, 1. at, marite, ita me iuvent caelites, nihilo minus pulcher es, Catull. 61, 192. non, ita me divi, vera gemunt, iuerint, 66, 18. saepe, ita me di iuvent, te spectatorem pugnarum mirificarum desideravi, Cic. Att. 1, 16, 1. non, ita Caecilio placeam, cui tradita nunc sum, culpa mea est, Catull. 67, 9. ita incolumi Caesare moriar, Balb. b. Cic. Att. 9, 7B, 3; — und ganz absolut: ita me di ament, Plaut. Pseud. 4, 1, 33. ita ab imminentibus malis res publica me adiuvante liberetur, Planc. b. Cic. Fam. 10, 9, 2. ita, quod minari maximum victor potest, contingat, Sen. Troad. 600. ac venerata Ceres, ita culmo surgeret alto, explicuit vino contractae seria frontis, Hor. Sat. 2, 2, 124.

2) in der Gegenüberstellung von *ut* u. dgl. — *ita* wird ita gebraucht a) um das zweite Glied eines durch ut u. dgl. eingeleiteten Vergleiches zu bilden, so, *ut* enim magistratibus leges, ita populo praesunt magistratus, Cic. Leg. 3, 1, 2. cur non - res ut quaeque est, ita suppliciis delicta coercet? Hor. Sat. 1, 3, 77. u. vgl. 1, 6, 49. AP. 60. 101. ut in adfecto corpore quamvis levis causa magis quam valido gravior sentiretur, ita tum aegrae et adfectae civitati quodcumque adversi inciderit, non rerum magnitudine, sed viribus extenuatis, quae nihil quod adgravaret pati possent, aestimandum esse, Liv. 22, 8, 3; — rebus cunctis inest quidam velut orbis, ut *quem ad modum* temporum vices, ita morum vertantur, Tac. A. 3, 55. ut appareat quem ad modum urbium imperiorumque, ita gentium nunc florere fortunam, nunc senescere, nunc interire, Vell. 2, 11, 3. utinam, inquit, mihi patribusque Romanis ita de ceteris rebus cum plebe conveniat, quem ad modum quod ad te attinet eamque rem, quam de te sum quaesiturus, conventurum satis confido, Liv. 6, 15, 4. quem ad modum dicimus: non feci furtum —, ita: non est hoc furtum, Quint. 7, 3, 1.

b) um einem zweiten Subject od. Attribut eine gleiche Geltung in Bezug auf Raum, Zeit, Einfluß beizulegen, utque inde procedit (Africa), ita media praecipue in iuga exsurgens pergit incurva ad occasum, Mel. 1, 4, 1; — fons media nocte fervet, mox et paulatim tepescens fit luce frigidus, tunc ut sol surgit, ita subinde frigidior, per meridiem maxime riget, sumit deinde teporem iterum, et prima nocte calidus, atque ut illa procedit, ita calidior, 1, 8, 1; Dolabellam ut Tarsenses, pessimi socii, ita Laodiceni multo amentiores ultro arcessierunt, Cass. b. Cic. Fam. 12, 13, 4. apud Euripidem Hercules quum ut Eurysthei filios, ita suos configebat sagittis - non perinde movebatur falsis, ut veris moveretur? Cic. Acad. 2, 28, 89; — hoc principium semel

omenque belli ut summae rerum prosperum eventum, ita haud sane incruentam ancipitisque certaminis victoriam Romanis portendit, Liv. 21, 29, 4. haec omnia ut invitis, ita non adversantibus patriciis transacta, 3, 55, 15. u. b. Spät. indirect: honorificum id militibus fore, quorum favorem ut largitione et ambitu male adquiri, ita per bonas artes haud spernendum, Tac. H. 1, 17. dixit forte Tiberius se ut non toti rei publicae parem, ita quaecumque pars sibi mandaretur, eius tutelam suscepturum, A. 1, 12. quod sequitur de schola Epicuri est, sicut iram in deo non esse, ita nec gratiam, Lact. dIra dei 5. quis tam stultus aut brutus est, ut audeat repugnare, hominem a deo ut primum potuisse fingi, ita posse denuo reformari? Minuc. Octav. 34; — ut pleraque Alpium ab Italia sicut breviora, ita arrectiora sunt, Liv. 21, 35, 11. convenerantque duces sicuti inter se nondum satis noti, ita iam inbutus uterque quadam admiratione alterius, 21, 39, 7. multa magnis ducibus sicut non adgredienda, ita semel adgressis non dimittenda esse, 24, 19, 7. u. vgl. 9, 17, 4; — velut usquam vinctus eas, ita te felicem dicis amasque, quod nusquam tibi sit potandum, Hor. Sat. 2, 7, 30. quasi domi numos haberet, ita constituit Scapulis se daturum, Cic. Quinct. 5, 18. quasi coram adsis, ita cerno συμπάθειαν amoris tui, Att. 5, 18, 3.

II) durch *Conjunct.*, u. zwar 1) im Allg. a) um durch ita auf eine durch *ut*, ne, quod u. quum, si mit Conj. dargestellte Weise, **Bestimmung, Verfügung** hinzuweisen, **in der Weise, in dem Sinne, in der Absicht, mit der Bestimmung, mit der Bedingung**, membra nobis ita data sunt, *ut* ad quamdam rationem vivendi data esse appareant, Cic. Fin. 3, 7, 23. sic enim mihi perspicere videor, ita natos esse nos, ut inter omnes esset societas quaedam, Am. 5, 19. ita nati estis, ut bona malaque vestra ad rem publicam pertineant, Tac. A. 4, 8. ita Helvetios a maioribus suis institutos esse, uti obsides accipere, non dare consuerint, Caes. BG. 1, 14, 7. u. vgl. 1, 13, 6. ita amicum habeas, posse ut facile fieri hunc inimicum putes, Syr. 522. ego autem a patre ita eram deductus ad Scaevolam sumpta virili toga, ut, quoad possem et liceret, a senis latere numquam discederem, Cic. Am. 1, 1. ita est enim interpretatio illa pontificum, ut eidem potestatem habeant iudicum, Har. resp. 7, 13. omnis enim pecunia ita tractatur, ut praeda a praefectis, quae autem mihi attributa est, a quaestore curetur, Fam. 2, 17, 7. neque haec ita dico, ut ars aliquos limare non possit, dOr. 1, 25, 115. isque se ita putat Atticum, ut veros illos prae se paene agrestes putet, Brut. 83, 286. non est ita latum, ut mihi Romam venire liceret, sed ut venirem, und: me ita in re publica esse (voluisti), magis ut arcessitus imperio populi R. viderer, quam cet., Dom. 27, 71. pax ita convenerat, ut Etruscis Latinisque fluvius Albula - finis esset, Liv. 1, 3, 5. Rhodiis responsum ita redditum est, ut nec hostes fierent, nec socii permanerent, 45, 25, 4. quam rem ita graviter tulit Alexander, ut secunda legatione denuo bellum deprecantibus ita demum remiserit, ut oratores et duces - sibi dedantur, Justin. 11, 4, 10; — ita tu istaec tua misceto, *ne* me admisceas, Ter. Heaut. 4, 5, 35. ita radiis solis aciem effodit luminis, malis bene esse ne videret civibus, Laber. 75. u. vgl. Plaut. Trin. 2, 2, 62. ut semina ita deponantur, ne protinus totus scrobis terra compleatur, sed cet., Col. 5, 5, 4. hos ergo in surculis nodos, cum seruntur, medios secare oportet ita, ne profluat medulla, Plin. 17, 21 (35), 154. miror hanc quoque succurrisse Plinio curam, ut ita sudario frontem siccari iuberet, ne comae turbarentur, Quint. 11, 3, 148; — easque alvos ita collocant, in mutulis parietis, *ut ne* agitentur neve inter se contingant, Varr. RR. 3, 16, 16. sed tamen ita velim, ut ne quid properes, Cic. Fam. 16, 9, 3; — itaque L. Piso multos codices implevit earum rerum, in quibus ita intercessit, *quod* iste aliter atque ut edixerat decrevisset, II. Verr. 1, 46, 119; — nam M. Drusum gravem oratorem ita duntaxat, *cum* de re publica diceret, - abducamus ex acie, id est a iudiciis, et in praesidiis rei publicae - collocemus, Brut. 62, 222. sequitur enim, ut male collocata male debeantur: de quibus non redditis sero querimur: ita enim perierunt, cum darentur, Sen. Ben. 1, 1; — cum his terrestribus maritimisque copiis Ti. Sempronius missus in Siciliam, ita in Africam transmissurus, *si* ad arcendum Italia Poenum consul alter satis esset, Liv. 21, 17, 6. in deditionem ita accipi eos, si Macedoniam ceterosque belli concitores tradidissent vivos, 29, 3, 3. de frumento utriusque responsum, ita usurum eo populum R., si pretium acciperent, 36, 4, 9. u. vgl. 26, 24, 12. 29, 3, 2. 30, 37, 6. 36, 4, 9. Suet. Claud. 25. Vell. 2, 20, 2; endlich durch *Abl.* näher bestimmt: M'. Curium, qui heres institutus esset ita „mortuo postumo filio“, quum filius non modo mortuus, sed ne natus quidem esset, heredem esse oportere, Cic. Caecin. 18, 53.

b) um durch ita auf eine aus der Art u. Weise eines Zustandes oder einer Thätigkeit hervorgehende durch ut u. ne dargestellte Folge u. deren Erfolg hinzuweisen, **auf die Weise, so**, hoc a te ita contendo, ut in eo fortunas meas positas putem, Cic. Fam. 15, 14, 5. hoc tibi ita mando, ut dubitem, an etiam te rogem, ut pugnes ne intercaletur, Att. 5, 9, 2. ita sum cum illo locutus, ut mihi viderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere, Fam. 1, 2, 3. ita ergo fuit nobis agendum, ut iudices illud intelligerent factum, Quint. 9, 2, 74. nec ita claudenda res est familiaris, ut eam benignitas aperire non possit, nec ita reseranda, ut pateat omnibus, Cic. Off. 2, 15, 55. qui ita se gerunt, ita vivunt, ut eorum probetur fides, integritas cet., Am. 5, 19. u. vgl. Vell. 2, 109, 1. 2, 50, 1. 2, 14, 3. 2, 94, 3. Caes. BG. 1, 15, 5. nil ita celabas, ut non ego conscius essem, Ov. Tr. 3, 6, 9. u. vgl. Catull. 75, 2 sq. quum Graecos (ludos) ita non ames, ut ne ad villam quidem tuam via Graeca ire soleas, Cic. Fam. 7, 1, 3; ita fit, ut animus de se ipse tum iudicet, quum id ipsum, quo iudicatur, aegrotet,

Cic. Tusc. 3, 1, 1. ita fit, ut ratio praesit, appetitus obtemperet, Off. 1, 28, 101. u. so 1, 45, 160. Tusc. 2, 6, 16. Div. 1, 55, 126. Leg. 1, 15, 42. 1, 22, 58. ND. 1, 14, 37. Vell. 1, 43, 121; quum quidem biduum ita ieiunus fuissem, ut ne aquam quidem gustarem, Cic. Fam. 7, 26, 1. quod ita multa sunt incommoda in vita, ut ea sapientes commodorum compensatione leniant, Cic. ND. 1, 9, 23. sunt quidam ita lingua haesitantes aut ita voce absoni aut ita vultu motuque corporis vasti atque agrestes, ut - in oratorum numerum venire non possint, dOr. 1, 25, 115. ordiamur igitur a sensibus, quorum ita clara iudicia et certa sunt, ut, si optio naturae nostrae detur - non videam, quid quaerat amplius, Acad. 2, 7, 19. sed ita falsa sunt ea, quae consequuntur, ut illa, e quibus haec nata sunt, vera esse non possint, Fin. 4, 19, 54. memoria autem ita fuit nulla, ut aliquotiens tria cum proposuisset, aut quartum adderet, aut tertium quaereret, Brut. 60, 217. quo quidem (iudicio) ita severe sunt usi veteres grammatici, ut cet., Quint. 1, 4, 3. absolvi nescio quam bene, sed ita accurate, ut nihil posset supra, academicam omnem quaestionem libris quatuor, Cic. Att. 13, 19, 3; flumen est Arar, quod per fines Haeduorum et Sequanorum in Rhodanum influit incredibili lenitate, ita ut oculis, in utram partem fluat, iudicari non possit, Caes. BG. 1, 12, 1. u. vgl. Caes. BG. 1, 38, 5. Vell. 2, 4, 5. vix credere possis, quam sibi non sit amicus, ita ut pater ille, Terenti fabula quem miserum gnato vixisse fugato inducit, non se peius cruciaverit atque hic, Hor. Sat. 1, 2, 19. quamquam inperitia dei sufficiat ad poenam, ita ut notitia prosit ad veniam, tamen cet., Minuc. Octav. 35; — sic positum servabis onus, *ne* forte sub ala fasciculum portes librorum ut rusticus agnum, Hor. Sat. 1, 13, 12. u. vgl. AP. 151 sqq. 225 sqq. peto a te, ne exeat (liber), aut ita corrigas, ne mihi noceat, Cic. Fam. 6, 7, 6. u. vgl. 2, 19, 1.

c) um auf eine durch ut u. si eingeführte **Beschränkung** eines allgemeinen Urtheiles hinzuweisen, **so, nur so, insoweit, nur insoweit, unter der Bedingung**, ita nostri cum illo rege contenderunt imperatores, ut ab illo insignia victoriae, non victoriam reportarent: triumphavit L. Sulla, triumphavit L. Murena de Mithridate -, sed ita triumpharunt, *ut* ille pulsus superatusque regnaret, Cic. Pomp. 3, 8. u. vgl. Justin. 37, 1, 8. unum hoc abs te, L. Quinti, pervelim impetrare, - ut ita tibi multum temporis sumas, ut his aliquid ad iudicandum relinquas, Tull. 2, 6. vereor enim, cuicuimodi es, Rosci, ne ita hunc videar voluisse servare, ut tibi omnino non pepercerim, SRosc. 34, 95. u. vgl. 20, 55. cuius ego ingenium ita laudo, ut non pertimescam, ita probo, ut me ab eo delectari facilius, quam decipi putem posse, DiC. 13, 44. qui vobis ita summam ordinis consiliique concedunt, ut vobiscum de amore rei publicae certent, Cat. 4, 7, 15. qui ita de ambulatione et de suffragiis suis cum colonis dissenserunt, ut idem de communi salute sentirent, Sull. 21, 61. u. vgl. 26, 73. et tamen ita probanda est mansuetudo atque clementia, ut adhibeatur rei publicae causa severitas, Off. 1, 25, 88. vides in hac tota disputatione non illud dici: quamvis hoc turpe sit, tamen, quoniam expedit, faciam, sed: ita expedire, ut turpe non sit, 3, 13, 53. ita vivunt, dum possunt, ut ducere animam de caelo non queant: ita moriuntur, ut eorum ossa terra non tangat: ita iactantur fluctibus, ut numquam adluantur: ita postremo eiciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui conquiescant, SRosc. 26, 72. ita gratiam ineunt summa potestate populi permissa, ut non plus darent iuris quam detinerent, Liv. 1, 17, 8; genus belli quod sit vides: ita civile est, ut non ex civium dissensione, sed ex unius perditi civis audacia natum sit, Cic. Att. 7, 13, 1. sed ante omnia ita vos irae indulgere oportet, ut potiorem ira salutem atque utilitatem vestram habeatis, Liv. 23, 3, 4. cum - res militiae ita prospere gererentur, ut nullo bello veniretur ad exitum rei, Liv. 5, 12, 4. equis extemplo insecutus ita institit agmini, ut, donec lucesceret, proelio abstineret, 8, 38, 5. itaque hoc est, quod multi fecerunt, et ita multi, ut ii, quos innocentissimos meminimus aut audivimus, non fecerint, Cic. II. Verr. 3, 82, 190; ego quoque tibi imponam (onus) pro tuis in me summis officiis, ita tamen ut tibi nolim molestus esse, Fam. 13, 56, 2; — quod videmus ita esse necessarium, *ut tamen* eo minus nihil esse possit, wovon wir sehen, daß es nur insoweit nothwendig ist, als es, wenn auch die Nothwendigkeit zugestanden ist, dennoch nichts geringeres als dieß geben kann d. i. daß es zwar nothwendig, aber doch das geringste ist, dOr. 3, 10, 38. quae (dominatio) iucunda esset multitudini, bonis autem ita molesta, ut tamen sine pernicie, Att. 2, 21. nam ita diligenter constituta sunt iura decumano, ut tamen ab invito aratore plus decuma non posset auferri, II. Verr. 3, 8, 20. quod si quis probabit, ita probabit, ut oratori tamen aptum non esse fateatur, dOr. 2, 38, 159. quum scirem, ita iudicium in tabulas publicas relatum, ut illae tabulae privata tamen in custodia more maiorum continerentur, Sull. 15, 42. quod ego ita libenter accipio, ut tamen tibi non concedam, Fam. 5, 21, 1. ceterum ita fama variat, ut tamen plerique loci speculandi causa castris egressum, omnes insidiis circumventum tradant, Liv. 27, 27, 14. amicos ita magnos et potentes in civitate esse voluit, ut tamen pari iure essent quo ceteri, Suet. Aug. 56; plures e familia cognosci referre arbitror, quo facilius appareat ita degenerasse a suorum virtutibus Nero, ut tamen vitia cuiusque quasi tradita et ingenita retulerit, Ner. 1. in adulescentia ita patiens laborum erat, ut tamen nonnumquam subita defectione ingredi, stare, colligere semet ac sufferre vix posset, Cal. 50; hi quidem ita non sola virtute finem bonorum contineri putant, ut rebus tamen omnibus virtutem anteponant, Cic. Fin. 4, 18, 49; cui magnam invidiam conciliarat - imponendo capiti eius - insigne regium, quod ab eo ita repulsum erat, ut non offensus videretur, Vell. 2, 56, 4. esse etiam momenti aliquid ad consilium, quod Carthaginiensibus ita pax ne-

gari posset, ut non utique in praesentia bellum cum iis geratur, Liv. 24, 27, 7; — verumtamen hoc ita est utile, *ut ne* plane inludamur ab accusatoribus, SRosc. 20, 55. qui si occiderit, multum de communi utilitate detraxerit, modo hoc ita faciat, ut ne ipse de se bene existimans seseque diligens hanc causam habeat ad iniuriam, Off. 3, 6, 31; — auxilio vos, Campani, dignos censet senatus, sed ita vobiscum amicitiam institui par est, *ne* qua vetustior amicitia ac societas violetur, Liv. 7, 31, 2. ita tamen aequum est, inquit, me vestra meis armis tutari, ne mea interim nudentur praesidiis, 31, 25, 6; — ita admissos esse, *ne tamen* iis senatus daretur, 22, 61, 5; — fossa ita idonea, *si* omnem aquam, quae e caelo venit, recipere potest, Varr. RR. 1, 14, 2. u. so mit Indicat. Präs.: nam hoc ipsum ita iustum est, quod recte fit, si est voluntarium, Cic. Off. 1, 9, 28. ita sunt autem speciosa haec et utilia, si oriuntur ex causa, Quint. 2, 4, 32. haec enim omnia pure atque caste tribuenda deorum numini ita sunt, si animadvertuntur ab iis et si est aliquid a dis immortalibus hominum generi tributum, Cic. ND. 1, 2, 3. ita est maxima in sensibus veritas, si et sani sunt ac valentes et omnia removentur, quae obstant et impediunt, Acad. 2, 7, 19. ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini mancipata est, si usque ad ultimum spiritum dominatur in suos, Sen. 11, 38. itaque ad bella ista, seu falsa seu vera sunt, consules, parata vobis plebes est, si conubiis redditis unam hanc civitatem tandem facitis, si coalescere, si iungi miscerique vobis privatis necessitudinibus possunt, si spes, si aditus ad honores viris strenuis et fortibus datur, si in consortio, si in societate rei publicae esse, si quod aeque libertatis est in vicem annuis magistratibus parere atque imperitare licet, Liv. 4, 5, 5. vos, Ceres mater et Proserpina, precor - ut ita nobis volentes propitii adsitis, si vitandae non ferendae fraudis causa hoc consilii capimus, 24, 38, 8. u. vgl. 42, 41, 6. de quibus quid ipse sentiam, si placet, exponam, ita tamen, si vacas animo neque habes aliquid, quod huic sermoni praevertendum putes, Cic. Div. 1, 6, 10; cuius ita aliqua spes est, si eam, quem ad modum ut victor fert Hannibal, sic vos ut victi audiatis, et non id quod amittitur in damno, cum omnia victoris sint, sed quidquid relinquitur pro munere habituri estis, der Conjunct. als Wunsch, der Indic. Fut. als Forderung, Liv. 21, 13, 5. u. so mit Indic. Futur.: hanc multam ita aequo animo feretis, si reputabitis cet., 24, 16, 13. u. vgl. Cic. Fam. 15, 20, 2. Quint. 7, 3, 21. u. mit Conj. in indir. Rede: scribis enim in caelum ferri profectionem meam, sed ita, si ante kal. ian. redeam, Cic. Att. 16, 6, 2. nam a patribus acceptos deos ita placet coli, si huic legi paruerint ipsi, Leg. 2, 10, 26. iamque plebs ita in tribunatu ponere aliquid spei, si similes Icilio tribunos haberet, Liv. 3, 65, 9. u. vgl. 1, 8, 2. 24, 37, 7. pars ita in Romanos effusi erant, ut auctoritatem inmodico favore corrumperent, pauci ex is iustitio populi R. capti, plures ita, si praecipuam operam navassent, potentes sese in civitatibus suis fore rati, 42, 30, 3. ambulantem loqui ita demum oportet, si in causis publicis - quod dicimus quasi singulis inculcare peculiariter velimus, Quint. 11, 3, 130.

2) prägn. wird ita gebraucht, um auf den durch ut u. Conj. u. dgl. eingeführten **Grad eines Zustandes** hinzuweisen, **so, so sehr, in dem Grade, dermaßen**, ita sordidus, ut se non umquam servo melius vestiret, Hor. Sat. 1, 1, 96. u. vgl. Ep. 2, 1, 64. statim ita sum levatus, ut mihi deus aliquis medicinam fecisse videatur, Cic. Fam. 14, 7, 1. ita se - de populo R. meritos esse, ut paene in conspectu exercitus nostri vastari - non debuerint, Caes. BG. 1, 11, 3. ita placebat barbaris numerus suus, ita fiducia virium, ut ubicunque Caesar esset nihil in se reponerent, Vell. 2, 112, 2. non ita civitatem aegram esse, ut consuetis remediis sisti posset, Liv. 3, 20, 8. u. vgl. 26, 19, 14. ea demum vox ita animos accendit, ut renovato clamore, veluti ali repente facti, tanta vi se in hostem intulerint, ut sustineri ultra non possent, Liv. 24, 16, 1; cuius salus ac valetudo non ita sustentaretur Caesaris cura, tanquam distractissimus ille tantorum operum mole huic uni negotio vacaret animus, Vell. 2, 114, 1.

III) näher bestimmt durch **directe oder indirecte Sätze**: patriam allocuta maesta'st ita voce miseriter; „patria cet.", Catull. 63, 49. u. vgl. vs. 77 sq. Juv. 13, 91. is ita cum Caesare egit: „si cet.", Caes. BG. 1, 13, 3. in tertio de oratore ita scriptum est: „in perpetua autem oratione cet.", Quint. 11, 1, 26. haec ita digerunt: primum cet., 11, 2, 20; — indirect durch den *Acc.* u. *Inf.*: ex parente meo et aliis sanctis viris ita accepi, munditias mulieribus, viris laborem convenire omnibusque bonis oportere plus gloriae quam divitiarum esse, Sall. J. 85, 40. ex Dareo ita accepi, tria milia talentum condita esse cum Cyro, Curt. 10, 5 (1), 34. qui acerrime adversus eos dicit, ita dicit, hostes noluisse fieri, Cato frg. p. 24, 3. u. vgl. p. 35, 8. p. 67, 3. saepe ego audivi Q. Maxumum, P. Scipionem, praeterea civitatis nostrae praeclaros viros solitos ita dicere, cum maiorum imagines intuerentur, vehementissume sibi animum ad virtutem accendi, Sall. J. 4, 5. nec vero ita dici potest, mentis laetitiam solam esse in bonis, Cic. Tusc. 3, 18, 41. ita enim scripsit ad me, sibi meam commentationem maximo adiumento fuisse, Fam. 13, 24, 1. illudque mihi gratissimum est, quod ita sciunt Lucceii procuratores et ita Lucceius ipse ex litteris tuis, quas ad eum misisti, intellexit, hominis nullius apud te auctoritatem aut gratiam valere plus quam meam, 13, 42, 4. tu velim tibi ita persuadeas, nullam rem esse minimam, quae ad te pertineat, quae cet., 1, 8, 6. quod si consulatus tanta dulcedo sit, iam tunc ita in animum inducant consulatum captum et oppressum ab tribunicia potestate esse, Liv. 2, 54, 5. sed quum sibi ita persuasisset ipse, meas de se accurate scriptas litteras maximum apud te pondus habituras - malui facere, quod cet., Cic. Fam. 13, 10, 1. quare velim ita statutum

habeas, me tui memoriam cum summa benevolentia tenere, 6, 2, 2. collegi me aliquando et ita constitui, fortiter esse agendum, illi aetati, qua tum eram, solere laudi dari, etiam si cet., Cluent. 19, 51. omnesque ita accipiebant, privatos eos a Claudio iudicatos, Liv. 3, 40, 6. idque omen auguriumque ita acceptum est, non motam Termini sedem, 1, 55, 4. scio fuisse nonnullos, qui ita existumarent, iuventutem, quae domum Catilinae frequentabat, parum honeste pudicitiam habuisse, Sall. C. 14, 7. hoc ita existimavit – nihil opus fuisse iudicio de vi coactis armatisque hominibus, Cic. Tull. 4, 9. u. vgl.: qui (Antiochus) me valde movet, vel quod amavi hominem, sicut ille me, vel quod ita iudico, politissimum et acutissimum omnium nostrae memoriae philosophorum, Acad. 2, 35, 113.

itaeomelis, is, *f.*, eine aus Kräutern bereitete unbekannte Art Wein, vocarunt et scyzinum et itaeomelin et lectisphagiten, quorum iam oblitterata ratio est, Plin 14, 16 (19), 111.

ĭtăquĕ, *Adv.*, **und so, und auf die Weise, und so sehr, und dermaßen**, wird gebraucht 1) um an ein durch ita oder auch ohne dasselbe eingeführtes Prädicat ein zweites mit gleicher Geltung anzuknüpfen (also = ita que, itáque, vgl. *Corssen* über Aussprache II. p. 264 fg.), ita huic facietis fabulae silentium itaque aequi et iusti hic eritis omnes arbitri, Plaut. Amph. prol. 15. ita dolui itaque ego nunc doleo, Truc. 2, 6, 45. ita vosmet aiebatis itaque nomina inter nos permutastis, Capt. 3, 5, 18. ita victu excurato, ita munditiis dignis itaque in loco festivo sumus festive accepti, Pseud. 5, 1, 9. si cetera ita sunt ut vis itaque ut esse ego illa existumo, Ter. Hec. 4, 2, 28; — verum ita animatus fui itaque nunc sum, ut ea te patera donem, Plaut. Amph. 2, 2, 130. immo ita volo itaque postulo, ut fiat, Ter. Andr. 3, 3, 18. ita nostri acriter in hostes signo dato impetum fecerunt itaque hostes repente celeriterque procurrerunt, ut spatium pila in hostes coniciendi non daretur, Caes. BG. 1, 52, 3. homines – mihi ita cari itaque iucundi, ut eorum adspectu omnis quae me angebat de re publica cura consederit, Cic. Brut. 3, 10; — bei Betheuerungen u. dgl.: verum ita me dî ament itaque obtingant ex te quae exopto mihi, ut numquam sciens commerui cet., Ter. Hec. 4, 2, 3; nescio, ita me dî ament, mi Laches, itaque una inter nos agere aetatem liceat, 2, 1, 10. Al. at ita me dî deaeque, superi atque inferi et medioxumi, itaque me Iuno regina et Iovis supremi filia, itaque Saturnius patruus eius – Me. ecastor pater. Al. itaque me Ops opulenta illius avia – Me. immo mater quidem. Al. Iuno filia et Saturnus patruus u. s. w., Plaut. Cist. 2, 1, 36. ita me amabit sancta Saturitas, Hegio, itaque suo me semper condecoret cognomine, Plaut. Capt. 4, 2, 97; — ohne vorausgehendes ita: nunc his locis posita sunt (signa), ut mihi semper Scipionis fore videantur itaque dicantur, Cic. II. Verr. 2, 35, 87; peto igitur abs te, ut eum - in meis intimis maximeque necessariis scias esse itaque tractes, ut intelligat cet., Fam. 13, 30, 2. — 2) um den weiteren Verlauf einer vorhergehenden Thatsache hinzuzufügen, sei es mit oder ohne nähere Bestimmung der Art und Weise des Verlaufs (also: ita que, itáque): collegi me aliquando et ita constitui, fortiter esse agendum —: itaque feci, Cic. Cluent. 19, 51. eodem te, quum coenavisses, rediturum dixeras: itaque fecisti, Deiot. 7, 19. u. so vgl. Inv. 2, 24, 72. inimici vero - illud tempus exspectandum decreverunt, quo exisset, ut sic absentem aggrederentur: itaque fecerunt, Nep. Alc. 4, 2. u. vgl. Fam. 3, 3, 1. 3, 5, 3. 5, 11, 2; — quum quaestor in Sicilia fuissem, iudices, itaque ex ea provincia decessissem, ut Siculis omnibus iucundam diuturnamque memoriam quaesturae nominisque mei relinquerem, factum est cet., DiC. 1, 2. tricesimo sexto anno a primis tribunis plebis decem creati sunt, bini ex singulis classibus: itaque cautum est, ut postea crearentur, Liv. 3, 30, 7. — 3) um eine auf Grund einer vorhergehenden Thatsache beruhende Folge anzuknüpfen, **und so, und auf die Weise, und in Folge davon** (also = ita que, itáque), und daraus entstand ítaque, zur Einführung eines selbstständigen Folgesatzes (bei Cicero u. Caesar stets zu Anfang, an zweiter Stelle b. Planc. b. Cic. Fam. 10, 15, 2; häufig bei Liv., b. Quint. öft. vor- als nachgestellt, b. Curt. nur 7, 10 (39), 7. an zweiter Stelle), **sonach, also, daher**, a) im Allg.: insinuat sese ad illam amicam eri [mei]: occepit eius matri suppalparier vino, ornamentis opiparisque opsoniis: itaque intumum ibi se miles aput lenam facit, Plaut. Mil. gl. 2, 1, 27. u. vgl. 2, 1, 60. 3, 1, 183. prima contio Pompeii qualis fuisset, scripsi ad te antea, non iucunda miseris, inanis improbis, beatis non grata, bonis non gravis, itaque frigebat, Cic. Att. 1, 14, 1. numquam de me siluistis, numquam meam salutem non ab his consulibus, qui vendiderant, flagitavistis: itaque vestro studio atque auctoritate perfectum est, ut ille ipse annus - hos tribunos haberet, qui et promulgarent de salute mea et ad vos saepenumero referrent, post red. in sen. 2, 3 sq. u. vgl. Att. 1, 14, 6. Dumnorix gratia et largitione apud Sequanos plurimum poterat et Helvetiis erat amicus —: itaque rem suscipit, Caes. BG. 1, 10, 4; — tantae in te impendent ruinae: nisi suffulcis firmiter, non potes subsistere: itaque in te irruunt montes mali, Plaut. Epid. 1, 1, 77. Mercurius, Iovis qui nuntius perhibetur, numquam aeque patri suo nuntium lepidum attulit, quam ego nunc meae nuntiabo erae: itaque onustum pectus porto laetitia lubentiaque, Plaut. Stich. 2, 1, 1 sqq. u. vgl. Pers. 4, 3, 11. 35. Mil. gl. 5, 16. quod vestri quidem vel optime disputant, nihil opus esse eum, qui philosophus sit futurus, scire litteras: itaque, ut maiores nostri ab aratro adduxerunt Cincinnatum illum, ut dictator esset, sic vos de pagis omnibus colligitis bonos illos quidem viros, sed certe non pereruditos, Cic. Fin. 2, 4, 12. earum igitur qualitatum sunt aliae principes, aliae ex his ortae: principes sunt unius modi et simplices, ex his autem ortae variae sunt et quasi multiformes: itaque aër - et ignis et aqua et terra

iunctūra, ae, *f.*, die **Verbindug, Fuge, Nath, das Gelenk** u. dgl., mit *Genit.*, eig.: enatam inter iuncturas lapidum ante domum suam palmam in compluvium deorum Penatium transtulit, Suet. Aug. 92. quantum eorum tignorum iunctura distabat, Caes. BG. 4, 17, 6. teritur qua sutilis auro balteus et laterum iuncturas fibula mordet (d. i. ζωστῆρος ὀχῆας), Virg. A. 12, 273. terque quaterque gravi iuncturas verticis ictu rupit et in liquido sederunt ossa cerebro, Ov. M. 12, 288. illa quidem pugnat recto se attollere trunco, sed genuum iunctura riget, 2, 822; übtr.: illa coit firma generis iunctura catena, imposuit nodos cui Venus ipsa suos, Her. 4, 135. iuncturae sermonis, Quint. 11, 3, 53; — *abs.*, eig.: quorum ita texturae ceciderunt mutua contra, ut cava conveniunt plenis haec illius illa huiusque inter se, iunctura haec optima constat, Lucr. 6, 1084. navis bona dicitur - stabilis et firma et iuncturis aquam excludentibus spissa, Sen. Ep. 9, 5, 13 (76). qua summa labantes iuncturas tabulata dabant, Virg. A 2, 463. quadrato saxo murus ducatur iuncturis quam longissimis, uti maxime medii lapides coagmentis contineantur, Vitr. 5, 13 (12), 6. ut medicatus umor alat teneatque iuncturas, Plin. 16, 40 (79), 214. da'a et vehicula cum mulabus ac mulionibus cum iuncturis argenteis, Geschirr, Capitol. Ver. 5. u. vgl. Paul. Sent. 3, 7. digitosque ligat iunctura rubentes, Ov. M. 2, 375; — übtr. rhetor.: iunctura est in verbis, incisis, membris, periodis: omnia namque ista et virtutes et vitia in complexu habent, Quint. 9, 4, 32. membrorum incisorumque iunctura non eo modo est observanda quae verborum, 9, 4, 44. felicissimus tamen sermo est, cui et rectus ordo et apta iunctura et cum his numerus opportune cadens contigit, 9, 4, 27. iunct. deformiter sonat, 8, 3, 45. notum si callida verbum reddiderit iunctura novum, Hor. AP. 47. verba togae sequeris iunctura callidus acri, ore teres modico, pallentes radere mores doctus, Pers. 5, 14. sed numeris decor est et iunctura addita crudis claudere sic versum didicit, 1, 92. quis populi sermo est? quis enim? nisi carmina molli nunc demum numero fluere, ut per leve severos effundat iunctura ungues, 1, 63. u. vgl.: nolunt sine salebra esse iuncturam (orationis), Sen. Ep. 19, 5, 15 (114).

iunctus, a, um, s. iungo.

iunctus, u, *m.*, die **Verbindung**, Ceroliensis a carinarum iunctu dictus Carinae, postea Cerolia, Varr. LL. 5, 47.

iuncus, i, *m.*, **Binsen** (vgl. Plin. 21, 18, 69. §. 112 ff.), tenet ima lacunae lenta salix ulvaeque leves iuncique palustres, Ov. M. 8, 335. fiscella tibi fluviali, Tityre, iunco texitur, Calp. 8, 1. quamvis lapis omnia nudus limosoque palus obducat pascua iunco, Virg. Ecl. 1, 47. viridi iunco gracilis pendebat harundo, Petron. 135, 8, 10. quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget usus, viminibus mollique paras detexere iunco? Virg. Ecl. 2, 71. ipse ego nec iunco molli nec vimine lento perfeci calathos, Calp. 9, 33. iunco brassica vincta levi, Prop. 5 (4), 2, 44. succida iam tereti constringere vellera iunco, Calp. 5, 66. iam rosa distendat contorti stamina iunci, Col. 10, 306; — lucus erat iuncis et arundine densus, Ov. F. 6, 411. vos adeo, ubi ego innuero vobis, ni ei caput exoculassitis quasi iuncis murteta item ego vos virgis circumvinciam, Plaut Rud. 3, 4, 26. agrestes illic fruticosa legebant vimina cum iuncis gratamque paludibus ulvam, Ov. M. 6, 344. non illic canna palustris nec steriles ulvae nec acuta cuspide iunci, 4, 298. tum fiscella levi detexta est vimine iunci, Tibull. 2, 3, 15; — überh. ein **binsenartiger Zweig**, apios ischas sive raphanos agria iuncos duos tres spargit in terra rubentes, Plin. 26, 8 (46), 72.

iungo, iunxi, iunctum, iungĕre (W. ζυγ ἐ-ζύγ-η-ν ζεύγ-νυ-μι, spanne an, verbinde, Lat. iu-n-g-o u. s. w., *Curtius* Grundzüge I. p. 151. und vgl.: „das n von iung-o gehört gewiß wie das νυ von ζεύγ-νυ-μι eigentlich dem Präsensstamme an, und doch heißt es iunxi, iunctus." II. p. 183), **in Verbindung bringen, verbinden, verknüpfen, verschlingen, vereinigen, ineinander -, zusammenfügen, zusammenstellen, -halten, gemeinsam machen**, ferner: **anbinden, anknüpfen, anschließen, hinzufügen, hinzugesellen**, der Zeit nach **anknüpfen, anreihen, folgen lassen, fortsetzen**, also zwei Dinge untereinander oder nebeneinander oder aneinander oder hintereinander (Zeit) in Verbindung bringen, aber auch von einem einzelnen Gegenstand, der entweder (wie eine Fläche von einem Fluß) von einem anderen getrennt ist oder (wie ein Fluß die beiden Ufer) trennt, im Pass. auch): **sich verbinden, sich vereinigen** u. s. w., im Perf. **verbunden sein, in Verbindung stehen** u. s. w., u. im Ptcp. iunctus, **verbunden, vereinigt, geeint, gemeinsam, gleichzeitig** u. dgl., construirt mit inter, cum, meist mit Dat., seltener mit ad u. Acc., u. absol. mit u. ohne Ablat. instr., in einigen Beziehungen auch iunctus als PAdj. mit Compar. u. Superl.

I) von Lebl. a) im Allg.: quae (simulacra) facile *inter* se iunguntur in auris, Lucr. 4, 724. maxime autem corpora inter se iuncta permanent, quum quasi quodam vinculo circumdato colligantur, Cic. ND. 2, 45, 115. diducta ossa numquam rursus inter se iunguntur, Cels. 8, 11.

digitis inter se pectine iunctis, Ov. M. 9, 298. u. vgl. vs. 314. disparibus calamis conpagine cerae inter se iunctis, 1, 711. barbari vehiculis inter se iunctis dimicaturi occurrerunt, Curt. 9, 3 (1), 15. binas quadriremes Macedones inter se ita iunxerant, ut prorae cohaererent, 4, 14 (3), 14; — *cum* quibusdam membranulis a sinistro rene venientibus iungitur (vesica), Cels. 4, 1. nec tenerum duro cum pede iunge pedem, Ov. Am. 1, 4, 44. signaque dat digitis medio cum pollice iunctis, F. 5, 433. diffugere inde loci partes coepēre paresque cum paribus iungi res et discludere mundum, Lucr. 5, 437. purpureusque colos conchyli iungitur uno corpore cum lanae, 6, 1074; — mit *Dativ.*: assiduae successu caedis ovantem qua iuncta est humero cervix, sude figis obusta, Ov. M. 12, 298. atque inter nubes sublimia membra ferentem pendentemque ferit, lateri qua iungitur ala, 12, 565. usque ad iugulum iunctumque ei latum scapularum os, Cels. 5, 26, 10. a tergo spinae ipsi iunctus (pulmo), 4, 1. u. öft.; zonarumque trium contentus fine polumque effugit australem iunctamque aquilonibus arcton, Ov. M. 2, 131. quaecunque (sidera) lunae iuncta videantur, Cic. Div. 2, 43, 91. et mari continuatus et iunctus est (aër) et natura fertur ad caelum, ND. 2, 45, 117. quo (opere) Macedones continenti insulam iungere parabant, Curt. 4, 8 (2), 8. Zancle quoque iuncta fuisse dicitur Italiae, Ov. M. 15, 290. Isthmon, arcto qui recurvatus solo Ionia iungi maria Phrixeïs vetat, Sen. Agam. 562. iunctus Sapis Isauro, Lucan. 2, 406. et iunget nostro templorum culmina coelo, Sil. 3, 624. Neptunus muros cum iungeret astris, VFlacc. 2, 491; — tecta solo iungens atque omnia dextera laevis, Lucr. 4, 430. iungentur ante saeva sideribus freta et ignis undae cet., Sen. Oct. 221. aëra iungentes igni terramque liquori cet., Lucr. 1, 712. ignibus iunges aquas, Sen. Hipp. 569; — iungiteque extremo felicia lintea malo, Prop. 4 (3), 21, 13; si Libyam remotis Gadibus iungas, Hor. Od. 2, 2, 10; — iam semicinctio stanti *ad* parietem spondae me iunxeram cervicesque nodo condebam, Petron. 94, 8. ad quod cum matronae atque ipse Aurelianus iungerent purpuras suas, cineris specie decolorari videbantur ceterae divini conparatione fulgoris, Vopisc. Aurel. 29; — mit *Abl. instr.*: glutine materies taurino iungitur uno, Lucr. 6, 1069. nam calamus cera iungitur usque minor, Tibull. 2, 5, 32. tu calamos aptare labris et iungere cera hortatus duras docuisti fallere curas, Calp. 8, 58. aut umquam tibi fistula cera iuncta fuit? Virg. Ecl. 3, 25. sub galea pastor iunctis pice cantat avenis, Ov. Tr. 5, 10, 25. iam puerum calamos et odore vincula cerae iungere non cohibes, Calp. 4, 19. at mihi Flora comas parienti gramine iungit, 2, 32. cum suos ignes coeunte cornu iunxit - rubicunda Phoebe, Sen. Hipp. 745. demersaque in undam iunxerunt cumulo crescente cadavera ripas, Sil. 15, 768. cum Danubius ripas gelu iungit, Plin. Pan. 12; — mit Objecten im Sing.: ingentem specum coeunte terra iunxit, Sen. Troad. 202. eum (locum) muniunt undique parietes atque insuper camera lapideis fornicibus iuncta, Sall. C. 55, 4. Apameam Seleucus - ponte iunxerat, Plin. 5, 24 (21), 86. pontibus e magno iuncta est celeberrima Circo area, Ov. F. 6, 477. Romani ponte Ticinum iungunt, Liv. 21, 45, 1. Pyramo amne ponte iuncto, Curt. 3, 17 (7), 5. iunctoque eo (Euphrate) pontibus, 3, 27 (7), 1. u. so 4, 37 (9), 12. ratibus, quibus iunxerat flumen, Liv. 21, 47, 2. iunxit Rhenum navibus, 29, 4, 2; — *absol.*: non bene iunctarum discordia semina rerum, Ov. M. 1, 9. narcissum et florem iungit bene olentis anethi, Virg. Ecl. 2, 48. manibus mox caesa paternis membra ferunt iunxisse deos, Ov. M. 6, 407. luna quater iunctis inplerat cornibus orbem, 2, 344. arcum cornibus iunctis para, Sen. Herc. Oet. 551. u. vgl. Sil. 2, 126. anguis, avis, crater sidera iuncta micant, Ov. F. 2, 266. u. vgl. 459. Ochus et Orchomanes iuncti convenis aquis augent immania Oxi fluenta, Amm. 23, 6, 57. si iungi iubes (maria), committat undas Isthmos, Sen. Herc. Oet. 82. his (tignis) item contraria duo ad eundem modum iuncta statuebat, Caes. BG. 4, 17, 5. iunctis carris, BC. 1, 54, 3. duobus navigiis iunctis, Curt. 9, 23 (1), 6. navibus iunctis pontem imperant fieri, Caes. BC. 1, 61, 4. u. vgl. Liv. 24, 34, 6; immixti licet Ganges et Ister vallibus iunctis eant, Sen. Herc. Oet. 515. sed non sponte feror nec nunc mihi iungere montes mens tamen aut summo deposcere fulmen Olympo, VFlacc. 1, 198; ego vulnera doctum iungere - Aechiona petam? Stat. Theb. 10, 732. claude fenestras, vela tegant rimas, iunge ostia cet., Juv. 9, 104. parcius iunctas quatiunt fenestras - iuvenes, Hor. Od. 1, 25, 1; — longos iungere fines agrorum, Lucan. 1, 167. u. fundos Apuliae iungere, Petron. 77, 3. u. so absol.: praedia agris meis vicina atque etiam inserta venalia sunt: in his me multa sollicitant, aliqua nec minora deterrent: sollicitat primum ipsa pulchritudo iungendi, deinde cet., Plin. Ep. 3, 19, 1. u. vgl. Liv. 21, 5, 3; dagegen: credo eos, qui gentis mores condiderunt, parco et parabili victu ostendere voluisse iungentibus opes, quantulo contenti esse deberent, die in Gütergemeinschaft leben, Curt. 8, 16 (4), 28; — ferner: tanta alacritate, militum rates iunctae sunt, ut in triduum ad XII milia effectae sint, gebaut, Curt. 7, 33 (8), 8. u. vgl. 8, 34 (10), 3. u. so: simul pontes per amnem Euphraten iungi, Tac. A. 13, 7. pontesque et propugnacula iungunt, Virg. A. 9, 170. iunctos vetat esse pontes (Ister), Sen. Med. 586. parastatae iunctae, Cato frg. p. 86, 21. iam pinus gracili dissolvere lamna Thespiaden iungique latus lentosque sequaces molliri videt igne trabes, VFlacc. 1, 124. u. vgl. Claud. BGet. 17; — mit Objecten im Sing.: Viridasius armat mille viros, nulli victus vel ponere castra, vel iunxisse ratem, Sil. 5, 551. iunctoque ponte tramittit duodecim milia e legionibus, Tac. A. 1, 49. u. so Capitol. Maxim. duob. 10. pons lapideus flumini impositus iungit urbem, Curt. 5, 4 (1), 29. haec quoque, quae iuncta vitis requiescit in ulmo, si non nupta foret, terrae acclinata iaceret, Ov. M. 14, 665. corpora iunctus

una quum raperet flamma rogus, inpius ignis dissiluit, Sil. 16, 746.

b) insbes. a) *abs.* mit *Accus.*, einen Wagen bespannen, Vedius venit mihi ob viam cum duobus essedis et rheda equis iuncta et lectica et familia magna, Cic. Att. 6, 1, 25. fuit alius currus quattuor cervis iunctus, Vopisc. Aurelian. 33. famuli currum iunxēre, Claud. Prob. et Ol. cons. 77. magnum qui piscibus aequor et iuncto bipedum curru metitur equorum, Virg. G. 4, 389. Marsque citos iunctis curribus urget equos, Ov. F. 2, 858. erat desiderantibus paratum iunctum vehiculum, Vell. 2, 114, 2. neu (qua mulier) iuncto vehiculo in urbe oppidove - veheretur, Liv. 34, 1, 3. iuncta vehicula, pleraque onusta, mille admodum capiuntur, sescenti fere homines, 42, 65, 3. — β) im *Pass.* geogr. mit *Dat.*, an etw. grenzen, im Ptcp. iunctus, nahe liegend, Armeniae montibus iungitur (Caucasus), Curt. 7, 14 (3), 20. iano loca iuncta tenebant naïdes Ausoniae gelido rorantia fonte, Ov. M. 14, 785. pars petere Italiam decreverat iunctam sibi Nauporti ac Tergestis confinio, Vell. 2, 110, 4. qua nova Romano nunc via iuncta foro est, Ov. F. 6, 396. Flaminiae Clodia iuncta viae, Pont. 1, 8, 44. quae (Capitolia) nostro frustra iuncta fuēre lari, Tr. 1, 3, 30. hic ubi iuncta foris templa duobus habes, Fast. 1, 258. iunctaque Tarpeio sunt mea templa Iovi, 6, 34. u. vgl. M. 1, 749. iunctum erat flumini nemus, Curt. 9, 2 (1), 13. fluminis illa latus, cui sunt vada iuncta Tarenti, aspicit, Ov. F. 1, 501. iuncta palus huic (templo) est, M. 11, 363. cui (urbi) iuncti erant Heneti, Curt. 3, 3 (1), 22. natio littori iuncta, Amm. 22, 8, 29; — im *PAdj. comp.*: iunctior Haemonia est Ponto, quam Roma sinistro et brevius, quam nos, ille peregit iter, Ov. Pont. 1, 4, 31.

2) in Bezug auf Leb. a) im Allg.: tu (philosophia) - eos (homines) *inter* se primo domiciliis, deinde coniugiis, tum litterarum et vocum communione iunxisti, Cic. Tusc. 5, 2, 5; — is princeps iunctae *cum* Illyriis legationis datus est, Liv. 44, 23, 10; — mit *Dat.*: latus Oceano quamvis deus advena iunxit, Ov. F. 5, 21. senior lateri qui forte sinistro iunctus erat, Calp. 7, 40. Agathocles regis lateri iunctus, Justin. 30, 2, 5; iunctaeque Nymphis Gratiae decentes alterno quatiunt pede, Hor. Od. 1, 4, 6. Gratia nuda iuncta sororibus, 3, 19, 16. carae Proserpina iuncta Dianae, VFlacc. 5, 345; mortua quin etiam iungebat corpora vivis, Virg. A. 8, 485. iuvenesque senibus iungit et gnatis patres funesta pestis, Sen. Oed. 54; Romanis iunxerat ille Cures, Ov. F. 2, 480. Commodum deinde sibi collegam in tribuniciam potestatem iunxit, Capitol. Anton. 27; — iuncta suo pretium dabitur tibi femina tauro, Ov. M. 2, 701; accipitri iuncta columba fuit, F. 2, 90. Apulis iungentur capreae lupis, Hor. Od. 1, 33, 8; — quo in certamine perditi civis erat non se *ad* eos iungere, quibus incolumibus et domi dignitas et foris auctoritas retineretur, Cic. SRosc. 47, 136. reges singulos e subiectis iungere ad currum solitus, Plin. 33, 3 (15), 52; — *abs.*: Nyctilus haedos iuncta matre dedit, Calp. 6, 4.

b) insbes. α) von Thieren, anspannen, mit *Dat.*: curru iungit Halaesus equos, Virg. A. 7, 724. frenatos curribus angues iungit (Ceres), Ov. F. 4, 497. angues ingentes iuncti iugo, Pacuv. 397; — mulis - *ad* vehiculum iunctis, Suet. Caes. 31; — *absol.*. ipse boves mea si tecum modo Delia possim iungere, Tibull. 1, 2, 71. nec iungere tauros - norant, Virg. A. 8, 316. iungam igniferos sine carmine tauros, VFlacc. 8, 342. u. so vs. 437. ipsis e torquibus aptos iunge pares, Virg. G. 3, 168; disiectosque redegit equos iunxitque trementes (Sol), Lucr. 5, 403. ipsum etiam Solem defectum lumine vidit iungere pallentes nubilus annus equos, Tibull. 2, 5, 75. iungere equos Titan velocibus imperat Horis, Ov. M. 2, 118. nec tam aversus equos Tyria Sol iungit ab urbe, Virg. A. 1, 568. iam Tartessiaco quos solverat aequore Titan in noctem diffusus equos iungebat Eois litoribus, Sil. 6, 1. iam Nox iungit equos, Tibull. 2, 1, 87. primus Erichthonius currus et quattuor ausus iungere equos, Virg. G. 3, 113. laeta sonantibus arvis iungebam Phrygios - leones, Claud. Rapt. Pros. 3, 423. atque idem iungat volpes et mulgeat hircos, Virg. Ecl. 3, 91. u. vgl. VFlacc. 6, 436; — sparguntur iunctae flore recente boves, Ov. F. 4, 346. nec quicquam iunctis debentia bubus, 14, 3. vectus iumentis iunctis, Nep. Timol. 4, 2. cum prima in proelia iunctos conscendebat equos, Virg. A. 12, 735. u. so Ov. AA. 3, 634. et iuncti currum dominae subiēre leones, Virg. A. 3, 113. quae Cnidon fulgentesque tenet Cyclades et Paphon iunctis visit oloribus dicetur, Hor. Od. 3, 28, 13. illa quidem monuit iunctisque per aëra cygnis carpit iter, O. M. 10, 708. perque leves auras iunctis invecta columbis litus adit Laurens, 14, 597. huc rexisse vias iunctis super aequora phocis, VFlacc. 2, 320. — β) von Menschen, militär.: digredimur paulum rursusque ad bella coïmus inque gradu stetimus certi non cedere: eratque *cum* pede pes iunctus totoque ego pectore pronus et digitos digitis et frontem fronte premebam, Ov. M. 9, 42. cum Antonius - denuntiaret se cum Bruto Cassioque - iuncturum vires suas, Vell. 2, 65, 1. cum acerrime suasisset Lepido, ne se cum Antonio hoste iudicato iungeret, 2, 63, 2. u. vgl. 2, 110, 2; — mit *Dat.*, zunächst in folg. Beziehungen: veniebant decem milia equitum, par numerus peditum, et ipsorum iungentium cursum equis et in vicem prolapsorum equitum vacuos capientium ad pugnam equos, Liv. 44, 26, 3. dum corpora corporibus adplicant armaque armis iungunt, 23, 27, 7; sed tibi ego ingentes populos opulentaque regnis iungere castra paro, Virg. A. 8, 475. sua et celeritate et fortuna C. Caesar usus nihil in mora habuit, quo minus - paene castris Pompei sua iungeret, Vell. 2, 51, 2; profugo quin agmina iungere Phrixo abnuit, VFlacc. 1, 520. sponte adfore reges dis genitos, quis arma volens, quis agmina iungat, 3, 505. exercitum Pompei - sibi iunxerat, Vell. 2, 80, 2. cui iunxit Philotae turmas, Curt. 4, 50 (13), 26. iunctis sibi Samnitibus, Eutr. 2, 12. hinc Anaphen sibi iungit et Astypaleïa regna, Ov. M.

7, 461. classis - exercitui Caesarique se iunxit, Vell. 2, 106, 3. ut is quam maximo exercitu primo quoque tempore in Italiam transgressus iungeret se Hannibali, Liv. 27, 5, 11. huic Antiocho Hannibal se iunxerat, Eutr. 4, 3. ut Constantino genero iungeretur, 10, 3. magnam Thracum manum iunctus praedictis ducibus Rhoemetalces - in adiutorium eius belli secum trahebat, Vell. 2, 112, 4. se Gallorum copiae contra Romanos Tuscis iunxerunt, 2, 10. nemine dubitante, quin victores Germani iuncturi se Pannoniis fuerint, Suet. Tib. 17. u. vgl.: diu dissimulatum bellum Atheniensibus infert, quorum causae Thebani si iunxēre, Justin. 9, 3, 5; vgl. noch dichter.: iunctus vestigia Poenis, Sil. 6, 450; — mit *Abl. instr.*: faciunt hi plura, sed illos defendit numerus iunctaeque umbone phalanges, Juv. 2, 45. iunxerat in seriem nexis umbonibus arma, Lucan. 7, 492. ea omnia vallo atque fossa ita iungere parat, ne exitus inclusis ab urbe neve aditus foris ad auxilia intromittenda esset, Liv. 38, 4, 6; — *absol.*: Eumachus et Critias - iunxēre gradus, Sil. 4, 370. una ambae iunctisque feruntur frontibus (Centaur u. Wallfisch), Virg. A. 5, 157. dat genibus iunctis latus, VFlacc. 4, 305. prima duces iunctis vidit consistere castris tellus, Lucan. 5, 461. et quis resistet, gemina si bella ingruant, Creo atque Acastus arma si iungant sua? Sen. Med. 526. infert se socium Aeneas atque agmina iungit, Virg. A. 4, 142. agmina conscia iungunt, 2, 267. u. vgl. 11, 145. duo reges iunctis prope agminibus proelium accenderant, Curt. 4, 58 (5), 23. suae quisque nationis iunxerat copias, 4, 45 (12), 7. u. so 8, 37 (10), 21. iunctis exercitibus, quique sub Caesare fuerant quique ad eum venerant, Vell. 2, 113, 1. alius iungere aciem, alius dividere, stare quidam-iubebant, Curt. 8, 49 (14), 21. iungit opes Emoda suas, VFlacc. 6, 143. iungit opes foedusque ferit, Virg. A. 10, 154. iunxerant hastas et ab utroque latere temere incurrentium ilia suffodiebant, Curt. 4, 57 (15), 15. quos alias bellare inter se solitos tunc periculi societas iunxerat, 9, 15 (4), 15. si se rursus tres exercitus ac tres duces iunxissent, Liv. 25, 37, 18; haud dissimiliter vos, Achaei, clausos undique mari, quae intra Peloponnesi sunt terminos, ea et iungere vobis et iuncta tueri facile (esse video), Liv. 36, 32, 7. — γ) v. Menschen u. Thieren, im obscönen Sinne: Pleïone *cum* caelifero Atlante iungitur, ut fama est, Pleïadasque parit, Ov. F. 5, 83. quae (mulier) conplexa viri corpus cum corpore iungit, Lucr. 4, 1193. quaeque sui venerem iunxit cum fratre mariti, Ov. Ib. 349. u. vgl. Tibull. 1, 9, 75. ales habet, quod amet: cum quo sua gaudia iungat, invenit in media femina piscis aqua, Ov. AA. 2, 481; — mit *Dativ.*: illa ego sum, Anchisae Venerem Simoentis ad undas quae iunxi, Sil. 15, 59. o mea, lentos pone, precor, fastus et amanti iungere, nympha, Ov. M. 14, 761. gentes tamen esse feruntur, in quibus et nato genetrix et nata parenti iungitur, 10, 331. tibi quae (matrona) iuncta recumbit, Juv. 6, 448. invidet ipsa sibi - vestra soror, summo iungere membra deo, Ov. F. 2, 591. ignoto meretrix corpus iunctura Quiriti, Am. 3, 14, 9. visa est quoque iungere fratri corpus, M. 9, 470; — mit *Abl.* od. *abs.*: quantum erat, ut sineres toto nos corpore iungi, 4, 74. dicitur quidam, quum in somnis complexu Venerio iungeretur, calculos eiecisse, Cic. Div. 2, 69, 143. novaque monstra iunxerit libidine mirus amor, Hor. Epod. 16, 30; nec potuēre - iungi per Veneris res, Lucr. 5, 847; raptantur amantes concubitu Satyri fugientes iungere nymphas, Calp. 10, 56; et Venus in silvis iungebat corpora amantum, Lucr. 5, 962. devotaque corpora iunxit, Ov. M. 10, 464. mixta duorum corpora iunguntur, 4, 574. dulces iungit amores, cum puero ut bello bella puella cubet, Catull. 78, 3. u. vgl. Tibull. 1, 1, 69; quae modo pugnarunt iungunt sua rostra columbae, AA. 2, 465.

II) übtr. auf Lebl. u. Leb., 1) im Allg.: an haec *inter* se iungi copularique possint, Cic. dOr. 1, 51, 222; — mense meo coleris, iunxi mea tempora tecum, Ov. F. 3, 679. laudabat virgo iunctam cum viribus artem, M. 8, 29. u. so 10, 181. thesaurus vero et hereditas et honos et victoria et multa generis eiusdem qua *cum* somniis naturali cognatione iunguntur? Cic. Div. 2, 69, 142. quae (religio) est iuncta cum cognitione naturae, 2, 72, 149. dicere etiam coepit adolescentes docere et prudentiam cum eloquentia iungere, Tusc. 1, 4, 7. qui - decus omne virtutis cum summa eloquentiae laude iunxisses, Brut. 97, 331. quae (natura) non solitaria sit neque simplex, sed cum alio iuncta atque connexa, ND. 2, 11, 29. mea cum multis iuncta querela foret, Ov. Her. 1, 70. si cum ignavis - et pluris qualemcunque vitam honesta morte aestimantibus fortuna (me) iunxisset, tacerem, Curt. 5, 24 (8), 6; — mit *Dativ.*: ut coëat par iungaturque pari, Hor. Ep. 1, 5, 25. sensus iungitur omnis visceribus nervis venis cet., Lucr. 2, 904. commoda praeterea iungentur multa caducis, Juv. 9, 89. ut referam breviter mala iuncta pudori, exigis, Ov. F. 6, 357. hunc oratorem, quem ego dico sapientiam iunctam habere eloquentiae, Cic. dOr. 3, 35, 142. indignatio, iuncta conquestioni, per quam miserum facinus esse et indignum demonstrabitur, Inv. 2, 11, 36. si utraque gloriosa res esset, et servasse fratri regnum et eripuisse, servati tamen regni, quae iuncta pietati sit, potiorem laudem fuisse, Liv. 45, 19, 14; — humano capiti cervicem pictor equinam iungere si velit, Hor. AP. 2. totusque in laetitiam effusus cum diei noctem pervigilem iunxisset, cet., Justin. 12, 13, 7. noctem operi iungunt, Sil. 3, 638. is decies senos tercentum et quinque diebus iunxit, Ov. F. 3, 163. mortale caelo non potest iungi genus, Sen. Herc. fur. 450. summam aggressus in Ulixe facundiam magnitudinem illi iunxit (Homerus), Quint. 12, 10, 64; — Egnatium florentem favore publico sperantemque ut praeturam aedilitati, ita consulatum praeturae se iuncturum, profiteri vetuit, Vell. 2, 92, 4. bona iam peractis iungite fata, Hor. CS. 27. nulla unquam natio tam mature consilio belli bellum iunxit, Vell. 2, 110, 5. decretis facta

iungit, 2, 118, 3. sceleri suo more hominum perditorum iunxit periurium, a quo incipere decuit hominem improbum, Capitol. Macrin. 5. iunxit parricidio matris amitae necem, Suet. Ner. 34. dubitavi, an utrumque traicerem gladio somnumque morti iungerem, Petron. 79, 10; — mit *Ablat.*: nec insignis improbitas et scelere iuncta nec rursus miseria insignis agitata ridetur, Cic. dOr. 2, 58, 237. est etiam L. Crassi in consulatu pro Q. Caepione defensione iuncta non brevis ut laudatio, ut oratio autem brevis, Brut. 44, 162; — *absol.*: iunge, puer, cyathos, Stat. Silv. 1, 5, 10. ignibus aeternis aeterni numina praesunt Caesaris: imperii pignora iuncta vides, Ov. F. 3, 421. est aliquid casus pariter timuisse marinos iunctaque ad aequoreos vota tulisse deos, Pont. 2, 10, 39. fama est iunctas fortius ire preces, Petron. fragm. 42, 8. ut rerum statum dubium ac minacem iuncta consilia explicent, Sen. Agam. 308. duo crimina iunguntur, Quint. 4, 4, 5. stant simul ante aras iunctaque fata gemunt, Ov. F. 3, 862. u. vgl. VFlacc. 5, 59. Sil. 13, 298. Sen. Hipp. 1183. et tulit ad manes iunctae solatia mortis, Ov. M. 5, 73. u. vgl. Sil. 9, 409. 17, 471; — et subito duo sunt iunctoque volumine serpunt, Ov. M. 4, 600. comites gressum iunxēre sorores, Claud. Rapt. Pros. 2, 10., aber: ipse agit Aesonidae iunctos ad litora gressus Cyzicus, VFlacc. 3, 8. dat dextram vocemque Venus blandisque paventem adloquiis iunctoque trahit per moenia passu, 7, 373. si iungere cordi est conloquium, Sil. 13, 734., aber: i comes et voces ebria iunge tuas, Prop. 5 (4), 5, 46. nunc ira amorque causam iunxēre, Sen. Med. 862. ad hoc verebar, ne me corporis vires iterato labore desererent, quem difficilius est repetere quam iungere, Plin. Ep. 4, 9, 10; — endlich: iunxit fera tempora leti Sidonius non consimili discrimine miles, Sil. 10, 35. rerum discrimina miscet deformis coelo facies iunctaeque tenebrae, Lucan 4, 104. hospitis adventu festum genialiter egit per bis quinque dies et iunctos ordine noctes, Ov. M. 11, 95. otia nunc istic iunctisque ex ordine ludis cedunt verbosi garrula bella fori, Tr. 3, 12, 17. vix ea fatus erat, iungit cum talia ductor Aesonius, VFlacc. 1, 240. u. vgl.: da iungere dona, 5, 515. — *PAdj. comp.*: post autem causa fuit propior et cum exitu iunctior, Cic. Fat. 16, 36.

2) insbes. a) in ethischer Beziehung v. Menschen, α) durch Liebe u. Ehe verbinden: fas iungere tecum pectora et exangues miscere amplexibus artus, VFlacc. 3, 309. illa suo totiens cum pectore iuncta indevitato traiecit pectora telo, Ov. M. 2, 604. illa (Venus) - docuit iungi cum pare quemque sua, F. 4, 97. se rectius viduam et illum caelibem futurum fuisse contendere quam cum impare iungi, ut elanguescendum aliena ignavia esset, Liv. 1, 46, 7; — mit *Dativ.*: hac auspice taedae Oedipoden matri, natae iunxēre Thyesten, Claud. in Rufin. 1, 83. iunge deam patruo, Ov. M. 5, 379. flebat - caeruleo iunctam nescius esse deo, F. 3, 873. quae nunc deo iuncta Quirino est, M. 14, 851. est mihi nata, viro gentis quam iungere nostrae non patrio ex adyto sortes, non plurima caelo monstra sinunt, Virg. A. 7, 268. filio suo Bruttii Praesentis filiam iunxit, Capitol. Anton. phil. 27. Getae - maiori Plautiani filiam uxorem iunxit, Spart. Sever. 14. quam (uxorem) Hannibaliano regi - antehac Constantinus iunxerat pater, Amm. 14, 1, 2. pater hanc mihi iunxit Erechtheus, hanc mihi iunxit amor, Ov. M. 7, 697. Domitiam Decidianam - sibi iunxit, Tac. Agr. 6. cui se pulchra viro dignetur iungere Dido, Virg. A. 4, 192. multas tamen ardor habebat iungere se vati, Ov. M. 10, 81. quae se alieno servo iunxisset, Suet. Vesp. 11. ille meos, primus qui me sibi iunxit, amores abstulit, Virg. A. 4, 28. felix prole parens olimque beatior ille, qui tulerit longis et te sibi iunxerit annis, VFlacc. 5, 383. esse in Syria quandam, quae id geniturae haberet, ut regi iungeretur, Spart. Sever. 3. si iungitur ulla Ursidio, Juv. 6, 41. iuncta Menelao redit, Sen. Agam. 273. rex ego divitis Hebri iunctaque vestra meo quondam Cleopatra cubili, VFlacc. 4, 463; vgl. hier: iungere dignata est (Ceres) os puerilo suo, Ov. F. 4, 540. iungere hosti oscula, Sen. Oct. 108; — mit *Abl.* (oft neben cum u. Abl. od. Dat. d. Person): cervicem meam iunxit amplexu, Petron. 86, 7. ei mihi cur animis iuncti secernimur undis -? Ov. Her. 18, 125. beata, quae te mox faciet virum primisque se iunget amoribus, Claud. Fesc. 1, 40. te face sollemni iunget sibi, Ov. M. 7, 49. iuncta regali face thalamisque, Sen. Herc. fur. 346. facibus suis me iungat Eurystheus licet, Herc. Oet. 404. Caesari iuncta es tuo taeda iugali, Oct. 697. tu mihi iuncta toro, Ov. F. 3, 511. qua tempestate Helenam Paris innuptis iunxit nuptiis, Poët. b. Cic. dOr. 3, 58, 219. conubio iungam stabili propriamque dicabo, Virg. A. 1, 73. 4, 126. primus marem feminae matrimonio iunxit, Justin. 2, 6, 7. Persas et Macedones conubio iungi, Curt. 8, 16 (4), 25. sororis eius filiam secum matrimonio iunxerat, 5, 11 (3), 12. u. so 8, 1 (1), 9. matrimonii iure velle iungi, 8, 16 (4), 26. nec satis hospitium est, thalami quoque foedere iungit, Ov. M. 7, 403. si tibi legitimis pactam iunctamque tabellis non es amaturus, ducendi nulla videtur causa, Juv. 6, 200. non legitimo foedere iunctus amor, Ov. Tr. 2, 536. Venus - regali iungit conubia nexu, Claud. Laud. Stil. 2, 354. nec mora quin adulterio matrimonium iungeretur, Tac. A. 13, 45; — *absol.*: dira cui genitrix facem accendit et te iunxit invitam metu, Sen. Oct. 152. si te bene iungere - voles, Ov. M. 14, 675. o ego, si liceat mutato nomine iungi, quam bene, Caune, tuo poteram nurus esse parenti! 9, 487. Venus ipsa volens dat tempora iungi, VFlacc. 2, 324. ut quos certus amor, quos hora novissima iunxit, conponi tumulo non invideatis eodem, Ov. M. 4, 156. vos quoque iunxit amor, 10, 29. optato quos iunxit lumine taeda, Catull. 66, 79. inque sepulchro si non urna, tamen iunget nos littera, Ov. M. 11, 705. u. vgl. 1, 352; — amplexus fraternaque pectora iungens, VFlacc. 1, 163. nec iunxēre prius (conubia parentes) quam se tuus extulit ardor, Catull. 62, 29. ipsaque taedas iunxerat et

plena dederat conubia dextra, Stat. Silv. 3, 4, 53. iam mihi lumina caeli conciliat iungitque toros, VFlacc. 4, 28. u. vgl. Claud. Nupt. Hon. et M. 121. iuncti rumpere vincla tori, Ov. F. 4, 602; u. vgl. hier: adfigunt avide corpus iunguntque salivas oris, Lucr. 4, 1108. ausus es amplecti colloque infusus amantis oscula per longas iungere pressa moras, Ov. Her. 2, 93. u. so: oscula, M. 2, 357. VFlacc. 4, 702. Petron. 67, 11.

β) durch Verwandtschaft verbinden: reges socios etiam *inter* semet ipsos necessitudinibus mutuis iunxit, Suet. Aug. 48; — pacem cum Antiocho facit adfinitatemque *cum* Pyrrho rege data ei in matrimonium filia sua iungit, Justin. 24, 1, 8; — mit *Dativ.*: quam commune mihi genus et patruelis origo, deinde torus iunxit, nunc ipsa pericula iungunt, Ov. M. 1, 352. teque parit, gemino iuncte Quirine Remo, F. 4, 56. et moveo Priamum Priamoque Antenora iunctum, M. 13, 201. ut pro imperiali germine, cui se quoque iunctum addebat, pugnarent audentius, Amm. 26, 9, 3; — mit *Ablat.* (oft neben dem Dat. d. Person): Cycnus, qui tibi materno quamvis a sanguine iunctus, mente tamen, Phaëthon, propior fuit, Ov. M. 2, 367. sanguine iunctus erat, F. 2, 788. et generos vocat et iunctas sibi sanguine terras, VFlacc. 1, 524. cives Romanos adfinitatibus plerosque et propinquis iamiam cognationibus ex conubio vetusto iunctos, Liv. 26, 33, 3. regem Epiri uxori suae Olympiadi artissima cognatione iunctum pellere regno statuit, Justin. 8, 6, 4. propinqua sibi cognatione iunctos, Suet. Ner. 3. ut et necessitudine aliqua iungerentur, Aug. 62. non secus ac necessitudine iunctos sibi, 17; — *absol.*: Latinum pacem cum Aenea, deinde adfinitatem iunxisse tradunt, Liv. 1, 1, 6. de reconciliandis invicem inimicis et iungendis adfinitatibus et asciscendis principibus-consultant, Tac. G. 22.

γ) durch Freundschaften und Bündnisse im Privat- u. öffentlichen Leben vereinigen: ut omnis caritas aut *inter* duos aut inter paucos iungeretur, Cic. Am. 5, 20; — *cum* hominibus nostris consuetudines, amicitias, res rationesque iungebat, Cic. Deiot. 9, 27. Rosianum Geminum - artissimo vinculo mecum tua in me beneficia iunxerunt, Plin. Ep. 10, 26 (11), 1. Alexandrum filium cum amico Antipatro, qui pacem cum his amicitiamque iungeret, Athenas misit, Justin 9, 4, 5. profecto de pace cum Carthaginiensibus iungenda cogitaturos, Liv. 27, 9, 6. cum Hispanis amicitiam iunxerunt, Justin. 43, 5, 3. foedusque cum eo atque amicitiam iungit legibus his, ut cet., Liv. 23, 33, 9. cum quibus (hostibus) iuncti tunc artissimis societatis vinculis fuerant, Justin. 6, 5, 11. qua spe inpletus Amilcar societatem cum eo metu eius potentiae iungit, 22, 2, 6. qui mecum foedera iunget? VFlacc. 4, 215; ante cum flammis aquae, cum morte vita, cum mari ventus fidem foedusque iungent, Sen. Thyest. 480. cum Iove dextram iungere, Suet. Caes. 81; — mit *Dativ.*: referet gratum ei unaque nos sibi opera amicos iunget, Ter. Hec. 5, 2, 32. hospitio iuncti sibi numinis usus, Ov. M. 15, 724. et te, siqua viam dederit fortuna, Latino iungemus regi, Virg. A. 11, 128. artius ei iunctus, Suet. Aug. 56; vive sine invidia mollesque inglorius annos exige amicitias et tibi iunge pares, Ov. Tr. 3, 4, 43. per hos iuncta societas Hannibali ac Syracusano tyranno, Liv. 24, 6, 3; socium te iungere coeptis est animus, VFlacc. 1, 165; dextera dextrae iungitur, Ov. M. 6, 447. cur dextrae iungere dextram non datur, Virg. A. 1, 408; — mit *Ablat.* (oft neben dem Dativ. der Person): frater tanto tibi iunctus amore, Ov. Pont. 1, 7, 31. optimum quemque amicitiis suis iungens, Spart. Hadr. 8. hospitio cum iungeret apsens, Virg. A. 9, 361. iungi hospitio properat, 7, 264. u. vgl. Sil. 11, 162. iungimus hospitio dextras, 3, 83. 11, 165. iure sodalicio mihi iunctus erat, Ov. Tr. 4, 10, 46. corpora quae possint animas habuisse parentum aut fratrum aut aliquo iunctorum foedere nobis, M. 15, 459. pacem hanc aeterno foedere iungas, Virg. A. 11, 356. venerat, ut Colchos procul adque Aeëtia Parthis foedera donato non irrita iungeret auro, VFlacc. 6, 692. quosque ego fraterno dilexi more sodales, o mihi Thesea pectora iuncta fide! Ov. Tr. 1, 3, 66. Domitium-consiliis suis illectum ac fide data iunxit Antonio, Vell. 2, 76, 2. secutus eum Sicyona, Argos et Corinthum ceterasque civitates eloquentia sua Atheniensibus iunxit, Justin. 13, 5, 10; — *absol.*: haec res et iungit iunctos et servat amicos, Hor. Sat. 1, 3, 54. manibusque datis iunxēre penates, VFlacc. 3, 14. tunc et amicitiam coeperunt iungere, Lucr. 5, 1019. tolle moras tantum properataque foedera iunge! Ov. Her. 4, 147. caesa iungebant foedera porca, Virg. A. 8, 641. u. vgl. 4, 112. 7, 546 8, 56. 12, 822. neque enim foedere Samnitium, nequa nova iungeretis foedera, cautum est, Liv. 7, 30, 4. iunge complexus prior tu, qui cet., Sen. Phoen. 464. miscent suprema paventes verba alii iunguntque manus, VFlacc. 1, 635. manibusque iunctis ducit ad pacem Pietas negantes, Sen. Thyest. 557. nec nostro sola parenti scis socias iunxisse manus? VFlacc. 6, 484. da iungere dextram, Virg. A. 6, 497. quos malus hospitio iunctaque ad foedera dextra luserit Aeetes, VFlacc. 6, 12. congressi iungunt dextras, Virg. A. 8, 467. dextras iungamus inermes, Sil. 13, 76. iuncta est mihi foedere dextra, Virg. A 8, 169. — *PAdj. comp.* u. *superl.*: non hoc inimica precatur, sed quae, cum tibi sit iunctissima, iunctior esse expetit, Ov. M. 9, 548. nec tu mihi carior alter nec tibi me tota iunctior urbe fuit, Tr. 3, 6, 3; familiares opes iunctioribus velut supremo distribuens stilo, Amm. 25, 3, 21. u. vgl. 20, 5, 10; tu tamen, o nobis usu iunctissime longo, cet., Ov. Tr. 3, 6, 19. iunctissimus illi et comes et veri non dissimulator amoris, M. 5, 60. adversa ad iunctissimos pertinent, Tac. H. 4, 52. alter quibusdam Sarmatis praeerat locorum confiniis et feritate iunctissimis, Amm. 17, 12, 12; infelix Lethaea, tuae, iunctissima quondam pectora, nunc lapides, quos humida sustinet Ide, Ov. M. 10, 70.

b) grammat. u. rhetor.: verba ponenda sunt,

quae vim habeant illustrandi nec ab usu sint abhorrentia, gravia, plena, sonantia, iuncta, facta, cognominata, non vulgata in primisque translata, Cic. Part. or. 15, 53. tralata aut facta aut iuncta verba facile sunt cognita, Or. 56, 186. in ea (voce poëtarum) - licentiam statuo maiorem esse quam in nobis faciendorum iungendorumque verborum, 20, 68. nostri autem in iungendo aut in derivando paulum aliquid ausi vix in hoc satis recipiuntur, Quint. 8, 3, 31. iunguntur autem (verba) aut ex duobus Latinis integris, ut superfui - aut ex integro et corrupto, ut malevolus, aut cet., 1, 5, 68. ut est ex me et ex te iunctus Dionysius, M. Pomponius, Cic. Att. 4, 15, 1; si verba extrema cum consequentibus primis ita iungetis, ut neve aspere concurrant neve vastius diducantur, Cic. dOr. 3, 43, 172. sicut illud „ore excipere liceret", si iungas, lascivi carminis est, Quint. 9, 4, 108; versibus impariter iunctis querimonia primum cet., Hor. AP. 75. nec mihi dispositis quae iungam carmina nervis proveniunt, Ov. Her 15, 13. u. vgl. Virg. A. 3, 451. iunget vix tria verba miser, Mart. 6, 54, 2; sciat etiam Ciceroni placuisse aiio Maiiamque geminata i scribere: quod si est, etiam iungetur ut consonans, Quint. 1, 4, 4.

iūnĭcŭlus, i, *m.* (= iuveniculus), ein **Kälbchen**, von emporgeschossenen Weinstöcken, nec veterem placet palmitem in longum et ad quartum usque pedamentum emitti, quod alii dracones alii iuniculos vocant, ut faciant quae masculeta appellant, Plin. 17, 22 (35), 182.

iūnior, oris, s. iuvenis.

iūnĭpĕrus, i, *f.*, der **Wachholderstrauch**, iuniperus vel ante cetera omnia excalfacit, extenuat, cedro alias similis: et huius duo genera, altera maior, altera minuta, Plin. 24, 8 (36), 54. u. vgl. über d. Eigenschaften 16, 18 (30), 73. 21 (33), 80. 24 (38), 90. 26 (44), 107. 38 (73), 186. 39 (76), 198. 40 (78), 212. 17, 22 (35), 174. u. medicin. 24, 8 (36), 54 sq.; stant et iuniperi et castaneae hirsutae, Virg. Ecl. 7, 53. solet esse gravis cantantibus umbra, iuniperi gravis umbra, 10, 75. pedamentum item fere quatuor generum: unum robustum, quod optimum solet afferri in vineam e quercu et iunipero et vocatur ridica, Varr. RR. 1, 8, 4. in quibusdam vero regionibus palos pro terminis observant, alii iliceos, alii oleagineos, alii vero iuniporos (nicht: iunipereos), Agrim. (Sic. Flacc. de cond. agr.) p. 138, 20.

iūnix, īcis, *f.* (= iuvenix), ein **Kalb**, tot tibi cum in flamma iunicum omenta liquescant, Pers. 2, 47., aber iuvenix, Plaut. Mil. gl. 2, 3, 33.

iūrāmentum, i, *n.*, der **Eid**, iuramento quaeso concordiam spondete mansuram et fidem, Amm. 21, 5, 7. u. bei ICt. u. KS.

iūrandum, i, *n.*, der **Eid**, abi quaerere, ubi iurando tuo satis sit subsidii, Plaut. Cist. 2, 1, 26.

iūrātio, ōnis, *f.*, die Eidesablegung, der **Eid**, cum ventum est ad cubiculum, verba iurationis concipit, Macrob. Sat. 1, 6, 30.

iūrātīvus, a, um, den Eid betreffend, **einen Eid enthaltend**, iurativa (adverbia) „edepol, ecastor, medius fidius": „per" quoque praepositio potest pro adverbio accipi iurandi, Prisc. II. p. 85, 34.

iūrato, *Adv.*, s. iuro.

iūrātor, ōris, *m.*, **der einen Eid ablegt**, illic invocato loci numine testatum faciebat esse iurator de quo iuraret, und dann: falsus iurator, Macrob. Sat. 5, 19, 21; sonst der **Vereidigte, Geschworne**, census sum: iuratori recte rationem dedi, Plaut. Trin. 4, 2, 30. zw. ornamenta et vestem muliebrem et vehicula, quae pluris quam quindecim milium aeris essent, deciens pluris in censum referre iuratores iussi, Liv. 39, 44, 2. u. von den Preisrichtern im Theater: vos iuratores estis: quaeso operam date, Plaut. Poen. prol. 58. u. vgl. Cato frg. p. 86, 1. Symm. or. pro Symm. 1.

iūrātōrius, a, um, **eidlich**, cautio, Cod. Just. 12, 19, 12.

iūrātus, a, um, s. iuro.

iūrea, ae, *f.*, ein **Brei**, quasi iuream esse ius decet collyricum, Plaut. Pers. 1, 3, 17.

iūrĕconsultus, i, *m.*, s. iurisconsultus.

iūrĕpĕrītus, a, um, s. iurisperitus.

iurgātio, iuris actio, PDiac. p. 103, 16; vgl. iurgo.

iurgātōrius, a, um, **scheltend**, obiectu corporis et vocis iurgatorio sonu, Amm. 27, 1, 5.

iurgātrix, īcis, *f.*, die **Zänkerin**, Hieron. Ep. 47.

iurgiōsus, a, um, **streitsüchtig, zänkisch**, Xanthippe - morosa admodum fuisse fertur et iurgiosa, Gell. 1, 17, 1. qui - facundia rabida iurgiosaque esset, 19, 9, 7; *adv.*: non inepte neque **iurgiose**, Iul. Vict. p. 446, 22.

iurgium, ii, *n.* (vgl. iurgo), der **Wortwechsel**, die **Streiterei, Zänkerei, das Schelten**, im Privat- u. öffentlichen Leben, im *Sing.*, vgl.: benevolorum concertatio, non lis inimicorum iurgium dicitur, Cic. Rep. 4, 8, 8; an ei caedes imputanda sit, a quo iurgium coepit, Quint. 5, 10, 72. cuius (irae) impulsu existit etiam inter fratres tale iurgium: A. quis homo te exsuperavit usquam gentium impudentia? M. quis autem malitia te? Cic. Tusc. 4, 36, 77. nobile iurgium fuit, quo Licinius Caecina Marcellum Eprium ut ambigua disserentem invasit, Tac. H. 2, 53; — porto hoc iurgium ad uxorem, Ter. Hec. 3, 5, 63. veritum, ne iurg. inter amatorem et exoletum non sine risu aliorum detulisset, Curt. 6, 28 (7), 33. concesso, iuvenes, ludite iurgio, Sen. Med. 107. iurg. hinc auferas, si sapias, Plaut. Pers. 5, 2, 19; miles tendere, inde ad iurgium, Ter. Eun. 4, 1, 12; qui super obscena dicta et petulans iurg. damnum insectatus est amissi corporis, Phaedr. 3, 11, 2; — C. Claudii - oratio fuit precibus quam iurgio similis, Liv. 3, 40, 2. amatoris et scorti iurgio interponi aures meas credidi infelix, Curt. 6, 38 (10), 16; — iurgii causam intulit, Phaedr. 1, 1, 4. omnia sunt alia non crimina, sed maledicta iurgii petulantis magis quam publicae quaestionis, Cic. Cael. 13, 30; — o quam beatae scenicae videntur mulieres mihi, quae iurgio et desubito benivolentia terrent viros, Afran. 100. ut non

cum adversario solum, sed etiam - cum iudice ipso, cuius delenitor esse debet orator, iurgio saepe contenderet, Cic. Brut. 70, 246. optimum quemque iurgio lacessens, Tac. A. 14, 49. sicuti iurgio lacessitus foret, Sall. C. 31, 5. adortus iurgio'st fratrem apud forum de psaltria istac, Ter. Ad. 3, 3, 50. si cui alii ioco vel iurgio obiectaretur, Suet. Dom. 18. clamore et iurgio excepti, Liv. 38, 9, 2. ut in conventu matronarum correpta iurgio atque etiam manu pulsata sit a matre Lepidae, Suet. Galb. 5. crescunt difficili gaudia iurgio, Claud. Fesc. 4, 11; de iurgio siletur, Ter. Phorm. 5, 2, 13. de iurgio quodam senatoris equitisque R. ita pronunciavit, non oportere maledici senatoribus cet., Suet. Vesp. 9; Themistocles fertur Seriphio cuidam in iurgio respondisse, quum ille dixisset non eum sua, sed patriae gloria splendorem adsecutum: nec hercule, inquit, si ego Seriphius essem, nec tu, si Atheniensis esses, clarus umquam fuisses, Cic. Sen. 3, 8. ut - nonnulli in altercatione et iurgio tribunos plebi pulsaverint, Suet. Tib. 2. quid Achille Homerico foedius, quid Agamemnone in iurgio? Cic. Tusc. 4, 23, 52; vixit cum hac triginta novem annis sine iurgio, sine offensa, Plin. Ep. 8, 5, 1; — im *Plural.*: cavendum vero ne etiam in graves inimicitias convertant se amicitiae, ex quibus iurgia, maledicta, contumeliae gignuntur, Cic. Am. 21, 78. habent enim omnia initium, incrementum, summam, ut iurgia, deinde caedes et strages, Quint. 5, 10, 71. iurgia proludunt, sed mox et pocula torques saucius cet., Juv. 5, 26. tardescit lingua, madet mens, nant oculi, clamor singultus iurgia gliscunt, Lucr. 3, 479. a te coeperunt tua iurgia, Calp. 3, 36. ira subit, deforme malum, lucrique cupido iurgiaque et rixae sollicitusque dolor, Ov. AA. 3, 373. quid alioqui fiet, cum in medio foro, tot circumstantibus iudiciis, iurgiis, fortuitis etiam clamoribus erit subito continua oratione dicendum? Quint. 10, 3, 30. iurgia externis inimica durant, Sen. Thyest. 550. dic, Lycida, quae vos tam magna tulēre iurgia? Calp. 3, 22. lite vacent aures insanaque protinus absint iurgia, Ov. F. 1, 73. hoc certe coniunx furtim mea nesciet, inquit, aut si rescierit, sunt o sunt iurgia tanti, M. 2, 423; — nocitura timentur iurgia, Claud. Laud. Stil. 2, 24. nihil hic nisi iurgia quaerit, Calp. 6, 80. insanae meditantes iurgia mentes, Tibull. 3, 5, 13. inrita iurgia iactas, Virg. A. 10, 95. Telamon iam fluctuat ira cum fremitu saevisque serens fera iurgia dictis insequitur magnoque inplorat numina questu, VFlacc. 3, 638. sed tamen interdum tecum quoque iurgia nectat, Ov. Am. 2, 2, 35. u. so 2, 9, 45. Petron. 18, 6. alternaque iurgia victi victoresque dabant, Claud. BGild. 295. iurgia, discordias, simultates cum hostibus exercebant, Sall. C. 9, 2. noctibus iurgia cum servis plerique simulantes, Suet. Ner. 45. et modo blanditias, rigido modo iurgia posti dicat, Ov. Rem. am. 35. semper habet lites alternaque iurgia lectus, in quo nupta iacet, Juv. 6, 268. u. dagegen: incipe, Mopse, prior siquos aut Phyllidos ignes aut Alconis habes laudes aut iurgia Codri, Virg. Ecl. 5, 10. alternos cum plebe iocos dilectaque passus iurgia, Claud. VI. Cons. Hon. 57. u. vgl. Laud. Stil. 1, 361. populus adsita certis limitibus vicina refugit iurgia, Hor. Ep. 2, 2, 170. excludat iurgia finis, 3, 1, 38; dum linguam ad iurgia solvit, „profeci quid enim totiens per iurgia?“ dixit, Ov. M. 3, 261. belloque relicto ad solitos coepere iocos et iurgia Circi tendere, Claud. in Eutr. 2, 357; hinc exacerbatus iuvenis in iurgia primo patris erupit, Justin. 10, 2, 5; quod te nescio quis per iurgia dixerit esse exulis uxorem, littera questa tua est, Ov. Tr. 5, 11, 1; — iurgiis trahens tempus, Sall. J. 27, 1. mox tertiadecumanos ad exstruendum amphitheatrum relictos, ut sunt procacia urbanae plebis ingenia, petulantibus iurgiis inluserant, Tac. H. 3, 32. cum laceratus iurgiis multorum esset, Liv. 42, 22, 5. corrupta iurgiis aut rixis disciplina, Tac. H. 2, 27. ut litibus et iurgiis se abstinerent, Cic. Div. 1, 45, 102; modo insusurrans ac praebens in vicem aurem, modo clarius nec sine iurgiis, Suet. Cal. 22; — selten wissenschaftlich: lucubrationibus longis nondum exhausta physicorum iurgia, Amm. 17, 7, 9. moto inter antisophistas graviore iurgio, Suet. Tib. 11. u. gerichtlich: aequata fisci iurgia cum privatis, Amm. 25, 4, 15.

quae nil nisi corporis huius ius habet, 15, 873; — neque enim ad ius regni quicquam praeter vim habebat, ut qui neque populi iussu neque auctoribus patribus regnaret, Liv. 1, 49, 3. promissumque ius anulorum cum milibus quadringenis, Suet. Caes. 33. vos, quibus rector maris atque terrae ius dedit magnum necis atque vitae, Sen. Thyest. 608. ius vitae ac necis meae penes me est, Phoen. 103. dederat fratri Boreas ius omne rapinae, Ov. F. 5, 203. libertatis quoque in admonendo eo non alius ius habebat, Curt. 3, 31 (12), 16. ea, quae tenetis, privata atque vestra dominante homine furioso quod ius perpetuae possessionis habere potuissent? Cic. Mil. 28, 78. plurimis etiam civitatibus et privatis veteres immunitates et ius metallorum ac vectigalium adempta, Suet. Tib. 49. ne cum finitimis quidem ullo commercii iure miscentur, Curt. 9, 40 (10), 8. Augustus mensis mihi carminis huius ius habet, Ov. F. 5, 147. per ius osculi, Suet. Claud. 26. — e) mit *Genit. gerund.* od. *gerundiv.*: ius adeundi, quam ipsi deprecatione eguerimus, non habemus, Cic. Fam. 4, 7, 6. memento praeter Appium neminem esse fere, qui non ius habeat transeundi (v. Brundusium nach Dyrrhachium), Att. 8, 15, 3. cui lectica per urbem vehendi spectaculaque publice edendi ius tribuit, Suet. Claud. 28. ereptum ius legatis ducendi in hostem, Tac A. 13, 54. ovandi ius, Suet. Claud. 1. ius capiendi legata hereditatesque, Dom. 8. u. vgl. Juv. 1, 55. sublato iure nocendi, Hor. AP. 284. non ius habuēre nocendi (Parcae), Claud. Idyll. 1, 110. an sit ius insidiatorem occidendi, Quint. 3, 5, 10. in quae probra nefandi homines isto caedendi iure abutantur, 1, 3, 17; — ius tibi fecisti numen caeleste videndi, Ov. F. 6, 23. spectandi in orchestra epulandique publice ius, Suet. Aug. 35. ius tibi discendi, si qua requiris, Ov. F. 5, 275. quem penes arbitrium est et ius et norma loquendi, Hor. AP. 72. dum iura dares, dum tempora fandi, VFlacc. 3, 652. cui non alloquendi, non noscendi monendique aut intuendi vos ius reliquistis, Curt. 10, 9 (2), 15. huiusce rei vos statuetis nullam esse actionem, nullum experiundi ius constitutum, qui obstiterit armatis hominibus -? Cic. Caecin. 13, 39. an huic ius agendi sit? Quint. 3, 6, 52. qui tamen haberent ius suum disputandi de officio, Cic. Off. 1, 2, 6. solis praeterea testandi militibus ius vivo patre datur, Juv. 16, 51. meo suffragio pervenit ad ius tribunatum petendi, Plin. Ep. 2, 9, 2. ut revertar ad ius publicum dedicandi, Cic. Dom. 49, 128. non habes ius abdicandi, Quint. 3, 6, 77. intra domum quidem exercendi artem iure concesso, Suet. Dom. 7; — et ius vertendi cardinis omne meum est, Ov. F. 1, 120. ius laureae coronae perpetuo gestandae, Suet. Cal. 45. ea res - ad ius inferendi Antiocho belli adiecisse aliquantum videbatur, Liv. 35, 51, 5. qui ne nostrorum quidem finium nobis per nos tuendorum ius antea dabant, 8, 4, 8. ut - liberi etiam petendorum honorum iure prohiberentur, Vell. 2, 28, 4. secum quisque de se consultaret peteretque ius exuendi ordinis, Tac. A. 11, 25. exigendi crediti ius, Suet. Vesp. 11. ius dicendae inter consulares sententiae, Claud. 6. quotiens dicendae sententiae accepissent (patres), Tac. A. 13, 49.

4) *Verbindungen* a) im *log. Subj.*: ius ex quibus rebus constet considerandum est: initium ergo eius ab natura ductum videtur, quaedam autem ex utilitatis ratione aut perspicua nobis aut obscura in consuetudinem venisse: post autem approbata quaedam a consuetudine aut a vero utilia visa legibus esse firmata: ac naturae quidem ius esse, quod nobis non opinio, sed quaedam innata vis adferat, ut religionem cet., Cic. Inv. 2, 22, 65. u. so vgl. 2, 53, 161. naturane sit ius inter homines an opinionibus, dOr. 3, 29, 114. u. idne sit ius, quod maximae parti sit utile, §. 115. u. vgl. Leg. 1, 10, 28. 1, 12, 34. quid est, quod ius non sit, quod populus aut iubere aut vetare non possit? Caecin. 33, 95; existunt etiam saepe iniuriae calumnia quadam et nimis callida et malitiosa iuris interpretatione: ex quo illud „summum ius summa iniuria“ factum est iam tritum sermone proverbium, Off. 1, 10, 33. ius summum saepe summa'st malitia, Ter. Heaut. 4, 5, 48. summum ius antiqui summam putabant crucem, Col. 1, 7, 2; — scriptor honoratum si forte reponis Achillem, impiger, iracundus, inexorabilis, acer iura neget sibi nata, nihil non arroget armis, Hor. AP. 120. ut aequum ei ius in omnibus provinciis exercitibusque esset, quam erat ipsi, Vell. 2, 121, 1. dicabanturque sententiae, ut praetoribus ius virgarum in histriones esset, Tac. A. 1, 77. in portus nato ius erit omne tuo, Ov. F. 6, 546. num qui minus mihi idem ius aequom'st esse quod mecum'st tibi? Ter. Ad. 5, 3, 15. non enim illis eadem cum Corellia iura, Plin. Ep. 7, 11, 8. sunt mihi et cum marito eius - vetera iura, 7, 11, 4. u. vgl.: omnia mihi cum eo intercedunt iura summa necessitudinis, Cic. Fam. 13, 14, 1. qui sciet ius de tergo vitaque sua penes unum illum esse, Liv. 2, 29, 12. virginem vitiasti, quam te non ius fuerat tangere, Ter. Ad. 4, 5, 52. u. so ius est mit Infin., Virg. A. 12, 315. Hor. AP. 466. Ov. F. 1, 53. Her. 16, 284. Cato frg. p. 68, 9. Cic. Dom. 40, 106. Tusc. 1, 47, 113. Off. 1, 11, 37. 3, 10, 42. Top. 4, 22. 3, 12. Suet. Ner. 16. pernam quidem ius est adponi frigidam postridie, Plaut. Pers. 1, 3, 26. u. mit Inf. Pass.: nos autem in libris habemus non modo consules a praetore, sed ne praetores quidem creari ius esse idque factum esse numquam: consules eo non esse ius, quod maius imperium a minore rogari non sit ius, praetores autem cet., Cic. Att. 9, 9, 3. etsi scio ego, Philumena, meum ius esse, ut te cogam, Ter. Hec. 2, 2, 1. hoc mihi perpetuo ius est, quod solus amator nec cito desisto nec temere incipio, Prop. 3, 13 (2, 20), 35; — fors et debita iura vicesque superbae te maneant ipsum, Hor. Od. 1, 38, 31. quod ius vos cogit, id voluntate inpetret, Ter. Ad. 3, 4, 44. pro quo (parente) mori ipsum, si res postularet, iura divina atque humana cogebant, Cic. SRosc. 13, 37. nec illis aut honorare eam caedem ius hominum, aut ulcisci ratio belli permittebat, Tac. H. 3, 51. ius proprium regi

patriaeque remittat, Virg. A. 11, 359. eventus belli velut aecus iudex, unde ius stabat, ei victoriam dedit, Liv. 21, 10, 9. quid tum profeci, mecum facientia iura si tamen attentas? Hor. Ep. 2, 2, 23. nihil iam iura naturae valent, Sen. Phoen. 478. ius tamen gentium valuit, Liv. 2, 4, 7. nec toto perstare die sua iura putaris: qui iam fastus erit, mane nefastus erat, Ov. F. 1, 49. ut quodcumque postremum populus iussisset, id ius ratumque esset, Liv. 7, 17, 12. u. so 31, 32, 4. quod eorum iudicum maior pars iudicarit, id ius ratumque esto, Cic. Fam. 8, 8, 3. victaque pugnaci iura sub ense iacent, Ov. Tr. 5, 7, 48. multa me dehortantur a vobis, Quirites, - opes factionis, vostra patientia, ius nullum, Sall. J. 31, 1. — b) im *log. Obj.*: iura inventa metu iniusti fateare necesse est, Hor. Sat. 1, 3, 111. haec iura civilia, quae iam pridem in nostra familia sine ulla eloquentiae laude versantur, num aut inventa sunt aut cognita aut omnino ab oratorum genere tractata? Cic. dOr. 1, 10, 39. peritos legum peregrinarum ad condenda nova iura usui fore credebant, Liv. 3, 33, 5. ne forte putes nova me tibi condere iura, Ov. Rem. am. 465. quum maiores nostri tanta diligentia prudentiaque fuerint, ut omnia omnium non modo tantarum rerum, sed etiam tenuissimarum iura statuerint persecutique sint, Cic. Caecin. 12, 34. ut statuat superatae iura Sagunto, Sil. 1, 650. dati ab senatu ad iura statuenda ipsius coloniae patroni, Liv. 9, 20, 10. quis dubitat quin in aeternum urbe condita, in inmensum crescente, nova imperia sacerdotia iura gentium hominumque instituantur? 4, 4, 4. inde magistratum partim docuēre creare iuraque constituēre, ut vellent legibus uti, Lucr. 5, 1143. nos ad iustitiam esse natos neque opinione, sed natura constitutum esse ius, Cic. Leg. 1, 10, 28. ea iura constituisti in praeclaro tribunatu tuo, quibus in te conversis recusares, alios everteres? Dom. 48, 125. si quod ius in parentes, deos, patriam natura comparavit, id religiose colendum demonstrabimus, AHer. 3, 3, 4. mansura verendus scribit iura senex, Claud. Laud. Stil. 2, 434. quis tandem nobis ista iura tam aequa describit? Cic. Quinct. 14, 45. flavis signabat iura Suēvis, Claud. in Eutr. 1, 380. u. vgl. oben Prop. 4, 20, 5 (3, 19, 15). est enim - heri nobis ille hoc - pollicitus, ius civile, quod nunc diffusum et dissipatum esset, in certa genera coacturum et ad artem facilem redacturum, Cic. dOr. 2, 33, 142. si enim aut mihi facere licuerit - aut alius quispiam - effecerit, ut primum omne ius civile in genera digerat -, deinde eorum generum quasi quaedam membra dispertiat, tum propriam cuiusque vim definitione declaret, perfectam artem iuris civilis habebitis, 1, 42, 190. ius civile ad certum modum redigere (Caesar destinabat) atque ex immensa diffusaque legum copia optima quaeque et necessaria in paucissimos conferre libros, Suet. Caes. 44. se quantum decem hominum ingeniis provideri potuerit omnibus, summis infimisque, iura aequasse, Liv. 3, 34, 3. vacuaeque in moenibus urbis iura novat, VFlacc. 2, 310. sunt mihi naturae iura novanda meae, Ov. AA. 2, 42. quot iura, quot ille mutavit tabulas (durch d. Wechsel seines Herrn, v. Sclaven), Claud. in Eutr. 1, 32. u. vgl.: Nilus mutato iure tumescit, Idyll. 4, 29. hi fient ingentia moenia colles iuraque ab hac terra cetera terra petet, Ov. F. 1, 515. u. vgl. Sil. 16, 170. Liv. 23, 10, 2. Curt. 5, 23 (7), 8. ius ab antiqua gente Aequiculis, quod nunc fetiales habent, descripsit, quo res repetuntur, Liv. 1, 32, 5. se apud Q. Mucium ius civile didicisse, Tac. Or. 30. ut debilitati a iure cognoscendo voluntatem discendi simul cum spe perdiscendi abiiceremus, Cic. dOr. 2, 33, 142. quo facilius percipi cognoscive ius civile possit, 1, 43, 193. ius anceps novi, causas defendere possum, Hor. Sat. 2, 5, 34. ita tenere ius civile, ut cet., Cic. dOr. 1, 42, 191. vetera oblitis iura refer sociis, Prop. 1, 6, 20; — ius bonum orat Pseudulus, Plaud. Pseud. 1, 5, 123. ius hic orat, Trin. 5, 2, 37. suom ius postulat, Ter. Ad. 2, 1, 47. cum ius asperius petitur a iudice, Quint. 9, 2, 90. casto petitis quae iura cubili, Catull. 66, 83. omnibus agricolis - iura petita dabant, Ov. F. 3, 61. commercium tantum iuris praebendi repetendique sit, Liv. 41, 24, 16. iura pacis repeto, Sall. H. 1, 41, 16; idem in pace, si ius consuleres, peritissimus, Liv. 39, 40, 6. si te ad ius respondendum dedisses, Cic. Leg. 1, 4, 12. civica iura respondere paras, Hor. Ep. 1, 3, 23; iura dare et statuas inter et arma Mari, Prop. 4, 10 (3, 11), 46. Remo cum fratre Quirinus iura dabunt, Virg A. 1, 192. per populos dat iura, G. 4, 562. u. vgl. A. 3, 157. Claud. in Eutr. 1, 497. iura dabat populo senior, Ov. F. 5, 65. iura dabat populis posito modo praetor aratro, 1, 207. u. so: iura dare alci., Virg. A. 7, 246. 8, 670. 1, 731. Ov. F. 2, 492. 4, 93. Hor. Od. 3, 3, 43. AP. 397. Claud. Laud. Stil 2, 64. in Eutr. 2, 576. Lucan. 1, 1. ius gratiae non dare, Liv. 42, 24, 6. u. dagegen: rapite ad letum, quibus in nos ius Fortuna dedit, Sen. Oct. 966. quod populus in se ius dederit, eo consulem usurum, Liv. 3, 9, 5; in tempus deligebatur, qui ius redderet, Tac. A. 6, 11. eum iura redditurum esse obiturumque alia regis munia esse, Liv. 1, 41, 5. populisque reddit iura centenis pater, Sen. Hipp. 151. u. vgl. Herc. fur. 729. nullus erat iustis reddere iura labor, Ov. F. 1, 252. ut, qua quisque apud eum postulasset, eadem ius sibi redditum ferret, Quint. 11, 2, 50; praetores ius dicunt, Cic. Fam. 9, 12, 3. u. so ius dicere, Plaut. Epid. 1, 1, 23. Bacch. 3, 3, 43. Cic. Quinct. 12, 41. Vell. 2, 118, 1. Liv. 3, 46, 3. 42, 28, 6. Suet. Caes. 7. 16. 43. Aug. 33. 72. 97. Claud. 14. 33. Dom. 8. Rhet. 6. statuit ab initio ius publicano non dicere, Cic. Prov. cons. 5, 10. u. vgl. Petron. 112, 6. ut tibi de pecuniis creditis ius in liberos populos contra senatus consulta et contra legem generi tui dicere liceret: id emptum ita vendidisti, ut aut ius non diceres aut bonis cives Romanos everteres, Cic. Prov. cons. 4, 7. prohibete ius de pecuniis dici, Liv. 6, 18, 14. de mensura ius dicere, Juv. 10, 101. reget ille suos dicendo iura Quirites, Ov. Pont. 4, 5,

17. dictantes iura Latinos cernere erat, Sil. 6, 693. Romae dulce diu fuit - clienti promere iura, Hor. Ep. 2, 1, 103. iura Britannis dividit, Claud. BGild. 19. quod reversis ab exilio iura libertorum concessissent, Tac. H. 2, 92. rogo indulgeas ius Quiritium L. Sotrio Abascanto, Plin. Ep. 10, 11 (6), 2. u. ſo 10, 6 (22), 1. u. rogo des ius Quiritium libertis Antoniae Maximillae, 10, 5 (4), 2. ius civium, preces sociorum tractabat, Tac. A. 4, 13. iura regunt, Claud. in Eutr. 2, 344. u. ſo in Rufin. 2, 82. in eo autem iure, quod ambigitur inter peritissimos, non est difficile oratori eius partis, quamcumque defendet, auctorem aliquem invenire, Cic. dOr. 2, 57, 142; — neque ipse audeat ius experiri ob effigiem imperatoris oppositam, A. 3, 36. nunc barbarica lege certum'st ius meum omne persequi, Plaut. Capt. 3, 1, 32. crede hoc, ego meum ius persequar, Ter. Ad. 2, 1, 9. de istis rebus in patria maiores natu consulemus, quo pacto ius nostrum adipiscamur, Liv. 1, 32, 10. non enim minus laborat A. Caecina, ne summo iure egisse quam ne certum ius non obtinuisse videatur, Cic. Caecin. 4, 10. posteaquam ius suum obtinere non potuit, II. Verr. 1, 25, 65. ubi nostrum ius contra illos obtineremus, Quinct. 9, 34; — maiores vestri parandi iuris et maiestatis constituendae causa per secessionem armati Aventinum occupavēre, Sall. J. 31, 17. tribunos plebei et alia sibi iura paravit, H. 1, 9. ius licet in iugulos nostros sibi fecerit ense Sulla potens, Lucan. 4, 821. tum demum ferrea sumet ius in te Lachesis, Claud. BGet. 54. hodie quoque in legibus magistratibusque rogandis usurpatur idem ius, Liv. 1, 17, 9. non tamen ius datum usurpare sustinuit, Curt. 8, 42 (12), 6. se cum exercitu venturum recepturumque a quadringentis iura populi, ni ipsi redderent, Justin. 5, 3, 7. si sua quisque iura ordo, suam maiestatem teneat, Liv. 3, 63, 10. an vos - auspiciorum populi R. ius tenetis et interpretes esse comitiorum potestis? Cic. ND. 2, 4, 11. imperii etiam ius obtinerent, decretum est, Curt. 10, 30 (10), 2; nec vitam nec opes nec ius mihi civis ademit, Ov. Tr. 5, 11, 15. huic omne adimat ius praetor, Hor. Sat. 2, 3, 217. u. vgl. Suet. Tib. 49. ius tamen exemptum restituisse ferunt, Ov. F. 1, 626. eripias tu voluntatem mortuo, bona vivis, ius omnibus? Cic. II. Verr. 1, 44, 114. omne enim et exercitus et imperii ius amittit is, qui eo imperio et exercitu rem publicam oppugnat, Phil. 10, 5, 12. u. vgl. Suet. Tib. 15. ut - senatorum filii et onera ordinis sustinerent et iura perderent, Vell. 2, 28, 4. iura quaedam tribunis plebei restituit, Sall. H. 3, 61, 8. res tamen publica per vos brevi tempore ius suum reciperabit, Cic. Fam. 12, 2, 3. ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini mancipata est, si usque ad ultimum spiritum dominatur in suos, Sen. 11, 38. urbe tamen nostra ius deo maius habet, Ov. F. 4, 118. habeo ius actionis, Quint. 3, 6, 73. non Corus in illum ius habet aut Zephyrus, Lucan. 1, 406. fortuna ius in hominis mores non habet, Syr. 594. nec maius in aequora Proteus ius habet et Triton, Ov. M. 13, 918. u. vgl. Sen. Oed. 446. ius habere in omnium bona, Suet. Cal. 47. etiam in pace belli tamen iura servantur, Curt. 7, 35 (8), 28. utpote qui ne belli quidem in me iura servaveris, 4, 2 (1), 13. ius cognationis servavit, Justin. 8, 6, 8. in iis in libertos servetur ius patronorum, Plin. Ep. 10, 11 (6), 2. acerbe tuendo iura ordinis asperiorem domando multitudinem fecisse, Liv. 3, 39, 4. castaque legitimi fallere iura tori, Ov. Her. 16, 284. iure neglecto, Phaedr. 4, 5, 20. omni divino humanoque iure neglecto, Suet. Vit. 11. ius tamen amicitiae deserere arguerentur ab iis, quibus obsequi nollent, Cic. Am. 10, 35. omne ius belli Achivos abstinuisse, Liv. 1, 1, 1; contempto iure, Claud. Nupt. Hon. et M. 337. u. ſo: te prodita iura - rogat, BGild. 402; — consensum patrum causabantur, quo per contumeliam consulum iura plebis labefacta essent, Liv. 3, 64, 2. ferrique potestas confundet ius omne manu, Lucan. 1, 666. contaminari sanguinem suum patres confundique iura gentium rebantur, Liv. 4, 1, 2. minui iura, quotiens gliscat potestas, Tac. A. 3, 69. ius libertatis imminutum erat, Sall. C. 37, 9. interventu Fidenatium - consulentium de caede ruptura ius gentium, Liv. 4, 17, 4. rupturum concordiae iura Gallicanum militem suspicatus, Amm. 30, 10, 3. iure perempto, Claud. Laud. Stil. 1, 382. qui omnia iura divina et humana pervertit propter eum, quem sibi ipse opinionis errore finxerat, principatum, Cic. Off. 1, 8, 26. tua iura resolvo, Virg. A. 4, 27. u. vgl. 2, 157. belli iura rescindi, Sall. H. 1, 48, 14. ius violare, Suet. Caes. 30. gentium ius ab legatis nostris violatum, Liv. 5, 51, 7. u. ſo Curt. 4, 10 (2), 17. violataque iura maritae, Ov. AA. 2, 381; — bello superatas (urbes) a maioribus, stipendiarias ac vectigales factas *in* antiquum ius repetit, Liv. 35, 16, 6. u. in antiquum ius venire, 33, 40, 6. Caesar nationes Alpium maritimarum in ius Latii transtulit, Tac. A. 15, 32. per omnes annos atque omnia bella duplici numero se militum equitumque fungi neque in eius civitatis ius recipi, quae cet., Vell. 2, 15, 2. tamquam sit proprium quidquam, puncto quod mobilis horae permutet dominos et cedat in altera iura, Hor. Ep. 2, 2, 71. regna bellaque per Gallias semper fuere, donec in nostrum ius concederetis, Tac. H. 4, 74; indignantes in iura redegerat Arctos, Claud. VI. Cons. Hon. 336. testamento omnem in successoris unius iura translatam, Amm. 23, 6, 8. concessit in iura Romana, Treb. Poll. trig. tyr. 30. ut Nisibis et Singara sine incolis transirent in iura Persarum, Amm. 25, 7, 11; notitiamque eam brevi apud regem liberaliter dextereque obeundo officia in familiaris amicitiae adduxerat iura, Liv. 1, 34, 12. in adfinitatis iura succedit, Justin. 7, 3, 9. torvus, aversus, ferox in iura Veneris redeat, Sen. Hipp. 417; — Commagenis Q. Servaeus proponitur tum primum *ad* ius praetoris translatis, Tac. A. 2, 56. Titianus et Proculus, ubi consiliis vincerentur, ad ius imperii transibant, H. 2, 40; inice non timidas in tua iura manus, Ov. Her. 8, 16. tua sum nova

praeda, Cupido: porrigimus victas ad tua iura manus, Am. 1, 2, 19; ne - natio nobis opportuna deficeret ad iura Romana, Amm. 30, 1, 4; — quo magis ipsum (genus humanum) sponte sua cecidit *sub* leges artaque iura, Lucr. 5, 1146; — pro aequitate *contra* ius dicere, Cic. dOr. 1, 56, 240. auctores fuēre contra ius caedis impiae legatorum nostrorum, Liv. 5, 4, 14. contra ius gentium, 4, 32, 5. 5, 36, 6. 6, 1, 6. 9, 10, 10. 21, 25, 7. Justin. 16, 2, 7. contra ius belli, Sall. J. 91, 7; — quod *adversus* ius hospitii esset, Nep. Hann. 12, 3; — Cephallenia insula ut *extra* ius foederis esset, Liv. 38, 9, 10.

c) im *Dativ.*: iuri civili (studere), Cic. dOr. 1, 55, 226. iuri nostro libentius indulgebit (iudex), Quint. 7, 5, 3. inter liberales disciplinas attendit et iuri, Suet. Galb. 5. iuri magis an aequo sit appositus iudex, Quint. 4, 3, 11. vis ea, quae iuri maxime est adversaria, Cic. Caecin. 2, 5. iuri, quo non licebat pro altero agere, fraus adhibebatur, 2, 15, 30. iurique tuo natura relinquet, quis deus esse velis, ubi regnum ponere mundi, Lucan. 1, 51; urbes - Romano reddidit iuri, Vopisc. Prob. 17. terris quasi R. iuri vindicatis, Amm. 29, 6, 2. Narseus primus Armeniam R. iuri obnoxiam occuparat, 23, 5, 11.

d) im *Genitiv.*: iuris conditor, Eutr. 8, 23. novi iuris repertor, Tac. A. 2, 30. hodie iuris coctores non sunt, qui lites creant, Plaut. Poen. 3, 2, 9. vindices parare iuris sui, Sall. H. 3, 61, 1. hicine est - ruptor foederis humani violatorque gentium iuris? Liv. 4, 19, 3. o praeclarum niterpretem iuris —! Cic. Balb. 8, 20. ne ipsi iuris niterpreti fieri videretur iniuria, Top. 1, 4. iuris disceptator, qui privata iudicet iudicarive iubeat, praetor esto: is iuris civilis custos esto, XII. tabb. b. Cic. Leg. 3, 3, 8; — studiosi iuris, Suet. Ner. 32. humani divinique iuris sciens, Tac. A. 3, 70. sui iuris vafer, Ov. Her. 20, 30. iuris peritus, consultus, s. iurisperitus, iurisconsultus. ego homo imperitus iuris, ignarus negociorum ac litium, Cic. Caecin. 11, 32. iuris fetialium expers, Liv. 9, 9, 3. iuris inops, Lucan. 5, 398; oblitus iuris humani, Justin. 18, 4, 8; — simulati iuris imago, Claud. VI. Cons. Hon. 7. semper aliquam fraudi speciem iuris inponitis, Liv. 9, 11, 7. per speciem publici iuris, Suet. Tib. 50. nullaque calcati starent vestigia iuris, Claud. in Eutr. 2, 125. ea res admonet, ut de principiis iuris (altius disseram), Tac. A. 3, 25. in hoc genere iuris iudicia non sunt, Cic. dOr. 2, 57, 141. transcendere fines iuris, Lucr. 3, 60. propter iuris obscuram dubiamque rationem, Cic. Caecin. 2, 6. auctumque Romanum nomen communione iuris, Vell. 1, 14, 1. quo modo hominum inter homines iuris esse vincula putant, sic homini nihil iuris esse cum bestiis, Cic. Fin. 3, 20, 67. si intolerantius se iactant et aequabilitatem communis iuris praestantia dignitatis aut fortunae suae transeunt, dOr. 2, 52, 269. iuris quaestio omnis aut verborum proprietate aut aequi disputatione aut voluntatis coniectura continetur, Quint. 12, 2, 19; — iuris amor, Calp. 8, 54. iurisque metus servator honesti, Claud. Laud. Stil. 1, 163. studium iuris, Quint. 2, 8, 7. scientia i., 12, 3, 10. iuris civilis scientia, Cic. dOr. 1, 36, 167. u. 42, 191. Quint. 12. c. 3. prudentia i. publici, Cic. dOr. 1, 60, 256. sollertia i., Claud. Laud. Stil. 1, 32. iuris notitia, Tac. Or. 31. vafri inscitia iuris, Hor. Sat. 2, 2, 131. nimis callida et malitiosa iuris interpretatio, Cic. Off. 1, 10, 33; — est enim pietas iustitia adversum deos, cum quibus quid potest nobis esse iuris, quum homini nulla cum deo sit communitas, ND. 1, 41, 116. si quid iniungere inferiori velis, id prius in te ac tuos si ipse iuris statueris, facilius omnes obedientes habeas, Liv. 26, 36, 3. hoc mihi iuris cum venia dabis, Hor. Sat. 1, 4, 103. u. vgl. Lucan. 8, 95. 6, 597. Liv. 9, 11, 9. qui locus solus ex privatis locis omnibus hoc praecipue iuris habet, ut ab ipsis, qui sacris praesint, sacer non esse iudicatus sit, Cic. Har. resp. 7, 14. quodcumque sibi cum patria, penatibus publicis ac privatis iuris fuerit, id cum uno homine esse, Liv. 6, 14, 8. tantumne tibi - in me iuris erit? Claud. Rapt. Pros. 1, 93. cum - iuris idem contingat harenae, Juv. 6, 216. aliud Antiocho iuris statuistis, alio ipsi utimini, Liv. 35, 16, 2. sed melius, quod nil animis in corpora iuris natura indulget, Juv. 2, 139; — loca in urbe publica iuris ambigui, Suet. Aug. 32. negantem cognitionis rem, sed ordinarii iuris esse, Claud. 15. blandior et partes paene rogantis ago remque mei iuris malim tenuisse precando, Ov. F. 6, 70. ultimus omnium iuris sui regum, Vell. 2, 40, 1. Sacae, Indi sui iuris sunt, Curt. 6, 8 (3), 9. vestri iuris erit quidquid complectitur axis, Claud. III. Cons. Hon. 209. eiusdem iuris esse debent, qui sub eodem iure victuri sunt, Curt. 10, 12 (3), 14. Cappadocia iuris esse Mithridatis coepit, Justin. 38, 3, 3. tres duces in Asiam Persarum iuris praemittit, 9, 5, 8. u. so 31, 1, 2. ut corpus Achaeorum dissolverent singulasque urbes proprii iuris facerent, 34, 1, 5. u. vgl. facio (D, VI, 1. p. 66). variante victoria nunc Lacedaemoniorum, nunc Atheniensium iuris habita est, 9, 1, 3.

e) im *Ablat.*: quamquam hoc si minus civili iure perscriptum est, lege tamen naturae communi iure gentium sancitum est, ut nihil mortales a dis immortalibus usu capere possint, Cic. Har. resp. 14, 32; eodem ut iure uti senem liceat, quo iure sum usus adulescentior, Ter. Hec. alt. prol. 2. in quae probra nefandi homines isto caedendi iure abutantur, Quint. 1, 3, 17; quod tamen facto defendi non poterit, iure nitetur, 7, 4, 26; — petere iure, si quid in promptu esset, edixit, Amm. 20, 4, 13. iure gentium res repeto, Sall. H. 3, 61, 17. verbis et litteris et, ut dici solet, summo iure contenditur, Cic. Caecin. 23, 65. ut sibi cum palaestritis - aequo iure disceptare liceat, II. Verr. 2, 15, 38. negavi circuitu agendum, sed plane iure civili dimicandum, Petron. 13, 4. non agam summo iure tecum, Cic. II. Verr. 5, 2, 4. u. vgl. Caecin. 4, 10. non posse aequo iure agi, ubi imperium penes illos, penes se auxilium tantum sit, Liv. 6, 37, 4. u. vgl. Eutr. 8, 12. cetera quoque non nisi per magistratus et iure ordinario agebantur,

Suet. Tib. 31. propinqui regis Tatii legatos Laurentium pulsant cumque Laurentes iure gentium agerent, apud Tatium gratia suorum et preces plus poterant, Liv. 1, 14, 1. id, quod nullo tempore iure fieri potest, tum ab se iure factum esse, Cic. Caecin. 2, 4. quicquid sine sanguine civium ulcisci nequitur, iure factum sit, Sall. J. 31, 8. magis, quid se dignum foret, quam quid in illos iure fieri posset, quaerebant, C. 51, 56. Numidiae partem, unde vi Iugurtham expulerit, iure belli suam factam, J. 102, 13. pulsatae maiestatis imperii reus iure postulatus ac lege, Justin. 14, 7, 7. iure gentium poenas reposco, Tac. H. 4, 32. quam ob rem in eum iure animadverteretur, Cic. II. Verr. 5, 8, 19. quod iure gentium maiori fratri cesserit, Justin. 34, 3, 7 illa, quae tum formidine mercatus sum, precio soluto iure dominis tamen restituo, Sall. H. 1, 41, 18; — tenet C. Plautium collegam tuum isdem auspiciis, eodem iure creatum: an huic non ut qui optimo iure censor creatus esset populus creavit? Liv. 9, 34, 10. iure pari rector castris Afranius illis, ac Petreius erat, Lucan. 4, 4. Eoum stabili moderatus iure senatum, Claud. Epith. Pall. et C. 67. quia populum Romanum aequo iure complecti reddita libertate agitaverint, Tac. A. 2, 82. ut auxilium, quod misericordia non poterat, iure cognationis obtineret, Justin. 28, 1, 2. qui optimo iure eam provinciam obtinuerit, Cic. Phil. 11, 12, 30. quo iure Vulcatius Moschus exul in Massilienses receptus bona sua rei publicae eorum ut patriae reliquerat, Tac. A. 4, 43. ut senatoribus eius provinciae non exquisita principis sententia iure, quo Sicilia haberetur, res suas invisere liceret, 12, 23. quum in illo statu rerum id quemque, quod occupasset, habiturum arbitraretur velut certo iure possessum, Curt. 6, 5 (1), 27. habet (agros) incertos ac nullo iure possessos: confirmabuntur optimo iure, Cic. Agr. 3, 4, 14. „ea omnia eo iure sint": quo iure? labefactat videlicet nescio quid: „ut quae optimo iure privata sint", 3, 2, 7. ut eodem iure essent (civitates), quo fuissent, II. Verr. 3, 6, 12. quae colonia est in Italia tam bono iure, quod cet., 5, 22, 57. optimo enim iure ea sunt profecto praedia, quae optima condicione sunt: libera meliore sunt quam serva, Agr. 3, 2, 9. u. vgl. II. Verr. 3, 91, 211. ut - societas eo iure staret, ut Poenus Locrensem Locrensique Poenum pace et bello iuvaret, Liv. 24, 1, 13. a M. Claudio petiturum, ut decederet iure suo, 3, 46, 3. ut ad evitandas legum poenas iure ac dignitate matronali exsolverentur, Suet. Tib. 35. populus R. - exutus imperio gloria iure, Sall. H. 1, 41, 11; — quae pater adductis sudans audiret amicis: iure: etenim cet., Pers. 3, 47. nonne igitur iure ac merito vitia ultima fictos contemnunt Scauros -? Juv. 2, 34. praetores - merito ac iure laudantur, Cic. Cat. 3, 6, 14. praeoptabat immerito, quam iure violari, Curt. 5, 32 (12), 5. iure igitur virgo est, quae cet., Ov. F. 6, 293. qui dies - iure solemnis mihi, Hor. Od. 4, 11, 17. hoc etenim sunt omnes iure molesti, quo fortes, Sat. 1, 7, 10. vir sanctus ac iure venerabilis, Treb. Poll. Gall. duob. 15. hoc confiteor iure mi obtigisse, Ter. Andr. 3, 5, 1. iure venis, Gradive, Ov. F. 2, 861. u. vgl. Her. 3, 154. iure, ut opinor, agat, iure increpet inciletque, Lucr. 3, 963. u. vgl. Ov. F. 3, 761. Plaut. Amph. 1, 1, 90. Catull. 62, 16. Vell. 2, 4, 5. Suet. Caes. 76. Curt. 8, 6 (2), 12. Ov. Tr. 4, 4, 43. Curt. 7, 1 (1), 1. Sall. J. 14, 10. Lucr. 2, 1139. Ov. Am. 2, 19, 56. Att. 195. Hor. Sat. 1, 5, 49. Ter. Andr. 2, 3, 20. Hor. Sat. 1, 2, 45. Tac. A. 4, 52. Sall. J. 64, 2. Nep. Thras. 1, 4. Lucr. 2, 426. Vell. 1, 6, 5. Suet. Aug. 29. Plin. Ep. 4, 8, 1. Ov. F. 3, 243. Tr. 5, 11, 23. Hor. Sat. 2, 2, 99. Nep. Att. 11, 6. Ov. F. 1, 160. Juv. 2, 43. u. öft. anderw.; — de suis bonis ita dat, ut *ab* iure non abeat, Cic. II. Verr. 1, 44, 114; si nunc *de* tuo iure concessisses paululum, Ter. Ad. 2, 2, 9. u. decessitque *ex* iure suo, Liv. 3, 33, 10; dagegen: quum de eo iure mihi dicendum sit, quod pertineat ad omnes, quod constitutum sit a maioribus, conservatum usque ad hoc tempus, quo sublato cet., Cic. Caecin. 2, 5. sunt eius orationes ieiunae: multa praeclara de iure, Brut. 30, 114. legem de iure magistratuum ferens, Suet. Caes. 28. controversia de iure, Gr. 22. cum de iure accusatoris ambigitur, Quint. 7, 5, 2. quae causae sunt eiusmodi, ut de earum iure dubium esse non possit, omnino in iudicium vocari non solent, Cic. dOr. 1, 57, 241. video enim in Catonis et in Bruti libris nominatim fere referri, quid alicui de iure viro aut mulieri responderint, 2, 33, 142. idem magnum munus de iure respondendi sustinebat, Brut. 30, 113. de iure civili iudicium fieri, Caecin. 2, 4; argumenta duci ex iure simili, Quint. 5, 11, 32. fit reus ex bono aequoque quam ex iure gentium, Sall. J. 35, 7. dum punirentur ex iure, Amm. 15, 2, 9; — suo iure consistat, Quint. 7, 5, 1. ut spe inpletos in societatis iure retineret, Justin. 29, 4, 9. si in aequo iure utrumque fratrem pater reliquisset, materno tamen se iure et avito vincere, 2, 10, 8. in iure cavere, consilio iuvare atque hoc scientiae genere prodesse quam plurimis, Cic. Off. 2, 19, 65; — quarum (Parcarum) *sub* iure tenentur omnia, Claud. Rapt. Pros. 1, 49. cuius (Tullii) sub iure togaque pacificas saevus tremuit Catilina secures, Lucan. 7, 63. animae, quas ille fero sub iure peremit, circumstant, Claud. in Rufin. 2, 458; — sed te uterque tuo *pro* iure, ego atque hic oramus, Plaut. Cas. 2, 6, 19. non necesse habeo omnia pro meo iure agere, Ter. Ad. 1, 1, 27. me posse pro meo iure dicere, Cic. Caecin. 29, 85. pro suo iure contendet, II. Verr. 5, 1, 2; cum religiosissime soleas custodire defunctorum voluntatem, quam bonis heredibus intellexisse pro iure est, Plin. Ep. 4, 10, 3; — nullum edepol hodie genus est hominum taetrius nec minus bono *cum* iure, quam danisticum, Plaut. Most. 3, 1, 125; contrariam sententiam - cum iure communi aut cum aliis legibus communibus aut cum rebus iudicatis dissentire, AHer. 2, 10, 14; sine modo et modestia sum, *sine* bono iure atque honore, Plaut. Bacch. 4, 2, 2.

f) metonym. vom Gericht: ad populum aut in iure aut aput aedilem res est, Plaut. Men. 4, 2, 19; quin cita illum in ius, Most. 5, 1, 40. in ius vos voco, Poen. 5, 4, 55. u. so Hor. Sat. 2, 5, 29. Cic. II. Verr. 2, 76, 187. Liv. 3, 44, 8. si vim faciet, in ius ducito hominem, Ter. Eun. 4, 6, 30. u. so Liv. 2, 27, 8. ex domo in ius educere ne liceat, Quint. 7, 8, 6. sed videant servi, ne quis neget et pavidum in ius cervice obstricta dominum trahat, Juv. 10, 87. rapit in ius, Hor. Sat. 1, 9, 77. u. so 2, 3, 72. Liv. 1, 26, 5. eamus in ius, Plaut. Poen. 5, 6, 5. u. so Ter. Phorm. 5, 7 (8), 88. Nep. Att. 6, 3. age, ambula in ius, Plaut. Rud. 3, 6, 22. u. so Ter. Phorm. 5, 7 (8), 43. in ius acres procurrunt, Hor. Sat. 1, 7, 20. in ius veni, sequere ad tribunal, Plin. Pan. 36, 3. ventum in ius est, Liv. 4, 9, 6.

iuscellum, i, *n.*, die Brühe, i. gallinarum, Theod. Prisc. 2, 13. plus iuscella coci, quam mea iura valent, Venant. Carm. 6, 10, 18.

iuscŭlum, i, *n.*, etwas Brühe, postea inde iusculum frigidum sorbere, Cato RR. 156, 7.

iusiūrandum od. ius iūrandum, iurisiurandi od. getrennt, *n.* (auch iurandum ius, Plaut. Pseud. 1, 2, 63), der Schwur, Eid, haec quidem ratio - contra omne ius iurandum valet: sed in iure iurando non qui metus, sed quae vis sit, debet intelligi: est enim ius iurandum adfirmatio religiosa, Cic. Off. 3, 29, 104. ut fides ac ius i. proximo legum ac poenarum metu civitatem regerent, Liv. 1, 21, 1. quem neque fides neque ius i. neque illum misericordia repressit neque reflexit, Ter. Ad. 3, 2, 8. cum hoc (hoste communi) nec fides debet nec ius i. esse commune, Cic. Off. 3, 29, 107. amantis ius i. poenam non habet, Syr. 15; — ab Lentulo - postulabant ius i., quod signatum ad cives perferant, Sall. C. 44, 1. interposito per Caesarem iure i., Suet. Caes. 85. cum in lite quadam centumvirali adversario - ius i. quasi per figuram sic optulisset, Suet. Rhet. 6. iusi. ligitatores aut offerunt suum aut non recipiunt oblatum, aut ab adversario exigunt aut recusant cum ab ipsis exigitur, Quint. 5, 6, 4. qui defert iusi., 5, 6, 4. cuius pacti non dubitavit a quibusdam ius i. atque etiam syngrapham exigere, Suet. Caes. 23. u. vgl. Aug. 98. Curt. 10, 23 (7), 9. idem iusi. adigit Afranium, Caes. BC. 1, 76, 3. iuris iurandi adversus foedera suscepti execrationes horrens, Liv. 10, 39, 17. senatus inchoantibus primoribus ius i. concepit, quo certatim omnes magistratus - deos testes invocabant, nihil cet., Tac. H. 4, 41. u. vgl. Liv. 1, 32, 8. quin etiam sedens praeivit ius i., Plin. Pan. 64, 3. ius i. recitat, Liv. 2, 2, 5. interpretando sibi quisque ius i. et leges aptas faciebat, 3, 20, 5. ius i. iurare, Cic. Fam. 5, 2, 7. Gell. 5, 19, 6. cuncta expedibo: id modo ius i. date, Att. 490. u. so Plaut. Most. 5, 1, 36. Ter. Ad. 2, 1, 11. Hec. 4, 4, 75. Cato RR. 148, 2. Cic. Off. 3, 31, 112. Liv. 8, 32, 18. inter se fidem et iusi. dant, Caes. BG. 1, 3, 8. ius i. neque sanctius sibi neque crebrius instituit quam per Augustum, Suet. Claud. 11. ad ius i. patrandum id est sanciendum fit foedus, Liv. 1, 24, 6. sua item carmina Albani suumque ius i. per suum dictatorem suosque sacerdotes peregerunt, 1, 24, 9. iure i. accepto, nihil iis nociturus hostes, se Otacilio dediderunt, Caes. BC. 3, 28, 4. qui ius i. servat, quovis pervenit, Syr. 717. ius i. conservandum putabat, Cic. Off. 3, 27, 100. neque fidem neque ius i. neque pudicitiam multifacit, Cato frg. p. 40, 5. negligit ius i., Cic. Inv. 1, 29, 46. qui ius i. violat, is fidem violat, Off. 3, 29, 104. iuris iurandi solvendi causa cum in castra redisset, Liv. 22, 58, 3. nimis callidi exsolvendi iuris i. interpretes, 24, 18, 5; — Myrrina ita Phidippo dixit, iuri iurando meo se fidem habuisse, Ter. Hec. 5, 4, 30; — qui omnes ad eum perducti contra religionem iuris iurandi in eius conspectu crudelissime interficiuntur, Caes. BG. 3, 28, 4. ne relatis Lacedaemonem solutos se Spartani religione iuris iurandi in dissolvendis legibus arbitrarentur, Justin. 3, 3, 12. est ius etiam bellicum fidesque iuris iur. saepe cum hoste servanda, Cic. Off. 3, 29, 107. a multis contemni iurisi. metum, Quint. 5, 6, 3. iuris iur. volo gratiam facias, Plaut. Rud. 6, 3, 58. equiti iuris iur. gratiam facit, Suet. Tib. 35. habeo enim, iudices, quam vos socium vestrae religionis iurisque iurandi facile patiamini, Cic. Coel. 22, 54. cuius ipse princeps iuris iurandi fuit, quod omnes scitis, solus neglexit fidem, Poët. b. Cic. Off. 3, 26, 98; — iureiurando, ne quis enuntiaret, - inter se sanxerunt, Caes. BG. 1, 30, 5. ne res efferatur, ut iurei. ac fide sanciatur, 7, 2, 2. quum intelligat, quam multa firmentur iure iurando, Cic. Leg. 2, 7, 16. ut affirmet iure i., Curt. 4, 25 (7), 4. ut aeternitatem legibus suis daret, iure iur. obligat civitatem, Justin. 3, 3, 11. iure iurand. inter se obligati, Liv. 5, 8, 6. iure iurando obstringam ambo, Hor. Sat. 2, 3, 179. iure iur. civitatem obstringere, Caes. BG. 1, 31, 7. quod iure iur. se omnes obstrinxerint, ut victis Persis Thebas diruerent, Justin. 11. 3, 10. ius iur., quo se cuncti pro salute unius obstrinxerunt, Suet. Caes. 84. ex qua domo recitatur vobis iure iur. devincta auctoritas, Cic. Coel. 22, 55. parvum admodum me, cum sacrificaret, altaribus admotum iure iur. adegit numquam amicum fore populi R., Liv. 35, 19, 3. u. vgl. 10, 38, 9. 24, 16, 12. iure iur. ab tribunis militum adacti, 22, 38, 2. u. vgl. 21, 1, 4. Quint. 7, 2, 3. quam diu iure iur. hostium teneretur, non esse se senatorem, Cic. Off. 3, 27, 103. quorum si principes ac senatus sibi iure iur. fidem fecisset, ea conditione - se usuros ostendebant, Caes. BG. 4, 11, 3. confisum eum novissimo illo senatus consulto ac iure iurando, Suet. Caes. 86. qui alieno iure i. stari quam suo mavult, Quint. 5, 6, 4. quod dubitaret depositum retinere et fraudem iure tueri iurando, Juv. 13, 200; deque ea re et iure iur. et chirographo cavit, Suet. Cal. 12; auxilium tibi qui in iure iur. tulit, Plaut. Curc. 2, 2, 17; nec sine iure iurando, Suet. Caes. 30.

iussio, ōnis, *f.*, der Befehl, die Anordnung, haec omnia non manibus aut aliqua medela, sed verbo ac iussione faciebat, Lact. 4, 15.

quisquamne illorum aliquando verbo uno potuit aut unius imperii iussione non dicam maris insanias aut tempestatum furores prohibere - sed -? Arnob. 2, 11. testationis iussioni parere, Modest. Dig. 40, 4, 44.

1. **iusso**, ĕre = iubeo, in d. Form iussitur, Cato RR. 14.

2. **iusso** = iussero, s. iubeo.

iussor, oris, *m.*, κελευτής, Gloss. Philox.; vgl. fideiussor.

iussŭlentus, a, um, **mit Brühe versetzt**, qualis assus aut iussulentus (piscis) optime sapiat, Apul. Mag. 39.

iussum, i, *n.*, s. iubeo.

iussus, a, um, s. iubeo.

iussus, *abl.* u, *m.*, der **Befehl**, das **Geheiß**, **Gebot**, Darei iussu, Curt. 5, 8 (2), 8. i. Alexandri, 7, 22 (5), 26. ii omnes, seu ante Scipionis seu tum praetoris iussu traditi in custodiam Reginis, Liv. 29, 21, 3. i. Cinnae, Vell. 2, 22, 2. u. vgl. 2, 87, 2. i. Metelli, Sall. H. 1, 71. i. Neronis, Juv. 10, 15; — dei iussu, Virg. A. 2, 247. i. regis, Sall. J. 90, 1. Nep. Dat. 2, 1. Curt. 3, 18 (7), 15. regis i., 5, 28 (10), 10. i. consulis, Vell. 2, 34, 4. Eutr. 4, 27. i. senatus, Vell. 1, 14, 1. Eutr. 4, 20. 21. i. senatus atque populi R., Sall. J. 112, 3. sine populi i., C. 29, 3. i. parentis, Claud. Rapt. Pros. 1, 227; — tuo i., Plaut. Curc. 2, 3, 50. suo i., Nep. Dat. 6, 4. vestro i., Cic. Pomp. 9, 26. legitimo i., Claud. BGet. 538. legis i., Ov. AA. 2, 157.

iuste, *Adv.*, s. iustus.

iustĭfĭcātio, ōnis, die **Rechtfertigung**, unusquisque hominum aut sua iustificatione salvandus aut sua iniquitate periturus, Salvian. de avar. 3, 2; auch in den Gloss. Philox. = δικαίωσις.

iustĭfĭcātrix, īcis, *f.*, die **Rechtfertigerin**, a quo relaturi essent eam orandi disciplinam, sive reprobraticem superbiae sive iustificatricem humilitatis, Tert. adv. Marc. 4, 36.

iustĭfĭco, āvi, ātum, āre, 1) **recht handeln** gegen Jmdn., iustificate viduam, Tert. adv. Marc. 4, 17. 29. — 2) **rechtfertigen**, deus est, cui verbo competit uno iustificare malas, Coripp. Laud. Justin. iun. 2. alterum roprobatum, alterum iustificatum descendisse, Tert. adv. Marc. 4, 36. spiritus et sanctus baptismate iustificatam nobilitat, Prud. Apoth. 881; dah. *Ptcp. comp.*: ille publicanus, qui non tantum prece, sed et vultu humiliatus atque deiectus orabat, iustificatior pharisaeo procacissimo discessit, Tert. de orat. 13.

iustĭfĭcus, a, um, **rechtthuend**, **gerecht**, iustificam nobis mentem avertēre deorum, Catull. 64, 406.

iustĭtia, ae, *f.*, die **Gerechtigkeit**, als Tugend, selten objectiv: das **Recht**, Flor. 1, 17. ob. 24, 1. Claud. BGet. 39, und persönlich als Göttin, Virg. G. 2, 474. Hor. Od. 2, 17, 15. 1, 24, 6. Ov. F. 1, 249. Sen. Octav. 400. Med. 440. Claud. in Rufin. 1, 55. 355. Petron. 124, 253. Gell. 14, 4, 5; vgl. über Begriff u. Wesen: quod iustitia est, utique virtus est: quod non est iustitia, potest esse virtus, si est fortitudo, constantia, continentia: numquam itaque tolletur e specie genus, Quint. 5, 10, 57. iustitia est habitus animi communi utilitate conservata, suam cuique tribuens dignitatem, als zweiter Theil der virtus neben der prudentia, fortitudo u. temperantia, Cic. Inv. 2, 53, 160. proprium suum cuiusque (virtutis) munus est, ut fortitudo in laboribus periculisque cernatur, temperantia in praetermittendis voluptatibus, prudentia in delectu bonorum et malorum, iustitia in suo cuique tribuendo, Fin. 5, 23, 67. u. vgl. Quint. 2, 21, 3. 3, 7, 15. quae animi adfectio suum cuique tribuens atque hanc, quam dico, societatem coniunctionis humanae munifice et aeque tuens iustitia dicitur, Cic. Fin. 5, 23, 65. iustitia, quae suum cuique distribuit, quid pertinet ad deos? hominum enim societas et communitas - iustitiam procreavit, ND. 3, 15, 38. in communione autem quae posita pars est iustitia dicitur eaque erga deos religio, erga parentes pietas, vulgo autem bonitas, creditis in rebus fides, in moderatione animadvertendi lenitas, amicitia in benevolentia nominatur, Part. or. 22, 78. ea, quae posui principio fundamenta iustitiae: primum ut ne cui noceatur, deinde ut communi utilitati serviatur, Off. 1, 10, 31. u. vgl. 1, 7, 23. iustitiae partes sunt non violare homines, verecundiae non offendere, 1, 28, 99. u. vgl. dOr. 2, 85, 345. iustitia, ex qua una virtute viri boni appellantur, mirifica quaedam multitudini videtur, nec iniuria, Off. 2, 11, 38. u. vgl. 1, 7, 20. iust., sine qua nihil potest esse laudabile, 2, 10, 71. haec enim una virtus (iust.) omnium est domina et regina virtutum, 3, 6, 28. — *Gegens.* u. *verwandte Begriffe*: iustitia dubium validisne potentior *armis*, Ov. M. 6, 678. iustitiaene prius mirer *belline* laborum? Virg. A. 11, 126. ut pacem a te - peteret, nulla *vis* subegit, sed iustitia et continentia expressit, Curt. 4, 43 (11), 2. u. vgl. neben continentia, Justin. 2, 2, 10. provinciae praefuit non minore iustitia, quam *fortitudine*, Suet. Aug. 3. u. vgl. Curt. 5, 32 (12), 5. neque id magis *imperio* quam iustitia consecutus, Nep. Milt. 2, 3; *aequitate* iustitiaque gaudebunt, Cic. Am. 22, 82. u. so Nep. Arist. 2, 2. Vell. 2, 126, 2; bono iustitiae proxima est *severitas*, Syr. 74. magna severitatis ac iustitiae cura, Suet. Galb. 7: iustitiam *acerbitas* (imitatur), Cic. Part. or. 23, 81. probitatis inertia nomen, iustitiae *formido* subit, Claud. in Eutr. 2, 207. — Mit *Gen. subj.*: iustitia factum est Aristidis, ut -, Nep. Arist. 2, 3. hic hominis verecundiam, populi iustitiam mirari libet, Vell. 2, 32, 2. iustitia gentis ingeniis culta, non legibus, Justin. 2, 2, 5. pauci ex is iustitia imperii Romani capti, Liv. 42, 30, 3. — *Verbindungen*: siquid usquam iustitia est et mens sibi conscia recti, Virg. A. 1, 603. iust. utilibus rectum praeponere suadet communesque sequi leges, Claud. Laud. Stil. 2, 103; — cui id solum visum est rationem habere, quod haberet iustitiam, Vell. 2, 35, 2. agere negotium publicum, cognoscere, iudicare, promere et exercere iustitiam, Plin. Ep. 1, 10, 10. omni igitur ratione colenda et retinenda iustitia est, quum ipsa per sese, nam aliter iustitia non esset, tum propter

amplificationem honoris et gloriae, Cic. Off. 2, 12, 42. meminerimus autem etiam adversus infimos iustitiam esse servandam, 1, 13, 41; an iustitiam alii docebuut, quam Fabricii cet., Quint. 12, 2, 30. discite iustitiam moniti et non temnere divos, Virg. A. 6, 620. laudet - salubrem iustitiam, Hor. AP. 198. narrem iust.? Claud. Laud. Stil. 1, 16. illi iust. confirmavēre triumphi, IV. Cons. Hon. 98; motos lacrimis iudices ad iust. reducere, Quint. 6, 1, 46; — esse iniustum fateor quodcumque negatur iustitiae, Claud. Mall. Th. cons. 189; — iustitiae scientia, Quint. 2, 15, 29. hinc iust. proposita imagine, inde pietatis, 12, 3, 40. etiam solitario homini atque in agro vitam agenti opinio iust. necessaria est, Cic. Off. 2, 11, 39. qui igitur adipisci veram gloriam volet iust. fungatur officiis, 2, 13, 43. maximum autem exemplum est iust. in hostem a maioribus nostris constitutum, quum cet., 1, 13, 40. iustitia ad rem gerendam necessaria est, cuius tanta vis est, ut ne illi quidem, qui maleficio et scelere pascuntur, possint sine ulla particula iust. vivere, 2, 11, 40. iust. fama floruit, Nep. 21, 1, 4. u. ſo Claud. Laud. Stil. 1, 208; fiducia iustitiae eius, Quint. 11, 1, 75; sanctus haberi iustitiaeque tenax factis dictisque mereris, Juv. 8, 25. iust. ignarus, Quint. 2, 20, 8; — quorum optimus adque interpres legum sanctissimus omnia quamquam temporibus diris tractanda putabat inermi iustitia, Juv. 4, 78. principe nec nostro deus est moderatior ullus: iustitia vires temperat ille suas, Ov. M. 3, 6, 23. iustitiaque dedit gentes frenare superbas, Virg. A. 1, 523. ut eosdem reges et sacerdotes haberent, quorum iustitia religione permixta incredibile quantum coaluēre, Justin. 36, 2, 16. labore atque iustitia res publica crevit, Sall. C. 10, 1; mi Chremes, peccavi, fateor: vincor: nunc hoc te obsecro, quando tuos est animus natu gravior, ignoscentior, ut meae stultitiae in iustitia tua sit aliquid praesidî, Ter. Heaut. 4, 1, 31.

Iustĭtium, ii, *n.* (ius u. sistere), der Gerichtsſtillſtand, Gerichtsferien, Stillſtand der Gerichte und öffentlichen Geſchäfte, der bei großer Gefahr oder Trauer angeordnet wurde (vgl. Gell. 20, 1, 43), cogitare dictaturam, ruere iustitio et omnium rerum licentia, Cic. Att. 4, 18, 3. qui in concione ausus est dicere iustitium edici oportere, iurisdictionem intermitti, claudi aerarium, iudicia tolli, Har. resp. 26, 55. tumultum decerni, iustitium edici, saga sumi dico oportere, Phil. 5, 12, 31. ut exercitu deleto ita iustitium indictum, Liv. 10, 4, 1. u. ſo 7, 6, 12. iustitio indicto, 3, 3, 6. Suet. Galb. 10. Amm. 19, 1, 10. iustitiumque in foro sua sponte coeptum prius quam indictum, Liv. 9, 7, 7. ante senatus consultum sumpto iustitio, Tac. A. 2, 82. mox iustitio secuto, Capitol. Anton. phil. 7. prope iustitium omnium rerum futurum videbatur, Liv. 26, 26, 9. silentium omnium rerum ac iustitio simile otium fuit, 7, 1, 4. dum iustitio ob amissum Augustum, post discordiis attinemur, Tac. A. 1, 50. iust. per aliquot dies servatum, Liv. 3, 5, 4. moerentia tecta Caesar habet vacuasque domos legesque silentes clausaque iustitio tristi fora, Lucan. 5, 30. iustitio longiore inhibito, Suet. Tib. 52. iust. remittitur, Liv. 10, 21, 6. od. remissum est, 3, 5, 14. exsuto iustitio reditum ad munia, Tac. A. 3, 7. u. vgl. 1, 16. u. quod apud Parthos iustitî instar est, vgl. Suet. Cal. 5. u. von einer Landestrauer, Sidon. Ep. 2, 8.

Iustus, a, um, I) ſubj. v. Perſonen als Tugend: gerecht, ſubſt. der Gerechte, si quod non aequo foedere amantis curae numen habet iustumque memorque, precatur, Virg. A. 4, 520. unico gaudens mulier marito prodeat iustis operata divis, Hor. Od. 3, 14, 5. utque parum iustae nimiumque in pelice saevae invidiam fecere deae, Ov. M. 4, 547. iustum et tenacem propositi virum non civium ardor prava iubentium - mente quatit solida, Hor. Od. 3, 3, 1. id (ius) si ab uno iusto et bono viro consequebantur, erant eo contenti, Cic. Off. 2, 12, 42. vir acer, strenuus, iustus, Eutr. 9, 17. dicite, iuste senex et femina coniuge iusto digna, quod optetis, Ov. M. 8, 704. u. ſo: senex, F. 4, 524. 5, 384. pauci libertatem, pars magna iustos dominos volunt, Sall. H. 4, 61, 18. tyrannus fuerat appellatus, sed iustus, Nep. Milt. 8, 3. vox iusti facunda Solonis, Juv. 10, 274. iuste Latine, Ov. F. 2, 544; auch: aspiciunt oculis superi mortalia iustis, M. 13, 70. horum igitur mores oratione iustos, integros, religiosos, timidos, perferentes iniuriarum mirum quiddam valet, Cic. dOr. 2, 43, 184. iustae Bitia venerande senectae, Sil. 2, 409. qui ita iustus est et bonus vir, ut natura, non disciplina consultus esse videatur, Cic. Caecin. 27, 78. is et infirmus est mollisque natura et ob eam ipsam causam in amicitia parum iustus, Am. 20, 77. ille clarus erit, fortis, iustus, Hor. Sat. 2, 3, 96. tuus hic populus, sapiens et iustus in uno, Ep. 2, 1, 18. negociatoribus comis, mercatoribus iustus, mancipibus liberalis eram visus, Cic. Planc. 26, 64. pulchra Laverna, da mihi fallere, da iusto sanctoque videri, Hor. Ep. 1, 16, 60. u. vgl. Sat. 2, 3, 189. contendebant (Mauri) antipodas ultra Aethiopiam cultu Persarum iustos et egregios agere, Sall. H. 1, 63; — ut praeter caeteros iustus appellaretur, Nep. Arist. 1, 4. et iustum poteras et scribere fortem, Hor. Sat. 2, 1, 16. nullus erat iustis reddere iura labor, Ov. F. 1, 252; — *Compar.*: quo iustior alter nec pietate fuit nec bello maior et armis, Virg. A. 1, 544. ut propemodum iustioribus utamur illis, qui omnino avocent a philosophia, quam his, qui cet., Cic. Fin. 1, 1, 2; auch: iustior est animo ventus et unda tuo, Ov. Her. 7, 44. — *Superl.*: legesque feret iustissimus auctor, Ov. M. 15. 833. u. ſo 8, 101. iustissime Chiron, F. 5, 413. iustissima Phene, M. 7, 399. fundit humo facilem victum iustissima Tellus, Virg. G. 2, 460. cum iustissimus quisque et a Caesare et a Pompeio vellet dimitti exercitus, Vell. 2, 48, 1. cadit et Rhipeus, iustissimus unus, Virg. A. 2, 426. u. ſo 7, 536. qui (Aristides) unus omnium iust. fuisse traditur, Cic. Sest. 67, 141. o iustissime Troum, Ov. M. 14, 245. ut, dum vincit acie, iustissimo lenior, post vi-

ctoriam audito fuerit crudelior, Vell. 2, 25, 3. in provinciales iustissimus, Eutr. 10, 16; conditiones pacis, quas et Caesar iustissimo animo postulabat, Vell. 2, 48, 5.

II) object., angemessen, entsprechend, passend, gebührend, triftig, giltig, begründet, gehörig, recht, richtig, gerecht, wirklich, 1) im Allg.: fundi Germanos acie et iustis locis: iuvari silvis paludibus, Tac. A. 2, 5. nec adiri usquam ad iusti cursum poterat amnis, Liv. 1, 4, 4. praebebatque avido non iusta alimenta parenti, Ov. M. 8, 873. digitum iusto commodus orbe teras (anule), Am. 2, 15, 6. et cum levis armatura proelium tale ediderit, quid ab legionibus, quid ab iustis armis, quid ab animis fortissimorum militum expectari? Liv. 38, 22, 5. u. vgl. Tac. A. 14, 32. Curt. 4, 52 (13), 5. 9, 29 (7), 19. iusta pari premitur veluti cum pondere libra, Tibull. 4, 1, 41. u. vgl. Sen. Thyest. 859. labant curvae iusto sine pondere naves, Ov. M. 2, 163. u. vgl. Med. fac. 76. operumque laborem partibus aequabat iustis aut sorte trahebat, Virg. A. 1, 507. fuit forma quidem corporis iusta, Lamprid. Commod. 17. iusta statura, Suet. Tib. 68. Ner. 51. Galb. 21. dum iusta muri altitudo expleatur, Caes. BG. 7, 23, 4. quarum (navium) numerus erat satis magnus magnitudine quamquam non satis iusta ad proeliandum, Auct. BAl. 44. donec ad iustam magnitudinem perveniat (dens), Cels. 7, 12, 1. donec vineae iusti sint roboris, Col. 4, 21, 1. usque cano Nemesin, sine qua versus mihi nullus verba potest iustos aut reperire pedes, Tibull. 2, 5, 111. iustum sit necne poëma, Hor. Sat. 1, 4, 63. quae magnificentia triumphorum eius (Caesaris), quae fuerit munerum, ne in operis quidem iusti materia, nedum huius tam recisi digne exprimi potest, Vell. 2, 89, 1. u. so 2, 99, 3. 2, 103, 4. ordinem atrocissimae calamitatis - iustis voluminibus, ut alii, ita nos conabimur exponere: nunc summa deflenda est, 2, 119, 1. u. so 2, 48, 5. 2, 114, 4. iudicavisti te illam iustam eloquentiam - consequi non posse, Cic. Brut. 90, 309; — iusto produxit tempore partus, Calp. 10, 24. adveniet iustum pugnae, ne arcessite, tempus, Virg. A. 10, 11. haec quoque, cum iustos matura peregerit annos, iuris erit vestri, Ov. M. 10, 36. quid propero? Scythia est, quo mittimur, inquam, Roma relinquenda est: utraque iusta mora est, Tr. 1, 3, 61. cum - sarmenta iustam maturitatem ceperint, Col. 4, 23, 1. u. vgl. 10, 359. iustum praeterit ira modum, Ov. F. 4, 304 ultra iustum modum, Cels. 7, 12, 3. u. vgl. 3, 22. 4, 5. 7, 12, 3. quotiens factum non negatur, sed quia iusta ratione sit factum defenditur, Quint. 3, 6, 27. iusta pericli si ratio est et honesta, timent, Juv. 6, 94. mea causa causam hanc iustam esse animum inducite, Ter. Heaut. prol. 41. magna fuit subitae iustaque causa viae, Ov. Her. 17, 156. iusta doloris, Naevole, causa tui, Juv. 9, 90. vanis et inanibus militem magis, quam iustis formidinis causis moveri, Curt. 4, 47 (13), 5. hoc quoque in rerum naturam cadit, ut duos sapientes aliquando iustae causae in diversum trahant, Quint. 2, 17, 32. nec enim umquam atrocioribus populi R. cladibus magisve iustis indiciis adprobatum est non esse curae deis securitatem nostram, Tac. H. 1, 3. bonam atque iustam rem oppido inperas et factu facilem, Ter. Heaut. 4, 3, 26. u. vgl. Phorm. 1, 4, 4. incipio proponere mihi rem publicam iustam et iam suis nitentem viribus, Cic. ad Brut. 1, 4, 6. florem aetatis, inquit Hasdrubal, quem ipse patri Hannibalis fruendum praebuit, iusto iure eum a filio repeti censet, Liv. 21, 3, 4. si se officio fungi putet iusto atque debito, Cic. Tusc. 3, 31, 76. cunctus senatus populusque obviam egressus iustis omnibus hospitalibus privatisque et publicis fungitur officiis, Liv. 9, 6, 7. neque enim iustus sine mendacio candor apud bonos crimini est, Vell. 2, 116, 4. o fuge te tenerae puerorum credere turbae: nam causam iusti semper amoris habent, Tibull. 1, 4, 9. u. vgl. Sen. Thyest. 475. Eutr. 10, 7. iusto vatis ducta favore pii, Claud. Epist. 2, 23. tanta est fiducia formae: quae quamquam iusta est, cura tamen adiuvat illam, Ov. M. 2, 731. postulationem - ab iusto nasci timore, Auct. BG. 8, 48, 9. quos iustus in hostem fert dolor, Virg. A. 8, 500. tu fore tam iusta lentum Menelaon in ira - putas? Ov. Her. 17, 249. u. vgl. M. 6, 1. Virg. A. 10, 714. omnis furiis surrexit Etruria iustis, 8, 494. iustis odiis, Quint. 5, 13, 38. solane semper ero iustis exercita curis? Ov. M. 15, 768. ne subeant animo taedia iusta tuo, Pont. 4, 15, 30. si precibus - numina iustis victa remollescunt, M. 1, 377. u. vgl. 3, 406. iusta esset excusatio, quum cet., Cic. Or. 41, 140. nec dubito, quin haec, cum sit tam iusta, vocetur rustica iudicio nostra querella tuo, Ov. Her. 17, 11. nunc sera querellis haut iustis adsurgis, Virg. A. 10, 94. iustas da vocibus aures, VFlacc. 7, 419; — non mihi te licuit lacrimis perfundere iustis, Ov. Her. 11, 115. non publice tantum se premi imperio, sed singulos iustum pati servitium, Liv. 41, 6, 9. illi iusta cheragra contudit articulos, Hor. Sat. 2, 6, 15. canit deorum sanguinem, per quos cecidēre iusta morte Centauri, Od. 4, 2, 13; — si iustum est credi, Amm. 23, 6, 34. — *Compar.*: tua iustior aetas, ultra me inproperae ducant cui fila sorores, Sil. 3, 95. utrius iustius sit desiderium, Quint. 7, 1, 62. quidam, sicut Menander, iustiora posterorum quam suae aetatis iudicia sunt consecuti, 3, 7, 18. — *Superl.*: quarum (causarum) illa fuit iustissima, quod cet., Caes. BG. 4, 16, 1. Veneris iustissima cura, Virg. A. 10, 132. poenas dedit iustissimo exitu, Eutr. 10, 3. — *Subst.*: nam steriles nimium crasso sunt semine partim et liquido praeter iustum tenuique vicissim, Lucr. 4, 1240; häufiger: cum sua plus iusto carmina quisque probat, Ov. Pont. 3, 9, 8. at tibi ne vicinus Enipeus plus iusto placeat cave, Hor. Od. 3, 7, 22. nisi nobis plus iusto nostra placet causa, Liv. 22, 59, 2. modo plus iusto, modo non amplius assumere, Cels. 1, 1. u. so 3, 22. testiculus magis iusto dependet, 7, 18. u. vgl. hier: illa tamen iusta plus tibi parte favet, Ov. Her. 21, 8. und: ipse tibi iam bracchia contrahit ardens scorpius et caeli iusta plus parte relinquit, Virg. G. 1, 34.

plura iusto concipiens interim spiritus, Quint. 2, 4, 4. fecundum faciebat amor quotiensque rogabat ulterius iusto, Prognen ita velle ferebat, Ov. M. 6, 469. gravius Saturnia iusto nec pro materia fertur doluisse, 3, 333. umida (terra) maiores herbas alit ipsaque iusto laetior, Virg. G. 2, 251. Minucia Vestalis suspecta primo propter mundiorem iusto cultum, Liv. 8, 15, 7. plenior ut si quos delectet copia iusto, Hor. Sat. 1, 1, 56. liberior iusto nec mihi lingua fuit, Claud. Epigr. 24, 8. gloriae laudisque ut iusto maior cupido, ita cet., Curt. 10, 28 (5), 29; — iusta precor, Ov. Am. 1, 3, 1. si iusta peto, M. 13, 466. iusta impera! Sen. Oct. 461. operam exigendam, iusta praebenda, Cic. Off. 1, 13, 41. quaerat, an ex sua constitutione iusta percipiat (servus), Col. 1, 8, 18. novella vero, dum adolescit, nisi omnia iusta perceperit, ad ultimam redigitur maciem, 4, 3, 5. iusta enim fieri ne queunt, cum induruit ager, Col. 2, 4, 7. tertio deinde die levis adiungitur, labor et paulatim ad iusta perducitur, 6, 14, 3. u. so 6, 30, 5. curabit villicus, ut iusta reddantur, 11, 1, 26. u. so 1, 8, 11. u. vgl. 12, 3, 6. u. mit Genit.: iumentis iusta operum reddentibus ordeum - praebetur, 6, 3, 3.

2) insbes. von dem was auf Recht u. Gesetz beruht, **gerecht, recht, mäßig, gesetzmäßig, gesetzlich,** a) im Allg.: non enim iusta ex causa vel necessaria videri potest postulasse eum, sed quadam accusandi voluptate, Quint. 11, 1, 57. nec ulli genti sine iustis et necessariis causis bellum intulit, Suet. Aug. 21. hanc communem omnium legem leviter adornabit ut iustam, Quint. 7, 1, 47. tentavitque (Sulla) iustis legibus et aequis condicionibus bellum componere, Vell. 2, 25, 1. domi industria, foris iustum imperium, Sall. C. 52, 21. u. vgl. Eutr. 10, 9. Amm. 14, 1, 4. donatur tribuniciae potestati, precarium non iustum auxilium ferenti, Liv. 8, 35, 5. iusta libertas, Suet. Aug. 40. ut semper tibi apud me iusta et clemens fuerit servitus, scis, Ter. Andr. 1, 1, 9. vitam istam multis suppliciis iustis debitisque ereptam fugae solitudinique mandare, Cic. Cat. 1, 9, 20. at illos verbera iustis adficiunt poenis et legum prima securis, Juv. 8, 267. u. vgl. Ov. Pont. 2, 8, 23. M. 8, 58. Juv. 8, 91. Catull. 64, 190. Phaedr. 4, 7, 20. Sil. 13, 367; — quidquid enim iustum sit, id etiam utile esse censent itemque quod honestum, idem iustum: ex quo efficitur, ut quidquid honestum sit, idem sit utile, Cic. Off. 2, 3, 10. Quirites, hoc puta, non iustum est: illud male: rectius illud, Pers. 4, 8; quanta poena affici sit iustum, Quint. 3, 6, 42. quaeque pertinent ad veritatem et ad fidem, ea migrare interdum et non servare fit iustum, Cic. Off. 1, 10, 31. — *Compar.*: iustior nunquam focis datus tuis est sanguis, arcitenens dea! Sen. Hipp. 708. neque enim video, quae iustior acquirendi ratio quam ex honestissimo labore et ab iis, de quibus optime meruerint, Quint. 12, 7, 10. — *Superl.*: quorum et fortuna atrox, ita causa fuit iustissima, Vell. 2, 15, 2. nam et suscipiendi ratio iustissima est officium et optandum etiam, ut amici quam minimas lites habeant, Quint. 12, 9, 7. iustissima centurionum cognitio est igitur de milite, Juv. 16, 17. fuit severissimarum iustissimarumque legum auctor, Vell. 1, 6, 3. imperium ex iustissimo atque optumo crudele intolerandumque factum, Sall. C. 10, 6. — *Subst.*: iustum omne continetur natura vel constitutione: natura, quod secundum cuiusque rei dignitatem: hinc sunt pietas, fides, continentia et talia, dann: constitutio est in lege, more, iudicato, pacto, Quint. 7, 4, 5. u. vgl. 12, 1, 41. nos iustum, pium, religiosum ceteraque his similia honesto complectimur, 2, 4, 38. ut perspicuum esse possit in ipso nomine legis interpretando inesse vim et sententiam iusti et veri legendi, Cic Leg. 2, 5, 12. de bono, utili, iusto disserere philosophiae officium esse dicunt, Quint. 2, 21, 12. nec natura potest iusto secernere iniquum, Hor. Sat. 1, 3, 113. scis etenim iustum gemina suspendere lance ancipitis librae, Pers. 4, 10. utilitas, iusti prope mater et aequi, Hor. Sat. 1, 3, 98. sub te reverentia iusti floruit, Calp. 8, 54. u. vgl. VFlacc. 1, 535. 5, 499. iusti tenax, Eutr. 9, 11; — de iustis quoque et iniustis tractare, Quint. 2, 15, 18. quae iusta ac vera sunt, 5, 14, 29. prope modum aequa et iusta dicebas, Cic. Phil. 2, 29, 72. an quisquam iudex est, qui possit noscere tua iusta, ubi tute verbum non respondeas? Ter. Phorm. 2, 1, 50. nec his quidem assenserim, qui laudativam materiam honestorum, deliberativam utilium, iudicialem iustorum quaestione contineri putant, Quint. 3, 4, 16. quia non iusta iniusta prorsus omnia omnino obsequor, Ter. Ad. 5, 9, 33. u. vgl. Ov. M. 2, 627. Sen. Hipp. 429. — b) insbes. **rechtmäßig, gesetzlich, vorschriftmäßig, ordnungsmäßig, ordentlich, förmlich, formal,** subst. **das Vorschriftmäßige, Ordnungsmäßige, Förmliche, die Förmlichkeit,** iustus rex, Justin. 36, 4, 7. Curt. 5, 26 (9), 8. 7, 16 (4), 17. 10, 20 (6), 14. cum per tot menses vacua civitate nemo, iustine magistratus summae rerum praeessent, controversiam fecerit, Liv. 3, 40, 10. in agro Bruttio iusti ducis speciem nactus, 25, 1, 3. ille manus tendens, hinc stanti milite iusto, hinc coniuratis, talia dicta dedit, Ov. F. 5, 571. u. so: miles, Liv. 24, 14, 4. milites, Suet. Galb. 12. exercitus, Liv. 6, 31, 6. Vell. 2, 61, 2. Tac. H. 4, 21. cum iusto enim et legitimo hoste res gerebatur, Cic. Off. 3, 29, 108. u. so: hostes, Liv. 42, 8, 6; ut - veteranorum iustaeque militiae commoda voluntariis polliceretur, Suet. Vit. 15. quibus aetas et iusta stipendia, Tac. H. 4, 46. iusta vir arma movet, Ov. Her. 5, 98. u. so: arma, F. 3, 710. M. 7, 458. Sil. 12, 470. ne quid divini humanive obstet, quo minus iustum piumque de integro ineatur bellum, Liv. 9, 8, 6. u. so 29, 31, 11. 42, 18, 1. suos quasi ad iustum proelium paucis adhortatus, Curt. 3, 34 (13), 8. si iusta ac si recta pugna esset, Liv. 22, 28, 13. exploratum habeo non vigiliarum ordinem, non stationes iustas esse, 25, 38, 16. eo die castra movet iustumque iter conficit, Caes. BC. 1, 23, 5. u. so 3, 76, 1. victoria iusta imperator appellatus apud Issum, Cic. Fam. 2, 10, 3. erat angusti animi atque demissi iusti triumphi hono-

rem dignitatemque contemnere, Pis. 24, 57. u. so Hor. Od. 1, 12, 53. Suet. Aug. 38. Calig. 48. Claud. 17; — Metellus ille honoratus quattuor filiis, at quinquaginta Priamus, e quibus septendecim iusta uxore natis, Cic. Tusc. 1, 35, 85. u. so Suet. Cal. 24. Vesp. 3. u. iusta coniux, Sen. Oct. 131; hunc iusta matre familiae, illum paelice ortum esse, Liv. 39, 53, 3. iustosque pati hymenaeos, Virg. G. 3, 60. iustum matrimonium, Justin. 10, 1, 1. Suet. Ner. 28; — dixit graviter casum illum meum funus esse rei publicae, sed funus iustum et indictum, Cic. Prov. cons. 18, 45. iustis funeribus confectis, Caes. BG. 6, 19, 4. i. testamentum, Quint. 5, 14, 16. iustus heres, Justin. 15, 2, 14; — retentis ultra iustum tempus insignibus, Suet. Tib. 4. censuēre non expectandum iustum tempus comitiorum, Liv. 5, 9, 1. iusti dies, vgl. XII. tabb. b. Cic. Leg. 2, 9, 21. u. in anderer Beziehung, PDiac. p. 103. Macrob. Sat. 1, 16, 15. iustum et legitimum munus, Suet. Claud. 21. — *Comp.*: regem autem se Macedoniae vel aetatis experimentis vel causis iustiorem esse, Justin. 16, 1, 11; estne marito matronae peccantis in ambo iusta potestas? in corruptorem vel iustior, Hor. Sat. 2, 7, 61. iustiore altero deinde proelio ad octavum lapidem Gabina via - vincuntur, Liv. 5, 49, 6. — *Superl.*: populi R. iustissimum esse in Gallia imperium, Caes. BG. 1, 45, 3. iustissimum triumphum Romae egit, Eutr. 5, 7. u. so Vell. 2, 47, 1. — *Subst.*: consules exercitum scribere armare educere placet nec prius ingredi hostium fines, quam omnia iusta in deditionem nostram perfecta erunt, Liv. 9, 8, 7. operi aliisque iustis militaribus ita adsuefecit, ut brevi rex non equiti magis fideret quam pediti, 24, 48, 12. u. mit Genit.: omnia solennia ac iusta ludorum - summa cum caerimonia esse servata, Cic. Har. resp. 10, 21; bes. bei Leichenbegängnissen: nec caelestes modo caerimonias sed iusta quoque funebria placandosque manes, ut idem pontifex edoceret, Liv. 1, 20, 7. iusta funerum reiicit ad interpretes religionum, Cic. Leg. 2, 26, 67; ille uxori iusta fecit, Plaut. Cist. 1, 3, 28. iusta magnifice fecerunt, Sall. J. 11, 2. iusta Catilinae facta sunt, Cic. Flacc. 38, 95. u. so Leg. 2, 22, 57. iusta sibi faciunt, Sen. Ep. 20, 5, 3 (122). u. vgl.: iusta Troiae facite, Sen. Troad. 64. hanc, quia iusta ferunt, dixēre feralia lucem, Ov. F. 2, 569. lucemque remuria dicit illam, qua positis iusta feruntur avis, 5, 479. u. so VFlacc. 5, 6. germanae iusta dat ante suae, Ov. F. 3, 560. dederat miseris omnia iusta rogis, 6, 492. omnia reddita caesis iusta, VFlacc. 3, 366. nunc iusta nato solve, Sen. Hipp. 1245. iusta soluta Remo, Ov. F. 5, 452. qui nondum etiam omnia paterno funera iusta solvisset, Cic. SRosc. 8, 23. u. so Curt. 6, 22 (6), 19. 10, 19 (6), 7. 3, 31 (12), 15. iusta persolvi patri, Sen. Oed. 997. corporis uxoris eius iustis persolutis, Curt. 4, 45 (12), 2. ad praestanda ei (regis corpori) iusta, 10, 27 (8), 18. iusta sorori non praestitit, Sen. Cons. ad Polyb. 17, 4. cum - iusta peragerent, Plin. 2, 109 (112), 248. avo iusta implevit, Capitol. Anton. phil. 6. famulis pia iusta moratis, VFlacc. 1, 459.

3) *Adv.* in beiden Beziehungen: **iuste**, angemessen, gebührend, gehörig, recht, richtig, gerecht, rechtmäßig, ut nemini parere animus bene informatus a natura velit nisi praecipienti aut docenti aut utilitatis causa iuste et legitime imperanti, Cic. Off. 1, 4, 13. quod iure dicimur fecisse, non hunc solum intellectum habet, ut lege, sed illum quoque, ut iuste fecisse videamur, Quint. 3, 6, 45. quum aliquid clementer, mansuete, iuste, moderate, sapienter factum, Cic. Marcell. 3, 9. Agricola naturali prudentia, quamvis inter togatos, facile iusteque agebat, Tac. Agr. 9. nec piget dicere, avide magis hanc insulam populum R. invasisse, quam iuste, Amm. 14, 8, 15. iuste aestimantibus regem liquet cet., Curt. 10, 18 (5), 26; — *compar.*: saepe impetravit veniam confessus reus: quanto innocenti iustius debet dari! Phaedr. 3. epil. 23. quae (brevitas) commendari tanto debet iustius, quanto poëtae sunt molesti validius, 4. epil. 8. quanto curam sumptumque minorem haec habeant, tanto reprehendi iustius illis, quae nisi divitibus nequeant contingere mensis, Hor. Sat. 2, 4, 85. multoque ego iustius aevum exul agam, quam me videant Capitolia regem, Ov. M. 15, 588; cuius culpae reus nemo iustius quam ipse fuisset, Liv. 44, 7, 9. iustius enim tunc petere ea quisque videtur a iudice, quae aliis ipse praestiterit, Quint. 6, 1, 22. quo iustius peto, primum ut errori, si quis est error, tribuas veniam, deinde cet., Plin. Ep. 8, 14, 10. nam quo constantius ore laudamur vestro, iustius ille timet, Ov. Her. 17, 167. sed quis eam (quaestionem) iustius explicabit quam tu, Tac. Or. 16; — *superl.*: quod quidem (nomen) usurpasset iustissime, si cet., Vell. 2, 27, 5. ut-quod de Pericle veteris comoediae testimonium est, in hunc transferri iustissime possit, Quint. 10, 1, 82. at hoc ipsum, inquies, inique facis, qui hostilis animi in rem publicam homines cives appelles: immo iustissime, Cic. ad Brut. 1, 4, 2.

iūtum, iūtus, s. iuvo.

iŭvāmen, ĭnis, *n.*, d. Hülfe, i. ferre, Mac. Florid. 11. de beton. 431.

iŭvāmentum, i, *n.*, die Hülfe, i. praestare, Veg. 4, 25, 3.

iŭvĕnālis, e, der Jugend angemessen, - entsprechend, jugendlich, mihi quae fuerint iuvenali in corpore vires, Virg. A. 5, 475. u. so 12, 221. dum valida ac iuvenalia membra sufficiunt galeae, Juv. 11, 5. ei mihi! cur umquam iuvenalibus acta lacertis Phrixeam petiit Pelias arbor ovem? Ov. Her. 12, 7. obvius huic venias hederā iuvenalia cinctus tempora, Am. 3, 9, 61. quantum et quale latus! quam iuvenale femur! 1, 5, 22. cum iuvenalibus annis luxuriant animi, F. 5, 273. ipsum autem sumptis Priamum iuvenalibus armis ut vidit cet., Virg. A. 2, 518. u. vgl. Sil. 2, 312. in iuvenali armorum certamine pars nostra non inferior fuerat, Liv. 40, 14, 2. pars in iuvenales lusus lasciviamque versi, 37, 20, 5. ab nocturno iuvenali ludo in castra redeunt, 1, 57, 10. obstitit inceptis tumidum iuvenalibus aequor, Ov. Her. 18, 35. tu mihi dictasti iuvenalia carmina primus, Pont. 3, 3, 29.

festo die invitatio benigna et hilaritas iuvenalis utrosque in vinum traxit, Liv. 40, 7, 2. mihi mens iuvenali ardebat amore, Virg. A. 8, 163. expertes iuvenalium inter fratres certaminum, Liv. 40, 8, 4. cum C. Sulpicius Galba iuvenalem famam apud principem popinarum poenis aucupatus questus esset in senatu cet., Plin. 33, 2 (8), 32; — insbes.: adiecit diem Saturnalibus appellavitque iuvenalem, Suet. Calig. 17. spectaculorum plurima et varia genera edidit: iuvenales, circenses, scenicos ludos, gladiatorium munus: iuvenalibus senes quoque consulares anusque matronas recepit ad lusum, Ner. 5. instituit ludos iuvenalium vocabulo, in quos passim nomina data, Tac. A. 14, 15. nam adhuc per domum aut hortos cecinerat iuvenalibus ludis, 15, 33. de proprio illum per quadriduum ludos scaenicos et iuvenalia edidisse, Treb. Poll. Gord. 4. — *Adv.*: **iuvenaliter**, nach Art der Jünglinge, jugendlich, venatum in silvas iuvenaliter ire solebam, Ov. M. 7, 805. iuv. artus corripit, AA. 3, 733. inque latus campi, quo tardius ira rediret, iecit ab obliquo nitidum iuv. aurum, M. 10, 674. quo videar quamvis nimium iuv. usus, grande tamen toto nomen ab orbe fero, Tr. 2, 117.

iūvenca, ae, *f.*, s. iuvencus.

iūvenculus, a, ganz jung, subst. ein ganz junges Mädchen, i. viduae, od. subst., Tert. Monog. 13. Hieron. in Isai. 3, 7, 14.

iūvencus, a (vgl. *Curtius* Grundz. II. p. 163; *gen. pl.*: iuvencûm, subst., Virg. A. 9, 609. Stat. Theb. 4, 409), jung, I) als *Adj.*: inter equas ubi equus florenti aetate iuvencus pinnigeri saevit calcaribus ictus amoris, Lucr. 5, 1074. ex iis (gallinis) iuvencae plura quam veteres, sed minora, et in eodem fetu prima ac novissima, Plin. 10, 53 (74), 146. — II) *Subst.* 1) im *masc.*, ein junger Stier (vgl.: primum in bubulo genere aetatis gradus dicuntur quatuor: prima vitulorum, secunda iuvencorum, tertia boum novellorum, quarta vetulorum, Varr. RR. 2, 5, 6), a) eig., mit *Attrib.*: celsus, Claud. III. cons. Hon. 82. tener, Sen. Troad. 598. pulcher, Virg. A. 5, 399. robus, Juv. 8, 155. velatus auro vittisque, Virg. A. 5, 366. u. vgl.: aurata fronte iuv. candens, 9, 626. pugnator, 11, 680. infamis, Hor. Od. 3, 27, 45. petulans, Sen. Hipp. 304. Getici, Ov. Pont. 1, 8, 55. Pyrenaei, Claud. in Eutr. 1, 406. innumeri, Tibull. 1, 1, 21. teneri, Ov. Her. 4, 21. nitidi, Claud. Idyll. 1, 60. nivei, Virg. G. 1, 15. Ecl. 6, 46. nigrantes terga, A. 5, 99. 6, 243. rudes operum, Ov. F. 1, 83. fortes ad aratra, Virg. G. 3, 50. meriti, 2, 515. validi, 2, 237. tardi, 2, 206. luctantes, 2, 357. profugi, VFlacc. 3, 58. semineces, Claud. BGild. 360. — *Verbindungen* im *log. Subj.*: timidum iuvencus adplicat matri latus, Sen. Troad. 599. ludit prato liber aperto nondum rupta fronte iuvencus, Herc. fur. 141. magna gerunt grege pro toto bella iuvenci, Hipp. 340. u. vgl.: sic armenta suo iam defensante iuvenco celsius assurgunt erectae cornua matri, Claud. in Eutr. 1, 386. colla rudes operum praebent ferienda iuvenci, quos aluit campis herba Falisca suis, Ov. F. 1, 83. tempore difficiles veniunt ad aratra iuvenci, AA. 1, 471. tua cum multi versarent iura iuvenci, Prop. 5 (4), 1, 129. hanc (vitem) nulli agricolae, nulli coluere iuvenci, Catull. 62, 53. u. vgl. 54. aspice, aratra iugo referunt suspensa iuvenci, Virg. Ecl. 2, 66. iuvenci sudavēre mihi, Claud. in Eutr. 1, 406. huc ipsi potum venient per prata iuvenci, Virg. Ecl. 7, 11. ante aras terram caesi stravēre iuvenci, A. 8, 719. profugi sternunt dumeta iuvenci, VFlacc. 3, 58. cui pinguia Ceae ter centum nivei tondent dumeta iuvenci, Virg. G. 1, 14. discam Getici quae norunt verba iuvenci, Ov. Pont. 1, 8, 55; — im *log. Obj.*: seu poposceris centum iuvencos, Hor. Epod. 17, 39. ternos optare iuvencos (dat), Virg. A. 5, 247. quattuor hic primum nigrantes terga iuvencos constituit, 6, 243. flectere luctantes inter vineta iuvencos, G. 2, 357. nec ante tertium neque post quintum annum iuvencos domari placet, Col. 6, 2, 1. per devia rura iuvencos agunt, Ov. F. 2, 369. teneros laedunt iuga prima iuvencos, Her. 4, 21. it tristis arator maerentem abiungens fraterna morte iuvencum, Virg. G. 3, 517. state coronati plenum ad praesepe iuvenci, Ov. F. 1, 663. grege de intacto septem mactare iuvencos, Virg. A. 6, 38. obrue mactati corpus tellure iuvenci, Ov. F. 1, 377. u. so M. 5, 122. caedit binos de more bidentes totque sues, totidem nigrantes terga iuvencos, Virg. A. 5, 97. iam nunc sollemnes ducere pompas ad delubra iuvat caesosque videre iuvencos, G. 3, 22. u. so 2, 537. Suet. Dom. 8. in montes sese avius abdidit altos occiso pastore lupus magnove iuvenco, Virg. A. 11, 811. rituque iuvencos Chaldaeo stravere magi, Claud. Laud. Stil. 1, 60. bellum etiam pro caede boum stratisque iuvencis bellumne inferre paratis? Virg. A. 3, 247. pars e divulso iactabant membra iuvenco, Catull. 64, 257. deficit pastor grege diminuto tabidos inter moriens iuvencos, Sen. Oed. 147. u. vgl. Claud. Rapt. Pros. 3, 168; — im *Dativ.*: non ut iuvencis illigata pluribus aratra nitantur meis, Hor. Epod. 1, 25. mollescunt colla iuvencis, Catull. 64, 38. ambobus iam cornua fracta iuvencis, VFlacc. 1, 36. cui pellis latos umeros erepta iuvenco pugnatori operit, Virg. A. 11, 679; — im *Genit.*: sarmenta in cornibus iuvencorum deligata incendit, Nep. Hann. 5, 2. omne aevum ferro teritur versaque iuvencûm terga fatigamus hasta, Virg. A. 9, 609. omnes ad terga iuvenci constiterant, Ov. F. 5, 531. adversi contra stetit ora iuvenci, Virg. A. 5, 477; crebra revisit (mater) ad stabulum desiderio perfixa iuvenci, Lucr. 2, 359; — im *Ablat.*: validis terram proscinde iuvencis, Virg. G. 2, 237. non ullo ex aequore cernes plura domum tardis decedere plaustra iuvencis, 2, 205. est in iuvencis, est in equis patrum virtus, Hor. Od. 4, 4, 30. — b) übtr., vom Minotaurus, Claud. VI. Cons. Hon. 634. u. vgl. in Rufin. 1, 289; vom Meerkalb, aequorei, Sil. 5, 132. viridis, Claud. Nupt. Hon. et Mar. 164; vom Stier des Phalaris, Pers. 3, 39. Claud. BGild. 186. in Eutr. 1, 166; von Menschen = Jüngling, Sohn, te suis matres metuunt iuvencis, Hor. Od. 2, 8,

21. — c) meton., vom Rindsleder, caesus, Lucan. 4, 132. emeritus, Stat. Theb. 3. 590. caesi, Claud. in Rufin. 2, 128. u. vgl. 2, 386. — 2) im *fem.* iuvenca, ae, *f.*, die junge Kuh, Färse, das Rind, a) eig. (Ggstz. taurus, Ov. F. 4, 103. AA. 2, 485. Virg. A. 8, 207. Calp. 11, 26), mit *Attrib.*: formosa, Virg. G. 3, 219. nivea, Ov. M. 1, 652. niveae, Tibull. 3, 4, 67. sterilis, Ov. F. 5, 253. avidae, Virg. G. 2, 375. indomita, Catull. 63, 33. operum coniugiique rudis, Ov. F. 4, 336. votiva, Hor. Ep. 1, 3, 36. aurata, Juv. 6, 48. — *Verbind.* im *log. Subj.*: scis mille iuvencas esse mihi, Calp. 9, 35. pascuntur oves avidaeque iuvencae (frondem), Virg. G. 2, 375. cerva matrem sequitur, taurum formosa iuvenca, Calp. 11, 26. stat pecus omne metu mutum mussantque iuvencae, Virg. A. 12, 718. veluti iuvenca vitans onus indomita iugi, Catull. 63, 33. cadat ante meos icta iuvenca focos, Prop. 5 (4), 6, 2. iuvenca ferro semet opposito induit et vulnere uno cecidit, Sen. Oed. 341; — im *log. Obj.*: pascitur in vestrum reditum votiva iuvenca, Hor. Ep. 1, 3, 36. numquid in hac, Lycida, vidisti forte iuvencam valle meam? Calp. 3, 1. qui venit inventa non irritus ecce iuvenca, 3, 98. intacta totidem cervice iuvencas (delige), Virg. G. 4, 540. ante coronatam puppem sine labe iuvencam mactarunt, Ov. F. 4, 335. Iunoni caede iuvencam, Juv. 6, 48. tollit humo munus caesa prius ille iuvenca, quae dederat nulli colla premenda iugo, Ov. F. 3, 375. tibi caeruleis in litore vittis et Zephyris Glaucoque bovem Thetidique iuvencam deicit Ancaeus, VFlacc. 1, 190; — im *Ablat.*: hac prima Veneris calet ara iuvenca, 2, 331. — b) übtr., von der nachgebildeten Kuh, in welcher Pasiphae war, Suet. Ner. 12; von der in eine Kuh verwandelten Io, Pharia, Ov. F. 5, 619. Inachia, Virg. G. 3, 153. VFlacc. 4, 357. u. vgl. 349. 397. Claud. Nupt. Hon. et M. 112. Laud. Stil. 1, 312. und in Verwechselung mit ihr von der Isis, linigera, Ov. AA. 1, 77; endlich auch von einem jungen Mädchen, einer Jungfrau, circa virentes est animus tuae campos iuvencae, Hor. Od. 2, 5, 5. Graia iuvenca venit, quae te patriamque domumque perdat! Ov. Her. 5, 117.

iŭvĕnesco, iuvenui, ĕre, 1) kräftig heranwachsen, me tener solvet vitulus, relicta matre qui largis iuvenescit herbis in mea vota, Hor. Od. 4, 2, 54. iam senuit, ex quo iuvenuit, Tert. de exh. cast. 6. — 2) sich verjüngen, wieder jung werden, a) eig.: illius (puellae) ad tactum Pylius iuvenescere possit, Ov. Am. 3, 7, 41. fatis iuvenescere debent Callirrhoë geniti, M. 9, 431. — b) übtr., wieder kräftig werden, erstarken, rosa et quinquennium perfert non recisa nec adusta: illo enim modo iuvenescit, Plin. 21, 11 (40), 69. tunc fessa putri rubigine tela horrentesque situ gladios in saeva recurvant vulnera et attrito cogunt iuvenescere saxo, Stat. Theb. 3, 582. erexit subitas turres cinctosque coëgit septem continuo montes iuvenescere muro, Claud. VI. Cons. Hon. 535. te sospite fas est vexatum laceri corpus iuvenescere regni, Laud. Stil. 2, 202.

iŭvĕnīlis, e, jugendlich, tui, sidus iuvenile, nepotes per tua perque sui facta parentis eant, Ov. Tr. 2, 167; utque meum intonsis caput est iuvenile capillis, tu quoque perpetuos semper gere fronde honores, Ov. M. 1, 563. metasque tenetis, ante genas dulces quam flos iuvenilis inumbret, Claud. Prob. et Ol. cons. 68. corpus, si iuvenile, si firmum est, Cels. 5, 28, 12. sed pia Baucis anus parilique aetate Philemon illa sunt annis iuncti iuvenilibus, illa consenuēre casa, Ov. M. 8, 631. propter iuvenilem eius aetatem, Eutr. 6, 21. qui nostras praesenti numine terras perpetuamque regit iuvenili robore pacem, Calp. 4, 84. quacunque ingrederis, clamor iuvenilis et una femineae voces inpulsaque tympana palmis, Ov. M. 4, 28. iuvenilis ardor impetu primo furit, Sen. Oct. 188. iuv. calor, Quint. 2, 15, 28. ut nimis redundantes nos et superfluentes iuvenili quadam dicendi impunitate et licentia reprimeret, Cic. Brut. 91, 316. iuvenili impulsi licentia, Petron. 17, 8. iuv. abundantia, Quint. 12, 1, 20. ipsa enim illa iuv. redundantia multa habet attenuata cet., Cic. Or. 30, 108. iuv. cupiditate gloriae, Quint. 7, 2, 24. iuvenile vitium est regere non posse impetus, Sen. Troad. 254; übtr.: ipsa etiam cunctos gravis inclementia fati terruit et subiti praeceps iuvenile pericli, nil cunctante malo, Stat. Silv. 1, 4, 50; — *compar.*: suis semper iuvenilior annis, Ov. M. 14, 639; — *subst.*: integer et laetus laeta et iuvenilia lusi, Ov. Tr. 5, 1, 7. — *Adv.*: Hannibalem **iuveniliter** exsultantem patientia sua molliebat, Cic. Sen. 4, 10. iuv. dicta, Quint. 12, 6, 3. illo ignaro et iuv. hauriente auctam suspicionem, Tac. A. 4, 10.

iŭvĕnīlĭtas, ātis, *f.*, die Jugend, Varr. b. Non. p. 123, 8.

iŭvĕnis, is, jung, I) *Adj.*: qui veteres fagos, nova quam spectacula mavis cernere, quae patula iuvenis deus edit arena, Calp. 7, 5. iuveni primum virgo deducta marito inficitur teneras ore rubente genas, Tibull. 3, 4, 31. u. so Hor. Od. 3, 11, 37. est mihi filius iuvenis, Quint. 4, 2, 42. u. so Tac. A. 1, 3. iuveni senior praecepta daturus alumno, Calp. 5, 3. quid iuveni natam non tradis alumno? Claud. Nupt. Hon. et M. 44; — flebant populeae iuvenem Phaethonta sorores, VFlacc. 5, 429. nuntiat Helles et iuvenis Phrixi funera sorte peti, Ov. F. 3, 857. iuvenisque Coroebus Mygdonides, Virg. A. 2, 341. u. vgl. 12, 517. 5, 502. 9, 335. Ov. F. 4, 675. Suet. Aug. 19. 51. Tib. 22; — excidit, ut peterem iuvenes quoque protinus annos, Ov. M. 14, 139. u. so 7, 295; — nunc te prole tua iuvenem Germania sentit, Ov. Tr. 2, 229. tu iuvenis carusque deis, Calp. 8, 10. intonsa iuvenis perpetuum coma (Liber), Sen. Hipp. 753. triumviros agris dividendis colonisque deducendis creavit se socerumque suum, consularem Appium et Gaium fratrem admodum iuvenem, Vell. 2, 2, 3. vgl. Quint. 8, 3, 31. iuvenis adhuc consul factus est, Eutr. 4, 12. u. vgl. Quint. 12, 6, 6; — *compar.*: sed utinam, ut sacerdotium idem, ut consulatum multo etiam iuvenior quam ille sum consecutus, ita senex saltem ingenium eius aliqua ex parte adsequi possem! Plin. Ep. 4, 8, 5. quamvis iuvenior, quamvis robustior, adligari

se ac venire patitur, Tac. G. 24; — mox iuniores quaerit adulteros, Hor. Od. 3, 6, 25. nonaginta milia iuniorum peditum in armis erant, Curt. 9, 16 (4), 15; qui vel mense brevi vel toto est iunior anno, Hor. Ep. 2, 1, 43. — II) *Subst.* 1) *masc.*, ein junger Mann, Jüngling (von 20 bis 40 Jahren), auch collectiv von junger Mannschaft, Sil. 4, 219; mit *Gegensätzen*: nam fierent iuvenes subito ex *infantibu'* parvis, Lucr. 1, 186; hunc *puer*, hunc iuvenis turba circumstetit arta, Tibull. 1, 2, 95. maturius etiam puero, quam iuveni - dari debet (cibus), Cels. 3, 4. patientior est laboris natura pueris, quam iuvenibus, Quint. 1, 12, 10. institutio puerorum vel iuvenum, Suet. Gr. 23. sive quod ipse puer iuvenisque videris et media est aetas inter utrumque tibi, Ov. F. 3, 773. si puerum iuvenes, si multi fallitis unum, M. 3, 655. et adulti fere pueri ad hos praeceptores transferuntur, et apud eos iuvenes etiam facti perseverant, Quint. 2, 2, 3; me iuvenum pictae facies, me nomina laedunt, me tener in cunis et sine voce puer, Prop. 2, 6, 9. ne forte seniles mandentur iuveni partes pueroque viriles, Hor. AP. 176. pueri proximeque his - senes iuvenes, Cels. 2, 1. inediam facillime sustinent mediae aetates, minus iuvenes, minime pueri et senectute confecti, 1, 3. quo fit, ut etiam minus saepe in muliere, quam in viro, minus saepe in puero vel sene, quam in iuvene, manus dimovendae sint, 2, 14. et infirmitas puerorum et ferocitas iuvenum et gravitas iam constantis aetatis et senectutis maturitas, Cic. Sen. 10, 33; cur me iuvenemque *virum*que nec iuvenem nec me sensit amica virum? Ov. Am. 3, 7, 19. ideo ipsum non iuvenes designasse - sed viros, Suet. Ter. 4; maxima pars vatum, *pater* et iuvenes patre digni decipimur specie recti, Hor. AP. 24. hos (greges) tibi do senior, iuveni pater, ipse tuendos accipe, Calp. 5, 9; saecularibus ludis iuvenes utriusque sexus prohibuit ullum nocturnum spectaculum frequentare, nisi cum aliquo *maiore natu* propinquorum, Suet. Aug. 31; non aliquis iuvenis aut unus e vulgo, sed *senes* et prudentissimi, Quint. 8, 4, 21. inter senem iuvenemque, sed propior seni (occidit), Sen. Oed. 775. successurum iuvenem seni, hoc est ipsum Neroni; Suet. Galb. 8. mixta senum ac iuvenum densentur funera, Hor. Od. 1, 28, 19. u. vgl. Ov. F. 1, 41. vos quoque, senum praesidia, tot iuvenes, meo pendete collo, Sen. Thyest. 523. hic (Cupido) iuveni detraxit opes, hic dicere iussit limen ad iratae verba pudenda senem, Tibull. 2, 1, 73. laetitia iuvenem, frons tristis decet senem, Sen. Hipp. 454. pars putat, ut ferrent iuvenes suffragia soli, pontibus infirmos praecipitasse senes, Ov. F. 5, 633. mox iuvenes agitare iocos et pollice honesto egregios lusisse senes, Pers. 6, 5. nunc iuvenum princeps, deinde future senum, Ov. AA. 1, 194. omnis aetas pariter et sexus ruit, iuvenesque senibus iungit, Sen. Oed. 53. iuvenes venere protervi lascivique senes, Claud. in Eutr. 2, 326. u. vgl. Idyll. 7, 27. haec recinunt iuvenes dictata senesque, Hor. Ep. 1, 1, 55. ad invitandos in libidinem iuvenes senesque, Suet. Cal. 41. petite hinc, iuvenesque senesque, finem animo certum, Pers. 5, 64. primorum manus ad portas iuvenumque senumque prosequitur votis, Virg. A. 9, 309. cum me Veneris praecepta ferentem deducat iuvenum sedula turba senum, Tibull. 1, 4, 79. hanc animo gaudente vident iuvenumque catervae commemorant merito tot mala ferre senem, 1, 6, 81. quibus iuvenibus fluxit alvus, plerumque in senectute contrahitur: quibus in adolescentia fuit adstricta, saepe in senectute solvitur: melior autem in iuvene fusior, in sene adstrictior, Cels. 1, 3. in fabulis iuvenum, senum, militum, matronarum gravior ingressus est, Quint. 11, 3, 112; si iuvenis erit - si *senior*, Cels. 2, 7. nec gradus aetatisve pudor senioribus obstat, ne iuveni parere velint, Claud. Laus. Ser. reg. 200; si iuvenis *vetulo* non adsurrexerat et si barbato cuicumque puer, Juv. 13, 55; et iuveni ardenti castam donare *puellam*, Catull. 62, 23. iuvenum series teneris immixta puellis ludit, Tibull. 1, 3, 63. u. vgl.: tu fero iuveni in manus floridam ipse puellulam dedis e gremio matris, Catull. 61, 56; vos enim iuvenes animum geritis muliebrem, illa *virgo* viri, Poët. b. Cic. Off. 1, 18, 61. decorae supplice vitta virginum matres iuvenumque nuper sospitum, Hor. Od. 3, 14, 7. u. vgl.: electos iuvenes simul et decus innuptarum Cecropiam solitam esse dapem dare Minotauro, Catull. 67, 78. u. so 62, 6; his Laodamia it comes et iuvenis quondam, nunc *femina*, Caeneus, Virg. A. 6, 447. — Mit *Attribut.*: Aesonius, VFlacc. 7, 188. Threicius, Ov. Pont. 2, 9, 52. Tirynthius, F. 2, 305. Dardanius, Virg. A. 9, 88. Hyantius, Ov. M. 3, 146. Arcadius, Juv. 7, 160. Pellaeus, 10, 168. Trinacrii, Virg. A. 5, 300. Tarentini, Quint. 6, 3, 10. Veronenses, Catull. 100, 2. Massili, Enn. A. 605; — abietibus patriis et montibus aequi, Virg. A. 9, 674. specie excellens, Vell. 2, 7, 2. egregius forma, Virg. A. 6, 861. praestans animi, 12, 19. egregius, 5, 361. nobiles, Cic. Sen. 10, 29. imberbus, Hor. AP. 161. adultus, Amm. 22, 2, 5. integri, Curt. 7, 5 (1), 37. robusti, Cels. 3, 21. Quint. 2, 2, 52. fortissimi, Curt. 7, 10 (2), 37. 7, 22 (5), 21. invictus, Prop. 1, 20, 23. firmus, Hor. Epod. 12, 3. impiger, Curt. 3, 6 (3), 1. promptissimus, Suet. Rhet. 1. promptissimi, Curt. 8, 40 (11), 9. pernicissimi, 7, 41 (11), 7. bellicosi, Quint. 5, 12, 21. expertes belli, Virg. A. 10, 173. superbus, 3, 326. ferus, Catull. 61, 56. Sen. Hipp. 273. violentus, Herc. fur. 43. ardens, Catull. 62, 23. fervidi, Hor. Od. 4, 13, 26. Sen. Phoen. 411. protervi, Hor. Od. 1, 25, 4. Claud. in Eutr. 2, 326. vecordes, Sen. Phoen. 291. immemor, Catull. 64, 58. exanimus, Virg. A. 11, 51; — tuae sortis iuv., Hor. Od. 4, 11, 21. adultae lanuginis iuv., Amm. 16, 12, 25. commodae indolis iuv., Eutr. 10, 6. generosae indolis iuvenes, Sen. Ep. 8, 2, 19 (71). iuv. infandi ingeni, Sen. Oct. 151. iuvenes bonae mentis, Quint. 2, 12, 12. constantis iuv. fide, Hor. Od. 3, 7, 4. tantae admirationis iuv., Eutr. 8, 11; — iuvenes sparsi pulvere, sudore multo diffluentes, corpore humanam supra formam, Phaedr. 4, 25, 22. iuvenes gemini an-

gustiore forma, Suet. Ner. 1. prima etiam dum lanugine iuv., Amm. 24, 1, 10. — Mit *Genit.*: prodita laxabant portarum claustra tyrannis exulibus iuvenes ipsius consulis, Söhne, Juv. 8, 261. telluris iuvenes, Hor. Od. 2, 12, 4. — *Verbindungen*: non tantum, dum adolescit iuvenis - sed etiam cum est consummatus ac iam in foro clarus, Quint. 10, 5, 14. iuvenis erat primo aetatis flore pubescens, Curt. 7, 6 (2), 4. si iuv. imbecillus est, Cels. 2, 10. simul ac iuvenes esse coeperunt, magna spectare et ad ea rectis studiis debent contendere, Cic. Off. 3, 13, 45. iuvenes nondum scholam egressi, Quint. 5, 10, 96. iuvenes, qui convivere solebant, constituerunt, ut cet., 7, 3, 31. u. so im log. Subj.: Tibull. 1, 2, 17. 1, 8, 31. 3, 4, 23. Virg. G. 1, 500. 4, 360. A. 5, 331. 6, 760. 7, 435. 9, 16. 554. 806. 10, 445. 796. 11, 530. 712. 765. 12, 149. Ov. F. 1, 371. 477. 3, 437. 6, 735. 739. Hor. Sat. 1, 2, 34. Od. 3, 9, 3. Juv. 8, 51. 14, 6. Calp. 7, 12. Sen. Thyest. 309. Claud. VI. Cons. Hon. 547. u. iuvenes, Tibull. 2, 4, 41. Virg. A. 7, 161. Ov. F. 2, 768. 5, 59. Hor. Sat. 2, 3, 196. Juv. 11, 201. 14, 107. Cic. dOr. 2, 86, 353. u. Anh.; — dic tamen, o iuvenis studiorum plene meorum, ecquid cet., Ov. Pont. 3, 5, 37. u. so im Vocat., Virg. A. 12, 19. 10, 793. Calp. 4, 10. Sen. Herc. Oet. 1653. hoc agite, o iuvenes, Juv. 7, 20. u. vgl. Catull. 62, 1. Virg. A. 1, 321. 627. 2, 348. 8, 112. 273. 9, 51. qui iuvenes! 6, 771; — vellem suscepisses iuvenem regendum: pater enim nimis indulgens, quidquid ego astrinxi, relaxat, Cic. Att. 10, 6, 2. quae per viginti annos erudiendis iuvenibus impenderam, Quint. 1. Prooem. 1. sive cupis iuvenem, iuvenes tibi mille placebunt, Ov. AA. 1, 63. iuvenis praelatus Iarbae, Juv. 5, 45. lecti iuvenes, Argivae robora pubis, Catull. 64, 4. u. vgl. Virg. A. 5, 729. 8, 179. 10, 137. electi, Catull. 64, 78. neu iuvenes celebret multo sermone, caveto, Tibull. 1, 6, 17. ipsos nominatim iuvenes, pari comitate utrumque, nunc laudibus nunc promissis onerat, Liv. 10, 14, 12. quod me Lucanae iuvenem commendet amicae, Hor. Ep. 1, 15, 21. iuvenes confusa adhuc quaedam et quasi turbata non indecent, Plin. Ep. 3, 1, 2. u. so im log. Object: Catull. 64, 181. Tibull. 1, 9, 55. Prop. 4. 6 (3, 7), 23. Virg. Ecl. 1, 43. G. 4, 423. 522. A. 2, 57. 5, 361. 7, 531. 780. 10, 464. 686. 815. 11, 67. 12, 598. Hor. Od. 1, 2, 41. 4, 2, 21. 4, 5, 11. Ov. F. 2, 697. 785. 4, 855. 5, 391. Her. 12, 29. Calp. 1, 43. 4, 137. Juv. 2, 50. 8, 71. 14, 251. VFlacc. 1, 153. 2, 554. 3, 352. 7, 315. 345. u. im Plur. Virg. G. 4, 477. A. 6, 308. Hor. Od. 1, 6, 17. Ov. F. 2, 725. Am. 2, 5, 22. Juv. 14, 121. VFlacc. 1, 78. 721. Suet. Aug. 49. Justin. 7, 3, 6. u. Anh.; — im *Dativ.*: iuveni sors pulchrior omni, VFlacc. 6, 313. grata nunc iuveni venus, Sen. Hipp. 448. unus Pellaeo iuveni non sufficit orbis, Juv. 10, 168. u. vgl. Catull. 61, 56. 62, 23. 64, 214. Tibull. 1, 9, 71. 3, 5, 6. 3, 4, 31. Virg. A. 3, 610. 5, 172. 7, 420. 456. 446. 10, 622. 11, 76. 123. 879. Hor. Ep. 1, 8, 14. Ov. F. 6, 747. Juv. 14, 23. 235. Sen. Hipp. 825. Suet. Caes. 71. u. Anh.; — im *Genit.*: iuvenis specie laetare tui, Juv. 10, 310. victrices catervae consiliis iuvenis revictae, Hor. Od. 4, 4, 23. primitiae iuvenis miserae bellique propinqui dura rudimenta, Virg. A. 11, 156. indicto matrimonio iuvenis, Suet. Claud. 15; — aliquis iuvenum, Ov. F. 6, 113. unus et alter, Juv. 14, 33. medius, Ov. F. 5, 67. maior, der ältere, Hor. AP. 366. iuvenum belloque togaque maxime, Ov. Pont. 2, 1, 61. primi, Virg. A. 7, 468. 8, 105. 9, 785. iuv. confidentissime, G. 4, 445; — rectores iuvenum, A. 9, 173. cultor, Pers. 5, 63. enitescis pulchrior multo iuvenumque prodis publica cura, Hor. Od. 2, 7, 6; — in iuvenum membris animosus cernitur horror, Claud. Idyll. 7, 13. lacerti, Ov. M. 4, 707. u. vgl. VFlacc. 3, 163. manus, Schaar, Virg. A. 5, 499. 6, 5. 10, 167. 498. caterva, 1, 497. catervae, Tibull. 1, 6, 81. Hor. Od. 3, 20, 5. turba, Tibull. 1, 4, 80. coetus, Enn. trag. 150. chorus, Virg. A. 8, 287. examen, Hor. Od. 1, 35, 30. series, Tibull. 1, 3, 63. acies, Virg. A. 5, 563. convivia, Ov. F. 6, 779. Am. 3, 4, 47; Iunius est iuvenum, Ov. F. 6, 88; — Iunius e iuvenum nomine dictus. 5, 78. plurima sunt iuvenum discrimina, pulchrior ille hoc atque ille alio, multum hic robustior illo, Juv. 10, 196. flos, Catull. 100, 2. mirus amor iuvenum, quamvis abiēre tot anni, cet., Ov. Pont. 3, 2, 95. qui iuvenum miseros lusisset amores, Tibull. 1, 2, 98. u. vgl. iuvenum curas et libera vina referre (fidibus), Hor. AP. 86. cupido incessit animos iuvenum sciscitandi cet., Liv. 1, 56, 10. dum faciles animi iuvenum, dum mobilis aetas, Virg. G. 3, 165. illic saepe animos iuvenum rapuēre puellae, Ov. AA. 1, 243. sic animis iuvenum furor additus, Virg. A. 2, 355. u. vgl. 9, 249. talibus incensa est iuvenum sententia dictis, 12, 238. it tristis ad aethera clamor bellantum iuvenum, 12, 409. u. vgl. 11, 838. magno iuvenum et maerentis Iuli concursu, 12, 399. cum spes arrectae iuvenum, G. 3, 105; verborum vetus interit aetas et iuvenum ritu florent modo nata vigentque, Hor. AP. 61; — im *Ablat.*: quae me iuvene cantari ubique solebat, als ich noch ein Jüngling war, in meinen Jünglingsjahren, Quint. 8, 3, 76. u. so: Atreus, quem nobis iuvenibus doctissimi senes acuta prima dicere solebant, 1, 5, 24. — Als *Apposit.*: iuvenes possumus discere, possumus facilem animum et adhuc tractabilem ad meliora convertere, als Jünglinge, Sen. Ep. 18, 5, 27 (100). clarum auctorem iuvenis audivi, cum cet., Quint. 8, 5, 21. utor verbis iisdem, quae ex Afro iuvenis excepi, 10, 1, 86. u. öft. voverat hoc iuvenis tunc, cum pia sustulit arma, Ov. F. 5, 569. fecimus et nos haec iuvenes, Juv. 8, 163. iuvenis in Gallia et Illyrico multa strenue fecit, Eutr. 9, 8. aspera militiae iuvenis certamina fugi, Ov. Tr. 4, 1, 71. qui cum quereretur, quod iuvenis interiret, responsum ei ab incerto ferunt numine neminem plus esse victurum, Treb. Poll. Claud. 2. — *Compar. subst.*, der Jüngere, cur tibi iunior laesa praeniteat fide, Hor. Od. 1, 33, 3. u. vgl.: doce vel iunior audi, als der Jüngere, Ep. 1, 17, 16. nisi hic Atharrias senex iuniores pugnam detrectantes revocasset, Curt. 8, 4 (1),

36. iuniores post Actiacam victoriam, etiam senes plerique inter bella civium nati, Tac. A. 1, 3. equester ordo cuneum Germanici appellavit qui iuniorum dicebatur, 2, 83. u. vgl. Curt. 5, 28 (10), 1. mitti iunioribus (sanguinem) - vetus est: in pueris vero idem experiri et in senioribus - vetus non est, Cels. 2, 10. quomodo igitur Asiam etiam cum istis iunioribus subiecisti? Curt. 8, 4 (1), 37. u. vgl. 5, 7 (2), 5. — II) als *fem.*, eine Jungfrau, animosque eiusdem pulchra iuvenis ceperat, Phaedr. 2, 2, 5. Cornelia iuvenis est et parere adhuc potest, Plin. 7, 36 (36), 122. da validis iuvenum pariter subigenda lacertis: sed iustum tritis uncia pondus erit, Ov. Med. fac. 75. u. vgl. iuvenes utriusque sexus, Suet. Aug. 31; auch: iuvenisque (ovis) habetur quinquennis, Col. 7, 3, 6.

iŭvĕnix, s. iunix.

iŭvĕnor, āri, jugendlich sich benehmen (νεανιεύεσθαι), silvis deducti caveant me iudice Fauni, ne velut innati triviis ac paene forenses aut nimium teneris iuvenentur versibus umquam, aut immunda crepent ignominiosaque dicta, in Versen sprechen, die eine gesuchte Feinheit verrathen, im Gegensatz zu dem einfachen Ausdruck, Hor. AP. 244.

iŭventa, ae, *f.* (im Hexameter nur am Ende), die Jugend (als Göttin, Ov. Pont. 1, 10, 12. M. 7, 241), das jugendliche Alter, der Menschen, Thiere u. Bäume, 1) eig., mit *Attribut.*: prima, Prop. 4, 4 (3, 5), 19. Virg A. 7, 51. 9, 181, Ov. F. 2, 6. 5, 525. Her. 3, 63. VFlacc. 1, 101. 3, 324. 4, 233. Claud. Laud. Stil. 1, 14. 2, 351. Suet. Dom. 12. Plin. 10, 55 (76), 154. perpetua, Virg. A. 4, 32. aeterna, Tibull. 1, 4, 37. viridis, Virg. A. 5, 295. Ov. AA. 3, 557. florens, Hor. AP. 115. valens, Catull. 61, 231. plena, VFlacc. 5, 257. luxurians, Claud. Laud. Stil. 2, 75. calida, Juv. 6, 369. Claud. BGet. 498. habilis, Tac. A. 4, 53. audax, VFlacc. 7, 512. gnava, Calp. 5, 11. segnis, 8, 60. inpubes sterilisque, VFlacc. 6, 694. arte retardata, Claud. in Eutr. 1, 44. tristis, Sen. Hipp. 449; modesta, Tac. H. 1, 53. dulcis, Hor. Od. 1, 16, 24. rosea, VFlacc. 5, 365. 8, 257. siderea, 8, 26. — *Verbindungen* im *log. Subj.*: iuventa eorum (elephantorum) a sexagesimo incipit, Plin. 8, 10 (10), 28. ista ego praeterita iactavi verba iuventa, Prop. 4, 10 (3, 11), 7. tibi enim inconsumpta iuventa est, Ov. M. 4, 17. quae mihi ventura est, siquidem ventura, senectus, cum desit numeris ipsa iuventa suis, Ov. Am. 3, 7, 17. rosea radiante iuventa, VFlacc. 8, 257. nec segnem passus nobis marcere iuventam saepe dabas meritae non vilia praemia Musae, Calp. 8, 60. iracundiam et cupidinem vini sicuti iuventa irritaverat, ita senectus mitigare potuisset, Curt. 10, 18 (5), 34. cum lusit numeris prima iuventa suis, Ov. F. 2, 6; — im *log. Obj.*: qui rure et procul coetu hominum iuventam egissent, Liv. 7, 5, 9. munere assidue valentem exercete iuventam, Catull. 61, 231. iam pro me gnavam potes exercere iuventam, Calp. 5, 11. heu sero revocatur amor seroque iuventa, cum vetus infecit cana senecta caput, Tibull. 1, 8, 41. reparavit morte iuventam, Claud. Laud. Stil. 2, 414; qui nostram ad iuventam duraverunt, Tac. A. 3, 16. citraque iuventam aetatis breve ver et primos carpere flores (auctor fuit), Ov. M. 10, 84; — im *Dativ.*: tu nunc mihi causa viarum sola: tuae venio-iuventae, VFlacc. 7, 223. cedamque tuae-iuventae, 1, 347; — im *Genit.*: quem veluti moderatorem iuventae filii sui Augustus esse voluerat, Vell. 2, 102, 1; membra decora iuventae, Virg. A. 4, 559. vixdum etiam primae spargentem signa iuventae, VFlacc. 4, 233. flore iuventae induimur vultus, Calp. 2, 90. u. so: flos iuv., VFlacc. 1, 101. Claud. Laud. Stil. 2, 351. in Rufin. 1, 140. Liv. 28, 35, 6. Curt. 3, 12 (5), 8. medio iuventae robore ille, hic flore, Liv. 40, 6, 4. nec pervertere iuventae robur Aloidae, Claud. BGet. 73. roseae perfudit luce iuventae (eum), VFlacc. 5, 365. lumenque iuventae purpureum, Virg. A. 1, 590. calidae rapuit te flamma iuventae, Claud. BGet. 498. si vigor iuventae inest, Liv. 1, 57, 7. hunc decus egregium formae movet atque iuventae, Virg. A. 7, 473. bona iuventae senectus flagitiosa oblitteravit, Tac. A. 6, 32. cara fuit coniunx primae, mihi cura iuventae cognita, Ov. F. 5, 525. u. so Calp. 9, 9. donec minor filius lubricum iuventae exiret, Tac. A. 6, 49; — im *Ablat.*: si quicquam tota commisi stulta iuventa, cuius me fatear paenituisse magis, Tibull. 4, 12, 3; ora puer prima signas intonsa iuv., Virg. A. 9, 181. solane perpetua maerens carpēre iuventa? 4, 32. prolesque virilis nulla fuit primaque oriens erepta iuventa est, 7, 50; interit multum, divusne loquatur an heros, maturusne senex an adhuc florente iuventa fervidus, Hor. AP. 114. calidus iuventa, Od. 3, 14, 27. cum incallidus alioqui et facilis iuventa senilibus tum artibus uteretur, Tac. A. 3, 8. decorus iuv., H. 1, 63. forma insignis viridique iuv., Virg. A. 5, 295. siderea clarus procul ora iuventa, VFlacc. 8, 26. nitidusque iuv. (anguis), Virg. A. 2, 473. G. 3, 437. ille pedum melior motu fretusque iuventa, A. 5, 430. audaxque iuv., G. 4, 565. ille spe ac iuv. properus, Tac. H. 4, 68; — a prima fueras spes una iuventa, VFl. 3, 324. a iuventa usque ad supremum vitae diem, Suet. Aug. 61; quem-nullus timor, vis nulla, nulla auctoritas movere potuit in iuventa de statu, Laber. 102. me iuvat in prima coluisse Helicona iuventa, Prop. 4, 4 (3, 5), 19. me quoque pectoris tentavit in dulci iuv. fervor, Hor. Od. 1, 16, 23. huic nigraeque (populo) et crotoni in iuventa circinatae rotunditatis sunt (folia), vetustiora in angulos exeunt, Plin. 16, 23 (35), 86. — 2) meton., die Jugend, die jungen Leute, Graia, VFlacc. 1, 113. barbarica, 8, 459. u. vgl. 3, 682. Juv. 6, 103. docilis, Hor. CS. 45. Calp. 4, 34. vaga, Mart. 2, 90, 1. imbellis, Hor. Od. Od. 3, 2, 16. delecta, Sil. 10, 641. merita, Calp. 4, 165.

iŭventas, (ātis), *f.* (im Hexameter nur am Ende), die Jugend, das jugendliche Alter (als Göttin, Hor. Od. 1, 30, 7. Claud. Nupt. Hon. et M. 84. Cic. ND. 1, 40, 112. Tusc. 1, 26, 65. Liv. 5, 54, 7), tum demum pueris aevo florente iuventas incipit, Lucr. 5, 888. si nunc foret illa iuventas,

Virg. A. 5, 398. fugit retro levis iuv., Hor. Od. 2, 11, 6. fugit iuv. et verecundus color, Epod. 17, 21. superat gregibus dum laeta iuv., Virg. G. 3, 63. tum mihi prima genas vestibat flore iuventas, A. 8, 160; olim iuventas et patrius vigor nido laborum propulit inscium (den Adler), Hor. Od. 4, 4, 5.

iŭventus, ūtis, *f.* (im Hexameter nur am Ende), die Jugend, die Jugendzeit, das jugendliche Alter (von 20—40 Jahren), 1) eig.: sed Rufum adque alios caedit sua quemque iuventus, Juv. 7, 213. iis quae iuventute geruntur et viribus, Cic. Sen. 6, 15. — 2) gew. meton. die Jugend, junge Mannschaft, bes. militär., mit *Attribut.*: Troiana, Virg. A. 1, 467. Rhipaea, VFlacc. 5, 559. Graeca, Vell. 1, 4, 3. Graia, Ov. Her. 12, 203. VFlacc. 1, 599. Italica, Vell. 2, 15, 3. Romana, Enn. A. 459. 527, 538. Hor. Sat. 2, 2, 52. Liv. 2, 3, 2. 2, 12, 15. barbara, Catull. 66, 45. peregrina, Liv. 5, 19, 5. pastoralis, Ov. F. 2, 365. militaris, Liv. 5, 39, 9. tunicata, Enn. A. 331. pellita, Claud. IV. Cons. Hon. 466. resinata, Juv. 8, 114. torosa, Pers. 3. 86. detonsa, 3, 54. horrida bracchiis, Hor. Od. 3, 4, 50; — omnis, Virg. A. 2, 394. Sen. Phoen. 443. Agam. 437. omnis iuv., omnes etiam gravioris aetatis, Caes. BG. 3, 16, 2. nobilissima, Aug. 43. Curt. 6, 34 (9), 21. lecta, Liv. 28, 46, 7. bello lecta, Virg. A. 8, 606. delecta, 4, 130. 9, 226. egregia, Curt. 3, 4 (2), 9. rudis, Claud. Laud. Stil. 1, 315. patiens operum exiguoque adsueta, Virg. G. 2, 472. robustissima, Suet. Ner. 20. fortissima pertinacissimaque in retinendis armis, Vell. 2, 27, 1. ferox, Tac. A. 14, 25. effera, Virg. A. 8, 5. dura, VFl. 4, 668. saeva, Sen. Oed. 744. saevior, VFlacc. 6, 231. intacta, Virg. A. 11, 419. rara, Hor. Od. 1, 2, 24; — modesta, Quint. 2, 2, 14. in venerem satyrorum prona iuv., Ov. F. 1, 397. prodiga, Suet. Caes. 27. sterilis, Sen. Hipp. 479; vgl. noch: primaevo flore iuv., Virg. A. 7, 162; — mit *Genit. subj.*: Trinacriae-Troiaeque iuv., 5, 555. Maeoniae delecta iuv., 8, 499. Cappadocum et Paphlagonum iuv., Curt. 4, 6 (1), 34. Iudaeorum, Suet. Tib. 36. utriusque ordinis, 35. iuv. pleraque, sed maxime nobilium, Sall. C. 17, 6. omnis eorum iuv. infinita numero, Vell. 2, 106, 1. — *Verbindungen* im *log. Subj.*: is concita gente, nec deest iuventus, arcere provinciae finibus Othonianos intendit, Tac. H. 2, 12. et adhuc adfluebat omnis iuv. et quibus cruda ac viridis iuv., Agr. 29. non his iuv. orta parentibus infecit aequor sanguine Punico, Hor. Od. 3, 6, 33. post bellum nata iuv., Claud. BGet. 150. in cute curanda plus aequo operata iuv., Hor. Ep. 1, 2, 24. iuv., quae in agris manuum mercede inopiam toleraverat, privatis atque publicis largitionibus excita urbanum otium ingrato labori praetulerat, Sall. C. 37, 7. iuv. simul ac belli patiens erat, in castris per laborem usu militiam discebat, 7, 4. non arma iuv. exercet, Virg. A. 4, 86. fremit arma iuv., 11, 453. iuventutem - parum honeste pudicitiam habuisse, Sall. C. 14, 7. vide, quam ingrata sit iuv., Sen. Ben. 5, 17, 4. rerum est silva magna, quam cum Graeci iam non tenerent ob eamque causam iuventus nostra dedisceret paene discendo, etiam Latini - hoc biennio magistri dicendi extiterunt, Cic. dOr. 3, 24, 93; vgl. noch Catull. 66, 45. Ov. M. 3, 124. Tr. 3, 12, 21. Hor. Sat. 2, 2, 52. Od. 1, 2, 23. 1, 4, 19. 1, 35, 36. 3, 4, 49. VFlacc. 3, 628. 4, 655. Claud. BGild. 425. IV. Cons. Hon. 331. Liv. 7, 2, 5. Quint. 12, 1, 31. Suet. Rhet. 1. Petron. 89, 2, 27. 120, 84. u. andw.; — im *log. Obj.*: Batavorum iuventus ad dilectum vocabatur, Tac. H. 4, 14. recepta iuventute facilius tributa toleravēre, 4, 71. per factionem optimatum domo pulsi ingentem iuventutem secum traxēre, Justin. 2, 4, 1. iuventute eorum per cohortes composita, Tac. H. 4, 66. Britanni - nihil ex adrogantia remittere, quo minus iuventutem armarent, Agr. 27. huic ab adulescentia bella intestina, caedes, rapinae, discordia civilis grata fuēre ibique iuventutem suam exercuit, Sall. C. 5, 2. Cannis consumpta iuventus, Juv. 2, 154. ex divitiis iuventutem luxuria atque avaritia cum superbia invasēre, Sall. C. 12, 2. ubi iuventus luxu atque avaritia corrupta est, H. 1, 12. haec iuventutem, ubi familiares opes defecerant, ad facinora incendebant, C. 13, 4. iuventutem - multis modis mala facinora edocebat, C. 16, 1; vgl. noch Virg. A. 3, 136. 5, 134. 7, 340. 812. 8, 151. 10, 605. G. 4, 22 (v. Bienen), Cic. Dom. 18, 47. u. andw.; — im *Dativ.*: quia utile est iuventuti regi, inposuimus illi quasi domesticos magistratus, sub quorum custodia contineretur, Sen. Ben. 3, 11, 2. triste exemplum, sed in posterum salubre iuventuti erimus, Liv. 8, 7, 17. legendus - est hic orator, Brute, si quisquam alius, iuventuti, Cic. Brut. 33, 126. imperia ascribebantur nova iuventuti, Dom. 50, 129; — im *Genit.*: haec urbs nunquam plura quam decem milia propriae iuventutis armavit, Vell. 2, 1, 4. id bellum amplius trecenta milia iuventutis Italicae abstulit, 2, 15, 3. plus illic feminarum quam iuventutis aspici, Tac. A. 14, 36. quam labem in adulto robore iuventutis ita caute vitavit, ut cet., Amm. 25, 4, 3. desidia iuv., Tac. Or. 28. qui iuv. inreverentiam gravibus decretis notavissent, A. 3, 31; — iuventutis proceres, die Ersten im Ritterstande, Liv. 2, 20, 11. 9, 38, 8. 10, 28, 6. u. so: principes iuv., 2, 12, 15. 6, 13, 7. 42, 61, 5. u. vom Ersten im Ritterstande: laetor virtute et officio - alterius omnium saeclorum et gentium principis, alterius iam pridem iuventutis, celeriter ut spero civitatis, Cic. Fam. 3, 11, 3. u. so Vatin. 10, 24. Tac. A. 1, 3; aber als Titel des Prinzen zur Kaiserzeit, Suet. Cal. 15; — im *Ablat.*: florere praeterea iuventute, quam stirpem longa pax ediderit, Liv. 42, 11, 6. elegisse sedes iuventuti, qua tunc abundabant, Curt. 4, 20 (4), 20. docent - iuventute armis Samnitem iuvisse, Liv. 9, 25, 5; — neque ab iuventute ibi irridiculo habitae (sumus), Plaut. Poen. 5, 4, 10; Statorius ex multa iuventute regi pedites conscripsit, Liv. 24, 48, 11; quod roboris in iuventute erat utraque civitas armavit misitque, 35, 38, 6.

iŭvo, iūvi, iūtum, iŭvāre (iuerint = iuverint, Catull. 66, 18; iuvaturus, Sall. J. 47, 2. Plin. Ep. 4, 15, 13, u. dagegen iuturus, Col. 10, 121.

u. iutus, Tac. A. 14, 4. Pallad. 4, 10, 36), I) **erquicken, stärken, fördern, nützen, helfen, unterstützen**, sowohl überh. als auch speciell militär. u. medicin., impers. iuvat, **es nützt, hilft, frommt** (Ggstz. laedere, Lucr. 2, 436. Ov. F. 6, 100. u. nocentem esse, Ov. Tr. 2, 270), mit *Accus.*, u. zw. a) der Person, α) mit persönl. Subj.: si autem di nec possunt nos iuvare nec volunt, cet., Cic. ND. 1, 2, 3. non, ita me divi, vera gemunt, iuerint, Catull. 66, 18. ita me iuvent caelites, 61, 192. mortales atque urbes beluasque omnes iuvat (Iuppiter), Enn. Epich. 12. bona te Venus iuverit, Catull. 61, 199. viderit, audentes forsne deusne iuvet, Ov. F. 2, 782. fortes Fortuna iuvat, Plin. Ep. 6, 16, 11. audentes Fortuna iuvat, Virg. A. 10, 284. u. vgl.: fata si miseros iuvant, habes salutem, Sen. Troad. 514; — quid nunc te tua, Turne, potest germana iuvare? Virg. A. 12, 872. si iuvenem, qui iussa sui tam dira tyranni inpavidus - subibat, iuvimus, VFlacc. 5, 659. u. vgl. 5, 685. 1, 376. me iuvit Stilicho, Claud. Laud. Stil. 2, 251. si T. Manlium quam maxime, quibuscumque rebus honeste ac pro tua dignitate poteris, iuveris atque ornaveris, Cic. Fam. 13, 22, 2. Nicomedes Romanos iuvit, Eutr. 4, 20; im Pass.: quae (lex Cornelia) proscriptum iuvari vetat, Cic. II. Verr. 1, 47, 123. qui se natos ad homines iuvandos, tutandos, conservandos arbitrantur, Tusc. 1, 14, 32; qui sic sunt, haud multum heredem iuvant, Ter. Hec. 3, 5, 10. quodsi pudica mulier in partem iuvet domum atque dulces liberos, Hor. Epod. 2, 39. nos aliquid Rutulos contra iuvisse nefandum est? Virg. A. 10, 84. — β) mit sachlich. Subject: ut nec me miserum cibus iuvaret, nec cet., Catull. 50, 9. melius anno hoc mihi non fuit domi, nec quod una esca me iuverit magis, Plaut. Most. 3, 2, 1. neque umquam quicquam me iuvat quod edo domi, Capt. 1, 2, 27. ne mille excubiae nec te signata iuvabunt limina, Prop. 5 (4), 1, 145. non aliter sociûm virtus coit omnis in unum teque iuvat, Palla, Virg. A. 10, 410. nihil illos Herculis arma nec validae iuvēre manus, 10, 319. quem neque bella iuvant nec tela nec usus equorum, Ov. M. 3, 554. decoctum eorum (vinaceorum) veteres dysentericos et coeliacos iuvat et potione et fotu, Plin. 23, 1 (10), 14. u. vgl. 2, 387; quid te Phasidiae iuverunt gramina terrae -? Ov. Rem. am. 261. quid vota furentem, quid delubra iuvant? Virg. A. 4, 65. — b) der Sache, α) mit persönl. Subject: urbes quoque ut cetera ex infimo nasci, dein, quas sua virtus ac dii iuvent, magnas opes sibi magnumque nomen facere, Liv. 1, 9, 3. manum Fortuna iuvat, Ov. M. 5, 140. nunc nostra serenus orsa iuves, haec ut Latias vox inpleat urbes, VFlacc. 1, 20. iuvet nostros nunc ipsa labores, 4, 420. ast ipse iuvare ausa quibus monitis possim tua? 4, 568. plebs quidem urbis histrionum quoque gestus iuvare solita, Tac. A. 16, 4. quis meas miserae deus, aut quis iuvare Daedalus flammas queat? Sen. Hipp. 120; im Pass.: haec naturalis exempli imitatio ad experiendum Seianum Caesarem, ad iuvanda vero opera principis Seianum protulit, Vell. 2, 128, 4. qui occasionem iuvandarum ratione virium trahendo bello quaerebat, Liv. 6, 23, 1. iuvandae studio memoriae, Quint. 11, 2, 41. dantur triremes et delectum remigium iuvandae festinationi, Tac. A. 16, 2; multum adeo, rastris glaebas qui frangit inertes vimineasque trahit crates, iuvat arva, Virg. G. 1, 94. levius plaga iuvatur etiam, si cet., Cels. 5, 26, 23. — β) mit sachl. Subject: dicitur Aegyptos caruisse iuvantibus arva imbribus, Ov. AA. 1, 647. vixque ossa tegit macies nec iuvat ora cibus, Tr. 3, 8, 28. quae (membranae) ut iuvant aciem (oculorum), ita cet., Quint. 10, 3, 31. ars faciem dissimulata iuvat, Ov. AA. 3, 210. intus ruptum oculum febricula iuvat, Cels. 6, 6, 1. quid quod tibi parum videtur eruditus, ea causa est, quod ullam eruditionem esse duxit nisi quae beatae vitae disciplinam iuvaret, Cic. Fin. 1, 21, 71. mandatam iuvit facundia causam, Ov. M. 7, 505. libidinem iuvet ipsum effeminati sexus mendacium, Quint. 5, 12, 19; prospicere in pace oportet, quid bellum iuvet, Syr. 387. — c) mit näheren Bestimmungen, a) in u. Abl., in od. bei etw., häufig mit Ablat. instr. α) mit persönl. Object u. persönl. od. sachl. Subject: qua me Allius *in* re iuverit aut quantis iuverit officiis, Catull. 68, 42. nemo nos in hac causa plus iuvare potest quam tu, Cic. Att. 16, 16F, 18. nihil te mihi gratius facere posse, quam si omnibus tuis opibus omni studio Lamiam in petitione iuveris, Fam. 11, 17, 2. cum sic te, sic Bassum diligamus, ut et illum cuiuscumque et tuum quemcumque quaestorem in petendis honoribus omni ope labore gratia simus iuvaturi, perquam iucundum nobis erit, si cet., Plin. Ep. 4, 15, 13. nil iuvat in magno vester amore senex, Prop. 3, 32 (2, 34), 30; — mit *Ablat.*: nec moveor, quod te iuvi portuque locoque, Ov. Her. 2, 55. nec caelo contenta suo est Iovis ira, sed illum caeruleus frater iuvat auxiliaribus undis, M. 1, 274. si quercus et ilex multa fruge pecus, multa dominum iuvet umbra, Hor. Ep. 1, 16, 9. quod nudum et frusta rogantem nemo cibo, nemo hospitio tectoque iuvabit, Juv. 3, 209. frequentiam negotiatorum et commeatu iuvaturam exercitum, Sall. J. 47, 2. tectis et commeatibus iuverant (exercitum), Curt. 7, 11 (3), 1. te igitur auctore et interprete ne foro quidem et commeatu Mamertini populum R. iuvare debuerunt, Cic. II. Verr. 5, 21, 52. Caesar ad Lingonas litteras nuntiosque misit, ne eos frumento neve alia re iuvarent: qui si iuvissent cet., Caes. BG. 1, 26, 6. quibus (facultatibus cet.) et se possint iuvare et suos, Cic. Off. 1, 3, 9. Marium - iuvit opibus suis, Nep. Att. 2, 2. auxilio tutos (od. laetos) dimittam opibusque iuvabo, Virg. A. 1, 571. 8, 171. vectam frenatis per inane draconibus Aegeus credulus inmerita Phasida iuvit ope, Ov. F. 2, 41. quid - confossum medica postmodo iuvit ope? Am. 2, 9, 7. iuvabo aut re [te] aut opera aut consilio bono, Plaut. Pseud. 1, 1, 17. aut consolando aut consilio aut re iuvero, Ter. Heaut. 1, 1, 34. qui nostros duces auxilio laboris, commeatus periculo suo iuverit, Cic. Balb. 9, 34. neque illos iuveris auxilio, Virg. A. 10, 32. miserere duarum auxilioque iuva, Ov.

M. 9, 780. totque animas, qualis nec viderit ul-
tra, dic, precor, auxilio iuvet, VFlacc. 7, 274.
ipse truces illic Colchos hostemque iuvabis
auxiliis, VFlacc. 4, 618. regulis Cilicum ut se
auxiliis iuvarent scribit, Tac. A. 2, 78. iuven-
tute armis Samnitem iuvisse (suos als Subj.),
Liv. 9, 25, 5. solisque iuvant clamoribus agmen,
VFlacc. 6, 751. his tributa dimittere, alios im-
munitatibus iuvare, Tac. H. 3, 55. nam tu sola
(Venus) potes tranquilla pace iuvare mortales,
Lucr. 1, 31. vitaque magis quam morte iuvatis,
v. Schaafen, Ov. M. 15, 119; — im Pass.: nave,
equo, tabernaculo, viatico etiam a me iuvabitur,
Liv. 44, 22, 13. cum multis auxiliis Postumus
iuvaretur Celticis cet., Treb. Poll. Gallien. duob.
7. accepta potione qua se existimaret iuvari
kal. ipsis ianuariis periit, Spart. Ael. Ver. 4. sed
vereor, ne me frustra servare labores, neu iuver
admota perditus aeger ope, Ov. Pont. 1, 3, 89.
quo id (vulnus) iuvetur, Cels. 5, 26, 23. ut
venter ipse mediocriter calentibus iuvetur, 4,
18 (11). — β) mit sächl. Object. u. sächl. od. per-
sönl. Subject: Iuppiter utilibus - iuvat imbribus
agros, Ov. Pont. 2, 1, 13. fomentisque iuvas
vulnera nostra tuis, 2, 3, 94. roges tuum labore
quid iuvem meo imbellis ac firmus parum? Hor.
Epod. 1, 15. si fortunam virtute iuvisset, Justin.
30, 1, 6; — im Pass.: obruti et stercorati et hu-
moribus iuti (rami), Pallad. 4, 10, 30. simul
captae lintres sagulis versicoloribus haud inde-
core pro velis iuvabantur, Tac. H. 5, 23. tem-
perie caeli corpusque animusque iuvantur, Ov.
Pont. 2, 7, 71. nisi corpus exercitatione, con-
tinentia, cibis, ante omnia natura iuvatur, Quint.
5, 10, 121. se omnia, quibus a bonis fidelibus-
que sociis bella iuvari soleant, misisse, Liv. 22,
37, 3. si das hoc, parvis quoque rebus magna
iuvari, Hor. Ep. 2, 1, 125. placuit sollertia tem-
pore etiam iuta, Tac. A. 14, 4. sunt et naturalia,
quae tamen et cura iuvantur, instrumenta, vox,
latus, decor, Quint. 12, 5, 5. subesse artem ali-
quam iuvarique ratione naturam, 11, 2, 9. ge-
nus ostentationi comparatum - patrocinio quo-
que aliquo iuvari, 10, 1, 28. — d) imperf. α) mit
folg. *Infin.*: laxam quid iuvat esse togam? Ti-
bull. 2, 3, 78. quid iuvat esse pares, te nostrae
caede sororis meque tui fratris, si pia vita pla-
cet? Ov. F. 6, 589. errorem tum denique no-
minis esse et sensi et docui: sed quid docuisse
iuvabat? M. 7, 857. quid pestem evadere belli
iuvit et Argolicos medium fugisse per ignes tot-
que maris vastaeque exhausta pericula terrae,
dum cet., Virg. A. 10, 55. quid iuvat immensum
te argenti pondus et auri furtim defossa timidum
deponere terra? Hor. Sat. 1, 1, 41. u. durch Pro-
nomina auf den Inf. hingewiesen: quid iuvat hoc,
templis nostros immittere mores -? Pers. 2, 62.
illud neminem non iuvabit, iisdem quibus scri-
pserit ceris ediscere, Quint. 11, 2, 32; — da-
gegen vgl.: quid iuvet, ad surdas *si* cantet Phe-
mius aures? quid miserum Thamyran picta ta-
bella iuvat? Ov. Am. 3, 7, 61. nec defensa iu-
vant Capitolia, *quo minus* anser det iecur in
lances, F. 1, 453. — e) *absol.*: adsis o placi-
dusque iuves et sidera caelo dextra feras, als

Bitte an einen Gott, Virg. A. 4, 578. iuvante deo,
Cic. ND. 2, 66, 165. dis iuvantibus, Fam. 7, 20,
2. Sall. J. 85, 48. bene iuvantibus dis, H. 1, 41,
27. dis od. diis bene iuvantibus, Liv. 25, 38, 22.
21, 21, 6. ventoque iuvante accensa ligna, 1,
37, 1. securum somnos imbre iuvante sequi,
Tibull. 1, 1, 48. quae detrahendo iuvant, Cels.
2, 18, 1. si ista parum iuvant, 3, 10. venatio
durique pisces et ex domesticis animalibus assa
caro maxime iuvant, 1, 6. ubi lunae iuvabit
augmentum, Pallad. 13, 6, 1. utraque res invi-
cem iuvabit, Quint. 4, 5, 21; u. vom Arzt: saepe
enim pertinacia iuvantis malum corporis vincit,
Cels. 3, 12. quid labor aut benefacta iuvant?
Virg. G. 3, 525. quid porro multus stilus et as-
sidua lectio iuvat? Quint. 10, 7, 4. in armis mi-
litum virtus, locorum opportunitas, auxilia so-
ciorum, classes, commeatus multum iuvant,
Cic. Marcell. 2, 6. quae omnia sunt in materia
et multum iuvant, victoriam tamen non trahunt,
Quint. 7, 1, 44. quae (theses) ad suadendi of-
ficium vel etiam ad iudiciorum disceptationem
iuvant plurimum, 2, 4, 24. si quid paulum sal-
tem iuvat (Ggstz.: si quid non statim profuit),
Cels. 3, 1. quamvis referas memori mihi pectore
cuncta, non tamen interpres tantundem iuveris,
Hor. Sat. 4, 4, 90. sed nil ista iuvant, Ov. F. 1,
445. nil animi, nil regna iuvant, VFlacc. 1, 702.
si pluribus diebus nihil remedia alia iuverunt,
Cels. 4, 22 (15).

II) (vielleicht zu einer anderen Wurzel gehörig;
mit iucundus in Verbindung gesetzt b. Cic. Fin. 2,
4, 14.), **erfreuen, ergötzen, erheitern, Freude -,
Vergnügen machen**, oft imperf. iuvat, **es erfreut,
macht Freude od. Vergnügen u. dgl.**, *alqd. alqm.*
(od. dicht. alqd. von Theilen des Menschen): iu-
veruntque deos indicis exta sui, Ov. F. 1, 450.
nunc quoque liba iuvant festis matralibus illam,
6, 533. ut Nasidieni iuvit te cena beati? Hor. Sat.
2, 8, 1. quod nullae te, nata, dapes, non ulla
iuvabant tempora, VFlacc. 8, 162. pinguem vi-
tiis albumque neque ostrea nec scarus aut po-
terit peregrina iuvare lagois, Hor. Sat. 2, 2, 21.
non me Lucrina iuverint conchylia, Epod. 2, 49.
non lapis hanc gemmaeque iuvant, Tibull. 1, 8,
39. non omnes arbusta iuvant humilesque my-
ricae, Virg. Ecl. 4, 2. namque me tantum ve-
nientis sibilus austri nec percussa iuvant fluctu
tam litora, nec cet., 5, 82. qui cupit aut metuit,
iuvat illum sic domus et res, ut lippum pictae
tabulae cet., Hor. Ep. 1, 2, 51. nos quoque
templa iuvant, quamvis antiqua probemus, au-
rea, Ov. F. 1, 228. haec me turba iuvat nec
templo laetor eburno, Prop. 5 (4), 2, 5. nec
populum toto pectore festa iuvant, Ov. F. 6,
464. nec me regna iuvant nec Lydius aurifer
amnis nec quas terrarum sustinet orbis opes,
Tibull. 3, 3, 29. multos castra iuvant et lituo
tubae permixtus sonitus bellaque matribus de-
testata, Hor. Od. 1, 1, 23. quem iuvat clamor
galeaeque leves acer et Mauri peditis cruentum
vultus in hostem, 1, 2, 38. illum furtivae iuvēre
Cupidinis artes, Ov. Pont. 1, 4, 41. damnosa
senem iuvat alea, Juv. 14, 4. dixit „lux mea“
quaeque solent verba iuvare viros, Ov. AA. 3,

524. sunt quos genus hoc (carminum) minime iuvat, Hor. Sat. 1, 4, 24. u. vgl. 1, 4, 76. 1, 6, 22. si nec fabellae te iuvant nec fabulae, Phaedr. 4, 7, 22. quin alium, quem tanta iuvet patientia, quaeris? Ov. Am. 2, 19, 59. nec illum praemia tantum, quam labor ipse iuvat, Claud. Cons. Stil. 3, 27. mihi ille detur puer, quem laus excitet, quem gloria iuvet, qui victus fleat, Quint. 1, 3, 7. nec me vita iuvaret invisa civibus et militibus meis, Liv. 28, 27, 10; — tu tamen auspicium si sit stipis utile, quaeris, curque iuvent vestras aera vetusta manus? Ov. F. 1, 219. blanditias molles auremque iuvantia verba adfer, AA. 2, 159. u. vgl. Lucr. 5, 1379. haec animos ollis mulcebant atque iuvabant cum satietate cibi, 5, 1390; — im Pass.: ita se dicent iuvari: voluptati autem aurium morigerari debet oratio, Cic. Or. 48, 159. sic animis natum inventumque poëma iuvandis, Hor. AP. 377; — iuvat *alqm.* mit *Inf.* (als Subj.): me iuvet in gremio doctae legisse puellae, Prop. 3, 4 (2, 13), 11. me iuvat et multo mentem vincire Lyaeo, 4, 4 (3, 5), 21. me teneras salices iuvat aut oleastra putare et gregibus portare novis, Calp. 2, 44. u. vgl. VFlacc. 7, 504. iuvitque me tibi quum summam humanitatem tum etiam tuas litteras profuisse, Cic. Fam. 5, 21, 3. dii boni, vivo: et quo me vivere iuvet, Asprenatem reum video, Cass. Sev. b. Quint. 11, 1, 57; quid te iuvat, inquit, amice, praerupti nemoris patientem vivere dorso? Hor. Sat. 2, 6, 90. at te nocturnis iuvat impallescere chartis? Pers. 5, 62. te iugulo iuvat mersisse ferrum, Sen. Agam. 964; quem pugnare iuvet (inspicit), Lucan. 7, 564. sunt quos curriculo pulverem Olympicum collegisse iuvat, Hor. Od. 1, 1, 4. aliquid facite, propter quod patrem adhuc iuvet vixisse, Sen. Phoen. 336; u. vgl.: delectationis causa, quantum iuvat, ambulare, Cels. 4, 32 (25). u. vgl. 8, 25; selten: quam iuvat, *quod* in tempora illa non incidi, quorum sic me tam quam illis vixerim pudet! Plin. Ep. 8, 6, 17; — iuvat mit *Inf.* (als Subj.): iuvat integros accedere fontes atque haurire iuvatque novos decerpere flores cet., Lucr. 1, 927. quam iuvat immites ventos audire cubantem, Tibull. 1, 1, 45. u. vgl. 1, 1, 74. 1, 5, 30. 4, 7, 9. Virg. A. 1, 203. 2, 210. 586. 660. 776. 3, 282. 606. 4, 797. 537. 660. 6, 135. 7, 628. 749. 9, 615. 11, 131. 168. G. 1, 413. 2, 37. 437. Hor. Od. 1, 36, 1. 3, 19, 18. 4, 1, 31. Epod. 2, 61. 9, 37. 13, 8. 16, 31. Ep. 1, 19, 33. Ov. F. 2, 619. 3, 175. 696. 5, 674. 690. Her. 13, 119. M. 6, 370. 7, 797. 8, 137. 9, 485. 12, 162. Calp. 1, 34. 4. 129. 6, 59. Lucan. 4, 253. 6, 494. VFlacc. 1, 249. 4, 326. 6, 338. 8, 169. Sen. Agam. 433. 522. 543. 749. 1003. Med. 900. Hipp. 111. Troad. 240. 455. Oed. 201. Herc. Oet. 181. Oct. 107. 387. Claud. Prob. et Ol. cons. 151. Rapt. Pros. 3, 290. Cels. 5, 26, 9. Tac. H. 3, 2. Sen. Ep. 18, 3, 3 (106); quidve iuvat furtim latebras intrare ferarum -? Tibull. 4, 3, 9. formidare malos fures, incendia, - hoc iuvat? Hor. Sat. 1, 1, 77; — endlich blos *alqd.* (als Subj.): verum enim vero id demum iuvat, si quem aequom'st facere id facit, Ter. Ad. 2, 3, 2. si quod adest gratum iuvat, Hor. Sat. 2, 6, 13. hoc iuvat, Pers. 1, 112. quin ergo, quid iuvat, quod carum aestumant, id semper faciant, Sall. J. 85, 41. magis illa iuvant, quae pluris emuntur, Juv. 11, 16. inicit inritatus: tenet occasus, iuvat res, Enn. A. 171. coena brevis iuvat et prope rivum somnus in herba, Hor. Ep. 1, 14, 34. citharae noxque venusque iuvant, Ov. Her. 3, 116. cantus vocis plurimum iuvat sociata nervorum concordia, Quint. 5, 10, 124. non auro depicta chlamys, non flava galeri caesaries pictoque iuvant sub tegmine bracae, VFlacc. 6, 226. frigore soles, sole iuvant umbrae, grata fit unda siti, Ov. Rem. am. 405. iuvat humida forsan ripa levatque diem vicini spiritus amnis? Calp. 4, 3. inde ubi iam medii tenuēre silentia ponti stridentesque iuvant aurae, Phrixea subibant aequora, VFlacc. 2, 585. iuvant tenebrae, Sen. Oed. 998. cum commoditas iuvaret, Liv. 4, 60, 2. dedit hoc providentia hominibus munus, ut honesta magis iuvarent, Quint. 1, 12, 19. et faveo morbo, cum iuvat ipse dolor, Tibull. 2, 5, 110. nec tendere certam delectabat iter reditus odiumque iuvabat, Claud. Epigr. 50, 7.

iuxtā, *Adv.* u. *Praep.* (W. ζυγ ἐ-ζυγ-η-ν, ζεύγ-νυ-μι, spanne an, verbinde, Lat. iu-n-g-o, iû-men-tu-m, con-iux, iŭg-u-m, iuxta, *Curtius* Grundz. I. p. 151. Von Nominalstämmen, die auf -to, -tu auslauteten, gingen unächte Adverbien auf -t'-im aus, indem unter Ausfall des auslautenden o bloß der Ausgang -im an dieselbe herangetreten erscheint. Als eine solche Bildung ist wahrscheinlich iux-tim neben iuxtā, Abl. fem. des Stammes iuxto- zu fassen, derselbe mag nun aus *iuge-sto-entstanden sein, so daß sto- ein Nominalstamm von Wurzel sta- in sta-re wäre, oder iuxto- eine Superlativform sein für *iug-is-to, so daß iuxta und iux-tim „am verbindensten“, daher „neben“ bezeichnen. Möglicher Weise kann iuxt-im aber auch eine Locativform auf -im sein, wie ol-im, ist-im u. and. Nach *Corssen* krit Beitr. p. 287. u. vgl. über Ausspr. II. p. 25 fg. Vgl. Prisc. II. p. 44, 17 sqq. 291, 11.), I) *Adv.* 1) eig. **nebeneinander**, **aneinander**, theatra duo iuxta fecit amplissima e ligno, Plin. 36, 15 (24), 117; gew. dicht. **nebenan**, **dicht daneben**, **ganz nahe** od. **in der Nähe**, bei Verb. der Bewegung: **ganz nahe heran**, it i. comes Euryalus, Virg. A. 9, 179. hinc pater Aeneas - et i. Ascanius - procedunt castris, 12, 166. nec non ad templum summasque ad Palladis arces subvehitur magna matrum regina caterva iuxtaque comes Lavinia virgo, 11, 477. quae (septima legio) i. constiterat, Caes. BG. 2, 26, 1. qui i. cubabant, Suet. Cal. 32. u. so Tit. 2. Furiarum maxima i. accubat, Virg. A. 6, 605. u. vgl. Juv. 11, 165. assidere in toro i. coëgit (actorem), Suet. Dom. 11. quin socios amicos, procul i. sitos, inopes potentesque trahant, Sall. H. 4, 61, 17. filius huic i. Lausus, Virg. A. 7, 649. tantique in avum et qui iuxta erant obsequii, ut cet., Suet. Cal. 10. ubi vero vermes orti sunt, si i. sunt, protrahendi oriculario specillo sunt, si longius, medicamentis enecandi, Cels. 6, 7, 5. polypum in tantum locusta pavet, ut i. viso omnino moriatur, Plin. 9,

62 (88), 185; — et comitem Aenean i. natumque tenebat, Virg. A. 8, 308. tris i. famulos temere inter tela iacentes armigerumque Remi premit, 9, 329. talem (haustum) perlatum Pompeio i. res gerenti Mithridatico bello, Plin. 6, 17 (19), 51. ipsa crine fluxo, thyrsum quatiens, iuxtaque Silius, hedera vinctus, gerere cothurnos, iacere caput cet., Tac. A. 11, 31. nihil invenit praeter tepidam in ara favillam atratumque i. senem in catino vitreo thus tenentem, Suet. Galb. 18. patremque meum iuxtaque Creusam alterum in alterius mactatos sanguine cernam? Virg. A. 2, 666. i. etiam galbanum incendunt aut pilos aut cornu cervinum, Cels. 3, 20; — cui argumento adest oppidum i. Industria vetusto nomine Bodincomagum, Plin. 3, 16 (20), 122. forte fuit i. tumulus, Virg. A. 3, 22. ingens ara fuit iuxtaque veterrima laurus, 2, 513. est urbe egressis tumulus templumque vetustum desertae Cereris iuxtaque antiqua cupressus, 2, 713. forte fuit i. patulis rarissima ramis sacra Iovi quercus de semine Dodonaeo, Ov. M. 4, 622. u. vgl. 12, 235. exossatus ager i. est, Pers. 6, 52. confert etiam aliquid ad somnum silanus i. cadens, Cels. 3, 18. horrificis i. tonat Aetna ruinis, Virg. A. 3, 571; — cui Metellus petenti more regum ut sellam i. poneret - negaverat, Sall J. 65, 2. positis i. secubuēre toris, Ov. F. 2, 328. sic i. posita recens filii (statua) veterem patris renovavit memoriam, Nep. Timoth. 2, 3. thermisque i. celeriter exstructis, Suet. Tit. 7. nec nimis i. satae fruges, Col. 8, 13, 3. abiecto clam i. pugione, Suet. Ner. 34; — bei Verb. der Bewegung: neque enim est accedere i. ausa, Ov. M. 8, 809. obseratis vi portis i. adire prohibebatur, Amm. 33, 11, 3. — 2) übtr. zur Angabe a) eines Vergleiches, ebenso, auf gleiche Weise, *absol.*: adiectique poenae ceteri i. insontes, Liv. 24, 5, 13. pēr dubios infestosque populos i. intentus ad Hasdrubalem pervenit, 23, 28, 3; qui Argenta quique Pherinum - habent aliaque castella i. ignobilia, 32, 14, 3. interiorem semper i. validum pro diruto novum obstruentes murum, 38, 29, 2; iuxta vero ab ortu ex Indico mari sub eodem sidere pars tota vergens in Caspium mare pernavigata est Macedonum armis, Plin. 2, 67 (67), 167. rictu ad aures dehiscente (tauri), i. cornua mobilia, 8, 21 (30), 74; — mit vergleichenden Angaben: iuxta rem mecum tenes super Euclionis filia, Plaut. Aul. 4, 7, 1. ut scias i. mecum mea consilia, Mil. 2, 2, 79. nunc vero quo in loco res nostrae sint, i. mecum omnes intellegitis, Sall. C. 58, 5; i. tecum aeque scio, Plaut. Pers. 4, 3, 75. i. tecum, si tu nescis, nescio, 2, 2, 67. an nescis, quae sit haec res? Si. i. cum ignarissumis, Pseud. 4, 7, 62. ita'st, iuxtaque eum curo cum mea, Trin. 1, 2, 160; — mit *Dat.*: vita se malle excedere quam ire metu violentae mortis amicos inimicis i. ponere, VMax. 3, 8. Ext. 5. Fabius omittendam rem parvam ac i. magnis difficilem - putabat, Liv. 24, 19, 6; — e queis feminas Q. Modius Equiculus - i. *ac* mares habere solebat, Varr. RR. 2, 7, 1. quo minus mirandum est homines egentes, malis moribus, maxuma spe, rei publicae i. ac sibi

consuluisse, Sall. C. 37, 8. absentiumque bona i. atque interemptorum divisui fuēre, Liv. 1, 54, 9; nequissimus ibis i. ac Publius Africanus, Varr. b. Non. 4. p. 233. quod (humanum genus) vestrum nomen imperiumque i. ac deos immortales iam pridem intuetur, Liv. 37, 54, 16; ubi bellum ingruat, innocentes ac noxios i. cadere, Tac. A. 1, 48; — litteris Graecis atque Latinis i. atque doctissume eruditus, Sall. J. 95, 3; se i. hieme atque aestate bella gerere posse, Liv. 5, 6, 5. in re i. manifesta atque atroci C. Iulius decemvir diem Sestio dixit, 3, 33, 10. perversis rupibus i. invia ac devia adsueti decurrunt, 21, 33, 4; si tales viros in magistratu habeat - parere atque imperare i. paratos, 6, 6, 18; — dagegen: noctem ac diem i. gratiam *aut* fastus ianitorum perpetiebantur, Tac. A. 4, 74. Getae praetorii praefecto haud satis fidebant ad honesta *seu* prava i. levi, 11, 33. metuens ne reus subderetur, i. periculoso, ficta seu vera promeret, 1, 6; — i. bonos *et* malos lubidinose interficere, ceteros metu terrere, Sall. C. 51, 30. i. nobiles et obscuri, Amm. 19, 12, 7; i. obsidentes obsessos*que* inopia vexavit, Liv. 9, 13, 9. nisi manibus, auribus, capite totoque corpore a feminis i. virisque gestarentur (margaritae), Plin. 9. 34 (53), 105. abunde tractata est ratio qua se virorum i. feminarumque forma credit amplissimam fieri, 9, 41 (65), 141; meque vosque in omnibus rebus i. geram, Sall. J. 85, 47; plebi patribusque, postquam invidia decesserat, i. carus, 88, 1; i. boni malique, strenui et imbelles inulti obtruncari, 67, 2; — i. adulatio et superbia, Tac. A. 4, 1; hiemem et aestatem i. pati, Sall. J. 85, 33. cum arma, munimenta, impediti vel eminentes loci, amnesque et urbes i. perrumperentur, Tac. A. 12, 17. qui nunc patientiam senis et segnitiam iuvenis i. insultet, 4, 59. in metu consilia prudentium et vulgi rumor i. audiuntur, H. 3, 58; eorum ego vitam mortemque i. aestumo, Sall. C. 2, 8. ita cuncti suae hostiumque vitae i. pepercerant, 61, 6; spem ac metum i. gravatus Vitellius, Tac. A. 5, 8. solo coeloque i. gravi, H. 5, 7. nobis qui intus agimus i. diebus noctibusque tacitus labitur mundus, Plin. 2, 3 (3), 6; — praeterea transversis itineribus quotidie castra movere, i. *ac si* hostes adessent vallo atque fossa munire, Sall. J. 45, 2. milites navalesque socii i. effusi ac si insulis cultorum egentibus praedarentur, Liv. 22, 31, 3. reliquis officiis, i. ac si meus frater esset, sustentavit, Cic. post red. in sen. 8, 20; — ceterum quia de plebe adlegebantur, i. eam rem aegre passi patres, *quam* cum consulatum vulgari viderent, Liv. 10, 6, 9. — b) der Reihenfolge: unmittelbar darauf, gleich darauf, quae deinde Cato i. dicit, ea, inquit, confessionem faciunt cet., Tiro b. Gell. 7, 3, 15.

II) *Praepos.* (b. Virg. u. Tac. nach dem Acc., bei Nep. u. Plin. nach den Relativ. gestellt), 1) im Raum, neben, an der Seite, bei Verbb. der Bewegung: bis in die Nähe, eam filiam appellans iuxta se locat, Quint. 8, 4, 22. supplicantem i. se latere dextro conlocavit, Suet. Ner. 13. u. vgl. Eutr. 4, 7. quos de collibus altis Aurunci misēre patres Sidicina–

que iuxta aequora quique Cales lincunt, Virg. A. 7, 726. cum Illyricum petens i. Patavium adisset Geryonis oraculum, Suet. Tib. 14. cubiculum Caesaris i. decoquitur virus, Tac. A. 13, 15. victi sunt i. flumen Rhodanum, Eutr. 5, 1. infinitam multitudinem i. Rhodanum fluvium interfecerunt, 4, 22. i. theatrum occisus est, Nep. Reg. 2, 1. hos i. falso damnati crimine mortis, Virg. A. 6, 430. sepultus est i. viam Appiam ad quintum lapidem, Nep. Att. 22, 4. ipsa mola manibusque piis altaria i. - testatur moritura deos, Virg. A. 4, 517. haec Tiberius non mari, ut olim, divisus, neque per longinquos nuntios accipiebat, sed urbem i., Tac. A. 6, 39; — quem i. sequitur iactantior Ancus, Virg. A. 6, 815. i. genitorem adstat Lavinia virgo, 7, 62. cum i. eum Aper constitisset, Eutr. 9, 20. quamque (vitem) i. hominis mors laqueo pependerit, Plin. 14, 19 (23), 119. humilis volat aequora i., Virg. A. 4, 255. cetera intecti totos dies i. focum atque ignem agunt, Tac. G. 17. illud moneo, i. hostem castra habeas nautica, Nep. Alc. 8, 5. praecipuum robur Rhenum i. - octo legiones erant, Tac. A. 4, 5. alia culpa i. urbem Varracinis, Plin. 17, 23 (35), 212; — Caesar - ad oppidum constitit iuxtaque murum castra posuit, Caes. BC. 1, 16, 4. hanc (aram) i. locum fecerunt sub terra, Nep. Paus. 4, 4. insula Sicanium i. latus Aeoliamque erigitur Liparen, Virg. A. 8, 416. aedes Fortis Fortunae Tiberim i. - dicatur, Tac. A. 2, 41. effosso et circumstructo i. Tiberim lacu, Suet. Dom. 4. ollam novam sumito eamque i. fundum terebrato, Col. 12, 8, 1. si i. truncum radicem praecideris, Col. 4, 8, 2. i. terram praeciditur (lepidium), Plin. 19, 8 (51), 166; — habuit provinciam partem Ciliciae i. Cappadociam, quam incolunt Leucosyri, Nep. Dat. 1, 1. frutex et casia est iuxtaque cinnami campos nascitur, Plin. 12, 19 (43), 95. Oceani finem i. solemque cadentem ultimus Aethiopum locus est, Virg. A. 4, 480. i. rostra (statua), Plin. 34, 8 (19), 93. Callisto i. Lycaoniam, Catull. 66, 66; — bei Verbb. der Bewegung: provehimur pelago vicina Ceraunia i., Virg. A. 3, 506. victoriarum suarum gradibus aditum i. moenia urbis Volsco militi struxit, VMax. 5, 4, 1. — b) übtr., überhaupt, **neben, nahe heran an**, quia periculosiores sunt inimicitiae i. libertatem, Tac. G. 21. u. bei einem Verb. der Bewegung: Isdem consulibus gravitate annonae i. seditionem ventum, A, 6, 13; — speciell zur Angabe der Aehnlichkeit, **nahe an**, nam populi imperium i. libertatem, paucorum dominatio regiae libidini propior est, A. 6, 42. velocitas i. formidinem, cunctatio propior constantiae est, G. 30; — der Reihenfolge, **unmittelbar nach, gleich nach, nächst**, neque ego infitias eo, patres conscripti, tam sponsiones quam foedera sancta esse apud eos homines, apud quos i. divinas religiones fides humana colitur, Liv. 9, 9, 4. nec ideo proxumum illi genitum hominem, ut vilitate i. beluas esset, Plin. 2, 7 (5), 26. i. deos in tua manu positum est (imperium), Tac. H. 2, 76. Nigidius Figulus, homo, ut ego arbitror, i. M. Varronem doctissimus, Gell. 4, 9; — des Maaßes: huic consuetudo i. vicinitatem cum Aebutio fuit, Liv. 39, 9, 6. quem i. nocturnum visum ergastulo liberaverat, Justin. 1, 7, 1. u. vgl. 12, 3, 11. 36, 1, 6. Apul. Dogm. Plat. 26. Nazar. Pan. Const. 23, 2. i. praeceptum Themistoclis, Justin. 2, 12, 25. i. illud dictum, Vopisc. Aurel. 23. u. vgl. Ulp. Dig. 29, 5, 1. §. 28. Cod. Iust. 10, 50, 2. 12, 6, 8. i. prophetam Zachariam, Hieron. Ep. 2. u. vgl. Ep. 82. — 2) in der Zeit, **neben**, a) **unmittelbar vor**, quas (orationes) iam senior et i. finem vitae composuit, Tac. Or. 22. — b) **unmittelbar nach, gleich nach**, neque enim convenit i. inediam protinus satietatem esse, Cels. 2, 16, 1. i. haec Variana clades, Plin. 7, 45 (46), 110.

iuxtim, *Adv.* u. *Praep.* (vgl. iuxta), 1) Adv., **nebeneinander, in der Nähe od. in die Nähe, daneben**, sed quos utriusque figurae esse vides, iuxtim miscentes vulta parentum corpore de patrio et materno sanguine crescunt, Lucr. 4, 1212. cur ea qua fuerint i. quadrata, procul sint visa rutunda, 4, 501. in sedes conlocat se regias: Clytemnestra iuxtim, tertias natae occupant, Liv. Andron. 10. assidebatque i. vel exadversum in parte primori, Suet. Tib. 33. ubi i. consedit, Apul. Flor. 4, 23. — 2) *Praep.*, **nebenan, dicht an**, i. Numicium flumen obtruncatur, Sisenn. b. Non. p. 127, 29. i. se ut assidat effecit, Apul. M. 2, 13.

ixia, ae, *f.* (ἰξία), der **Mistelborn**, chamaeleona aliqui ixiam vocant, Plin. 22, 18 (21), 45.

īynx, iyngis, *f.* (ἴυγξ), der **Wendehals**, iynx sola utrimque binos (digitos) habet: eadem linguam serpentium similem in magnam longitudinem porrigit, collum circumagit in aversam se: ungues ei grandes ceu graculis, Plin. 11, 47 (107), 256.

K.

K, k, der zehnte Buchstabe des lateinischen Alphabetes. Als nach Aufnahme des dorischen Alphabetes von den Cumanischen Griechen während der Zeit der Entwickelung der lat. Sprache die Buchstaben c und k denselben Laut bezeichneten, gestaltete sich der Sprachgebrauch so, daß c im Allgemeinen zum Ausdruck der tenuis u. media gebraucht wurde. Diese Geltung behielt das Zeichen c auch später in den Bezeichnungen durch den Anfangsbuchstaben C und Cn für den Namen Gaius u. Gneius. Das k erhielt sich dagegen durchgängig seit alten Zeiten nur, wenn die Wörter Kaeso, Kalendae, kalumnia, kaput mit dem Anfangsbuchstaben k bezeichnet wurden. Die Schreibweise k

vor folgendem a in Wörtern wie Karthago, karus, kanus wird zwar durch die Inschriften bestätigt wie karissimo, karo, arkarius, Kristus u. dergl. aber sie ist nie vorwiegend zur Geltung gelangt; vgl. Quint. 1, 7, 10. Nachdem der Buchstabe k für gewöhnlich außer Gebrauch gekommen war, trat der Unterschied zwischen Gutturaler tenuis u. media im Lateinischen wieder deutlicher hervor und nun ward aus der Buchstabenform C für die media ein neuer Buchstabe G gebildet. Dieser erscheint schon zur Zeit des ersten Punischen Krieges und erhielt von einem Freigelassenen des Sp. Carvilius Ruga im Lateinischen Alphabet die Stelle zwischen F und H. Nach *Corssen* über Aussprache p. 5 ff.

Koppa apud Graecos nunc tantum in numero manet (die Zahl 90), Quint. 1, 4, 9.

Druck von F. A. Brockhaus in Leipzig.

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Georges, Karl Ernst,

Thesaurus der classischen Latinität Ein Schulwörterbuch, mit besonderer Berücksichtigung der lateinischen Stilübungen ausgearbeitet von Dr. Karl Ernst Georges. In 2 Bänden
Bd.: 2,1

Leipzig 1868

L.lat. 338 tf-2,1
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10585948-4